

Impero agris, in excusis verò anno 1521. Impero Argis. *sed deest adhuc ver sui syllaba, quam se Muretus ex Siculo cod. primum scribit & edidit.* En Impero Arg. in contextu tamen ab eodem castigato legitur mendose; impero. ex vestigiis opinor scribendum; tam apud Fabium, quam Senecam. Rex impero Argis. regna (l. scepra) m. l. P. & c. nec indecòra repetitio ad exaggerationem. Rex impero, regna. Quod nisi] *verba Teucris in Aiacis, ex Sophocle.* Sacras sacram] *legebatur; sacrare sacram. reposita, sacras sacram. ludit in contraria vocis facer significatione. videntur verba Clytemnestra excusantis se quòd maritum necarit.* Mehe] *pro me, frequens Tragicis, notat Fabius lib. 1. c. 5.* Ritæ] *non intelligo. forsas Ni te*

Thesprotum pudeat Regis, quod, & c. Sed iam] *malè sana verba. summus Criticus, de cælo, non, se cælo. sed quis ille pater Auroræ? ab Soli*

Nam quid] *Dignum quod adscribatur, non tamen ex tragædiâ.*

Ore beato] *quid si Phœbe? Hac verò Censorini plera mendosa, & forsas exempli tantum gratiâ conficta, quapropter multa eiusmodi omisi, tum Censorino, tum à Servio in Centimetro relata.* Nam nos] *Ex Euripidis*

Cresshonte monet Cicero: videntur tamen, ut & sequentium maior pars, ab ipso Cicerone, non ab aliis, conuersa. sed malo prodigalitatè, quàm pauperum reus, vestro cum bono, fieri. Vnde sibi] *Cicero, idem quod apud Ennium dicat Pythius ille Apollo se esse, eum vnde sibi, si non populi & reges, at omnes sui ciues consilium expetant, & c. Ex his ego certè exputando colligo primi versus medicinam; Vnde sibi populi atq. reges consilium expetunt.* Multi' modis] *Dion. Lambinus hac edidit, ut*

quinque versus continuos. id si verum est, quod mihi non liquet, omnia Enniani sunt; cui quinque ego iam ex Grammaticis veteribus tribui.

Labor, pericula] *ut potui hac ex orat. pro Sextio exscalpsi. Attio ad iudicandum, nec prorsus à mendis libera præstiterim.* Summum amicum] *apud*

Ciceron. pro Sextio tribus dissecta locis conglutinavi, ut puto, non infeliciter, certum mihi sic Attium edidisse. Attij quidem, quem disertiss. poetam truncat, ipsemet paulo post docet. Animaduerte] *Regum hac esse imperia Cicero ait.* Struunt] *Procne & Philomela.* Cunctæ] *malle m. c. l. t. x.*

puto esse Pomponij Secundi. vide Comment in Oedip.

Hac habui in Fragmenta. fruerè (lector) & memento quot à nobis verba Tragicorum correctà, totidem scriptorum, qui adducunt, vulnera sanant. Ne erres, & inutilem hanc operam putes.

FINIS.

MARTINI

ANTONII DELRII
EX SOCIETATE IESV
SYNTAGMATIS
TRAGOEDIÆ LATINÆ

Pars secunda.

In qua L. ANNÆI SENECAE TRAGOEDIÆ
cum Aduersariis recognitis, & c. uti
sequens pagina indicabit.



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.

M. D. XCIII.

Cum gratia & privilegio.

MARTINI
ANTONII DELRII
EX SOCIETATE IESV
SYNTAGMATIS
TRAGOEDIÆ LATINÆ

Pars secunda.

*In qua L. ANNÆI SENECAE TRAGOEDIÆ
cum Aduersariis recognitis, &c. uti
sequens pagina indicabit.*



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.

M. D. XCIII.

Cum gratia & priuilegio.

In hac secunda Syntagmatis parte continentur.

L. ANNAEI SENECAE TRAGOEDIAE

- | | |
|--------------------------------------|---|
| I. <i>Medea</i> | VI. <i>Hercules Octauus.</i> |
| II. <i>Oedipus.</i> | VII. <i>Thyestes.</i> |
| III. <i>Thebais.</i> | VIII. <i>Troas seu Hecuba, seu Troades.</i> |
| IIII. <i>Hippolytus, seu Phadra.</i> | IX. <i>Agamemnon.</i> |
| V. <i>Hercules Furens.</i> | <i>Incerti poëta, Octauia.</i> |

Nunc primùm à Mart. Ant. Delrio castigatæ,

& in eas

ADVERSARIA OLIM EDITA, ET FELIC.
MEMOR. V. CL. LVDOV. DELRIO
dicata; nunc recognita, & in melius
mutata, auctaque.

AUXILIARIA CASTIGATIONI
CONTEXTVS.

1. **M**ANUSCRIPTVS codex meus, omnium quibus vsus, optimus; cui pauca initio, & sine, foliola deerant.
2. Alius V Vinckeliani collegij, Louanij, x. trag. cōtinens.
3. Burdegalensis tertius, quem ab *Eliâ Vineto* mihi concessit vtendum *Martialis Campanus* Medicus: sed iste non tam tragœdias, quàm scedia præstitit.
4. Quartus omnium tragœdiarum integer; quem mihi *Simon Milangius* typographus commodauit, acceptum à Cl. V. *Ioanne Chauuino*, Præfide Eguiano.
5. Quintus m. s. etiam integer collegij Societatis I E S V Moguntiaci, sed profus recens.
6. Exemplar Lugdunense excusum à Gryphio anno 1536. quod *Ludovicus Carrio* I. C. cum tribus m. s. contulerat.
7. Exemplar Complutense excusum, propriâ *Gundisalui Suarj Oblanca* manu nonnullis locis castigatum, & notis breuibus hic illic illustratum; accepi à Societatis I E S V collegio Legionensi.
8. Editio vetus Herbipolensis, earum quas vidi optima, & , arbitror, emendatissima, fortè & prima, cui non additur annus impressio- nis, sed in calce hoc epigramma;
*Clauditur iste liber Seneca, repetendus in omne
Æuum, hunc ardentæ pectore, Lector, ama.
Presserat Herbipolis Martinus in vrbe decenter
Lipzec. hoc munus, candide Lector, ama.*
9. Editio Veneta prima, castigata & commentar. ornata à Bernardino Gellio Marmita, Anni 1492. apud Lafarum Ifoardam. hæc in paucis dissentit à m. s. meis, & ab Herbipolensi.
10. Secunda Veneta, anni 1493. apud Matthæum Capcasam Parmensem emendata & illustrata commentar. Danielis Caferani Cremonensis: hæc incepit innouationum nonnullarum sementem iacere.
11. Tertia Veneta, anni 1510. apud Philipp. Pincium: hæc admodum vitiosa, suis erroribus ansam præbuit sequentibus multa commutandi, sed in deterius.
12. Editio Parisiensis, Iudoci Badij Ascensij, cum eiusdem commentar. anni 1515. videtur expressa ex Pincianâ, sed præstat, & præfert emendationem Maserij & aliorum duorum.
13. Basileensis Henrico Petriana, anni 1529. in cuius margine quædam lectiones variæ: hæc prima longissimè à veterib. libb. cœpit recedere, suspicor ex coniecturâ: & hanc secutus in plerisque N. in suis castigationibus.

14. Lipsica seu Lipsiensis Ernesti Voegelini, ex emendatione N. viri alius eruditi, sed cuius in hunc auctorem opera parum laudabilis. hanc ad litteram expressit Christoph. Plantinus Antuerpiæ, Anno MD. LXXVI. cum meis Aduersariis. nec est quod quis mihi quidquam illius tribuat. nam quæ in Aduersariis monueram, non sunt in contextum relata: & contextus ille purus putus Saxonicus est.
15. Excerpta ex his decem tragœdiis, collecta ab Alberto Eib in *Margarita poetica*; qui *Pij Secundi* cubicularius fuit; & videtur in. f. tantum libris usus, nonnullis etiam, qui nobis perierunt.
16. Denique CL. V. I. Lipsij *Animaduersiones* in has tragœdias: (qui vno ex m. f. sanè præclaro, plura restituit, & felicius, quam ceteri omnes; & mihi plus adiumenti attulit, cunctis iis quos recensui) editæ Lugduni Batavorum Anno MD. LXXXVII.
17. Usus sum & Fr. Raphaelengij Iunioris Castigationibus.
18. *Thebais*, edita Parisiis, à Frid. Morellio, cum scholiis *Q. Florentis Septimij Christiani*.
- M O D V S** in castigatione adhibitus, vt nullam coniecturam meam in contextum retulerim, contentus in Aduersar. vel Commentario monuisse. quicquid mutatum Lector deprehendet; factum id m. f. vel impressorum codicum auctoritate sciat.
- Plurima quoque, quâ ab interpunctis, quâ ab orthographiâ, quâ ab ordine, & personis interloquentibus, sublata vitia; quorum, quod indubitata videbantur, nulla in commentariis, tædij vitandi causâ, mentio facta.
- Planè in corrigendo cautus & subtimidus, quàm more multorum præceps & temerarius, esse malui.

Vale, quisquis hæc legis, & Deum pro me deprecare.

L. ANN.

L. ANN. SENECAE ADVERSARIA
IN MEDEAM.

Medea.

TRAGŒDIA I.

PERSONÆ.

Medea. Creon. Chorus.
Iason. Nutrix. Nuncius.

ACTVS PRIMVS.

MEDEA.

- D**I coniugales, tuq; genialis tori
Lucina custos; quaq; dormitorem
freti,
Tiphyn nouam frenare docuisti
ratem;
- Et tu profundi saue dominator maris;*
5 *Clarumq; Titan diuidens orbi diem;*
Tacitisq; præbens conscientiam sacris inbar
Hecate triformis; quosq; iurauit mihi
Deos Iason, quosq; Medea magis
Fas est precari; noctis æternæ chaos,
10 *Aduersa superis regna, manesq; impios,*
Dominumq; regni tristis, & dominam fide
Meliore raptam; voce non fausta precor:
Adeste, adeste sceleris vltices dea,
Crinem solutus squallida serpentibus,
15 *Atram cruentis manibus amplexa facem:*
Adeste, thalamis horrida quondam meis
Quales stetitis: coniugi lethum noua,
Lethumq; socero & regia stirpi date.
Mihi peius aliquod, quod precor sponso malum
20 *Viuat: per vrbes erret ignotas egens,*
Exul, pauens, inuisus, incerti laris:
Me coniugem optet, limen alienum expetat,
Iam notus hospes: quoq; non aliud queam

12. *Meliore*. raptam Pluto vxorem duxit, ductam non repudiavit vnquam, vt Iason Medeam.

13. *Vltices dea*. Eumenides Atheniensibus dicte *εμενιδες*, auctoris Sophocle, Aristophane, Plutarcho, ceteris. Inde factum vt *Pœnæ* dicantur à Virgilio, in Ciri:

Verberibus sauo cogunt sub iudice Pœna. 20 *Ignotas*. non simpliciter accipiendum; sed pro inimicis. nam quemadmodum notus amicum significat, apud Virgilium; *Nec mihi notorum desectunt lumina vultus*; sic hec loco *ignota* pro hoste sumitur.

Medea. Medea multi scripserunt. apud Græcos occurrunt Eubulus, Stratis & Cantharus, sed horum Medea comædiæ fuerunt: tragœdias hoc nomine inuenio composuisse, Græcè quidem Euripidem, (cuius tragœdiam noster imitatur, & quam nonnulli Neophoni, seu Neophroni ascribunt) Herillum, Diogenem, Philiscum, & Demologum; Latine verò Euntium, Antium, Pacuuium, Varronem, & Ouidium; cuius Medeam Tertullianus scribit ex Virgilianis versibus centonis instar confutam fuisse: quod verum sit necne, alij cogitent. equidem ex ea versus iste citatur:

Seruare potui, perdere an possim rogas?
qui non est ex Virgilio, nisi fortassis ex illo; in Ciri:

Vt me si seruare potes, ne perdere malis.
Lucanus quoque fertur Medeam inchoasse.

1. *Dij coniugales*. quos noster infra eodem actu, & Plutarchus in *ætiis*, & Alexand. Sardijs lib. 1. de morib. gent. c. 7. recensent; nempe Iuppiter *αἰλαῖος*, nuptialis seu parator; Iuno *τῆλεθα*, Venus, Diana, Hymenæus, *Παρθένος*; quam Ennius Suadam, Cicero Leporem, Horatius Suadelam vocauit.

2. *Lucina*. Iuno, Diana; de qua Catullus in seculari carmine:

Tu Lucina dolentibus

Iuno dicta puerperis.

Terent. in Andria:

Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.

Lucina Græcis *αἰλαῖος*. Virg. in Ciri:

Per te & sacra precor per sumina Ilihyæa.
alij *αἰλαῖος* teste Pausaniâ appellant. Athenis inter deas *Ἰουετιδῆος* colebatur.

Tiphyn nouam frenare docuisti ratem.
tam audaci translatione vsi sunt Catullus, qui currum pro nauis; & Horatius, qui Eurum per Siculas vndas equitare dixit. tale illud ex veteri poeta apud Carisium, libro 4.

Tiphyn aurigam celeris fecere carina.
quod, si vera refert Iul. Pollux, è Græcâ tragœdiâ fuit expressum. *Docuisti*. Mineruam alloquitur.

11. *Dominam*. Proserpinam. Virgilius 6. *Æneid.*

Peius *Hi dominâ Ditis thalamo deducere adorti.*

28 Spectat hoc nostri fator Sol generis. Ennius, in Medea, eam sic loquentem introducit:

Iuppiter, tuq; adeo Sol, qui res omnes inspicis, Quiq; tuo lumine mare, terram ac calum cantines, Inspica hoc facinus priusquam fiat, prohibe scelus.

37 Pronubam thalamo feram, Vi ipsa pinum. Catullus:

Pineam quate tadam. quo loco Palladius Fuscus, Anton. Parthenius, Mar. Anton. Muretus, & Philippus Beroldus in lib. 4. & in lib. 10. Apuleij de asino aureo, ex Festo & Plinio reponunt Spineam. alius, in Coniectaneis in Varronis libros de ling. Latina, vnum Varronis & alterum Ouidij locum eodem pacto emendauit. eiusdem opinionis est Alexander Sardijs libro 1. de moribus & ritibus gentium cap. 7. Me autem valde mouent omnia Senecae exemplaria, quae & hic & paullo inferius semper pinum continent. Virgilius etiam, in Ciri, scripsit:

Pronuba nec castos incendat pinus odores. nec est qui eo loci aliter legerit. quid; quod in Nonio, ubi Varronis haec de re verba ponuntur, quas vidi membranarum omnes vulgaris libris consentiunt? Et verò ex diuersis arborum generibus haec faces confici poterunt. Plinius sanè suis temporibus ex corylo confici consueuisse scribit. Quamobrem, viro optimo & doctissimo, Barnabae Brissonio, in lib. singular. de ritu nuptiarum, assentior, existimanti tam pinum, quam spinum albam huic vsui solitam accommodari. Vt ea summorum virorum emendatione scriptoribus illis opus non sit.

49 Hac virgo feci. cum Absyrum fratrem meum diceret: qua de re lubet ascribere antiqui poetae versus; à Cicerone relatos libro 3. de natura Deorum:

Postquam pater appropinquat, iamq; pendè ut comprehendatur parat; Puerum interea obruncat, membraque articulatum diuidit, Perq; agros passim dispergit corpus: idq; eâ gratiâ; Vt dum nati dissipatos artus captaret parens, Ipsa interim effugeret: illum ut maror tardaret sequi, Sibi salutem ut familiariter pareret pariticio.

58 Absint. hoc ait, quia tunc teste Catull. Praesentes domos inuisere castas Sapius & sese mortali ostendere coetu

Peius precari, liberos similes patri, Similesq; matri. parta iam parta ultio est.

Peperi. querelas, verbaq; incassum sero. Non ibo in hostes? manibus excutiam faces, Caloq; lucem? spectat hoc nostri fator

Sol generis, & spectatur, & curru insidens Per solita puri spacia decurrit poli?

Non redit in ortus, & remetitur diem? Da, da per auras curribus patriis vehi,

Committe habenas genitor, & flagrantibus Ignifera loris tribue moderari iuga.

Gemino Corinthus litori opponens moras, Cremata flammis maria committat duo.

Hoc restat vnum: pronubam thalamo feram Vi ipsa pinum; postq; sacrificas preces, Cadam dicatis victimas altaribus.

Per viscera ipsa quere supplicio viam, Si viuus anime; si quid antiqui tibi

Remanet vigoris: pelle femineos metus, Et inhospitalem Caucasum mente indue.

Quodcumque vidit Phasis aut Pontus nefas, Videbit Isthmos. efferat, ignota, horrida,

Tremenda caelo pariter, ac terris mala. Mens intus agitatur, vulnera, & cadem, & vagum

Funus per artus: lenia memoravi nimis. Hac virgo feci: grauior exurgat dolor.

Maiores iam me scelera post partus decent. Accingere ira, teq; in exitum para

Furore toto: paria narrentur tua Repudia thalamis. quo virum linques modo?

Hoc quo secuta es. rumpe iam segnes moras. Quae scelere paria est, scelere linquetur domus.

55

CHORVS.

Aclepiadei, Glyconici, & Hexametri.

Ad regum thalamos numine prospero, Qui calum superi, quiq; regunt fretum,

Adsint, cum populis rite fauentibus. Primus sceptriferis colla tonantibus

Taurus celsa ferat tergore candido. Lucinam niuei femina corporis

Intentata iugo placet: & asperâ Martis sanguineas qua cohibet manus,

Quae dat belligeris foedera gentibus,

25

30

35

40

45

50

55

60

Et

65 Et cornu retinet diuite copiam, Donetur tenerâ mitior hostiâ.

Et tu, qui facibus legitimis ades, Noctem discutens auspice dextera,

Huc incede gradu marcidus ebrio, Pracingens roseo tempora vinculo.

Et tu, qua gemini praeuia temporis Tardè stella redis semper amantibus,

Te matres auida, te cupiunt nurus, Quamprimum radios spargere lucidos.

75 Vincit virgineus decor Longè Cecropias nurus;

Et quas Taygeti iugis Exercet iuuenum modo,

† Quis iras nimium mitigat ille truces. Hunc tu igitur placidam nobis dea candida pacem,

Oriâq; amoto dulcia posce metu. Otia nam, pacemq; simul, modo faueris, ipse, Dum renouant reges impia bella, dabit.

67 Qui facibus legitimis ades. Hymenæe. de quo Claudianus:

Hunc Musâ genitum legit Cytheræa, ducemq; Praefecit thalamis: nullum vinxisse cubile Hoc sine, nec primas fas est attollere sedas.

71 Quae Hesperæ, qui diem noctemq; annuncias. 72 Tardè stella redis semper amantibus. optant enim amantes tuum aduentum noctis nuncium. Vnde Catulliani iuuenes:

Hesperæ qui caelo lucet incundior ignis? Qui desponsa tuâ firmes connubia flammâ.

Quod pepigere viri, pepigerunt ante parentes, Nec iunxere prius quam sa iuuus extulit ardor. Quid datur à Diuis felici optatius horâ?

at Virgilianæ virgines inter spem & metum fluctuant, eandemq; stellam amant & oderunt, in Ciri:

Postera lux ubi lata diem mortalibus alimum, Egelido veniens mani quarebat ab Oeta;

Quem pauide alternis fugit ant optantq; puella, Hesperium vitant, optant ardescere solem.

quare eadem apud Catullum; Hesperæ qui caelo fertur crudelior ignis?

77 Taygeti iugis. de Spartanis virginibus loquitur, de quibus sunt illa antiqua,

Nihil horum simile apud Lacaenas virgines, Quae magi palaestra Eurota, sol, polus, labos, Militiam studio est, quam fertilitas barbara.

de his etiam integra existat Propertij eleg. lib. 3. ubi inter cetera legitur:

Et modo Taygeti, crines aspersa pruinis, Horantur patrios per iuga longa canes.

qui poeta quod ait paulo ante, Quod non infames exercet corpora ludas,

Celicolæ, nondum sprata pietate solebant. quo tempore Pelei & Theidis nuptias Dii praesentia sua honorarunt.

Rite fauentibus. rite fauebant, qui bona verba loquebantur, & malis verbis se abstinabant. tale est illud Ouidij;

Et bene te, benemè, patria pater optime, dixi.

63 Martis sanguineas qua cohibet manus. vel de Venere intelligas, de qua sunt illa Petri Bargaei:

Sancta Venus procul hinc, diros procul esse furors Ipsa iube; in sauos reijce bella Getas,

Ac iam supplicibus Tuscis da diua perennis Pace frui. Martem cogere sola potes.

Namq; illo aeterno deuictus vulnere amoris Reiciit in molles se tibi saepe sinus,

Excipit & recubans suauis ex ore loquelas, †

Muris

Inter luctantes nuda puella viros: hoc intellige quasi Spartæ turpe non fuerit. mos enim & consuetudo turpitudinem excusat. Ouidius in epist. Paridis:

More tua gentis nitidâ dum nuda palaestra Ludis, & es nudis femina mista viris.

Lycurgi hoc institutum fuit, quod cum in Lycurgi vita Plutarchus conatur excusare, egregie operam ludit, & tandem vi veritatis compulsus, inquit: ἡ δὲ ῥῆσις οὐδὲ τὰ αὐτῶν παρρησιαστικῶν κἀπὸς ἡγάμεν, λέγω δὲ τὴν πομπὴν τῶν πρὸς δένων, καὶ τὰς ἀποδύσεις, καὶ τὰς ἀγῶνας ἐν ᾧ τῶν νέων ἀγχιθῶρον, οὐ γινώσκουσιν, ἀλλ' ἐρωτικῶν, ὡς φησὶν ὁ Πλάτων, ἀνὸς ἄνευ.

prudenter Euripides, in Androm.

— ἐστὶ δὲ ἐν εὐλόγοις τῆς, σὺ φησὶν ἧθις ὅτι Σπάρτην ἰδὼν κἀρῆ, αἰ ἐμὲ νέοισιν ἐξερκεύσσει δόμοις, γυμνοῖσι μηκέτι καὶ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, δρόμοις, παλαίστραις τ' ἐκ ἀσχετοῦς ἐμῆς, καὶ τῶν ἐχθρῶν.

numquam sanè legem illam Platonis lib. 5. de republ. probare potui, qua feminas nudare corpora præcepit. quamobrem non immeritò grauius reprehensus fuit à Cyrenensi Theodoro, in eo opere cui titulum fecit Ἐρωτικὴ τῶν Ἑλλήνων παρηγορημάτων. quid enim si non hæc impudentia est? an quidquam tam prouum ad libidines, quam operta membrorum nudare? D. Ambrosij lib. 3. de virginibus. an non mulier vna cum tunica pudorem pudicitiamq; exiit? Herodotus lib. 1. Clemens Alexandrin. in Pædagog. D. Cyprianus, de habitu virginum. an non nuditas illa regum Prophetam, virum sanctissimum, in scelus grauissimum impulit? nonne Catacallam nefariis nuptiis se commaculare coegit? nonne nuda Aristoclea vifa mox amatorum manibus dicerpra interit, ac propterea Strato se ipsum interemit? Plutarchus, in narrationibus amatoris. Prudenter itaque Ennius: Flagitij principium est, nudare inter ciues corpora.

79 *Muris quod caret opidum.* Sparre. 81 *Alpheusq; sacer.* Sacer, quia fluvij, teste Theocrito, & ἄλλοις. & quia, ut ait Pausanias ἄλιαν. & Alphei aqua Ioui Olympio grata putabatur; iccircoque Elei hac sacrificiorum cineres abluabant, iisque Iouis Olympij simulacrum illinebant. Sic intelliges illa Moschi:

Ἀλφείδος μὲν Πίστην ἐπὶ τὴν ὄδον, ἔρξ' εἰς Ἀθήνας ἄρον κελυφόμενον ὕδαρ; ἐδὲν φέρον κελὰ φύλλα καὶ ἀθάνα καὶ κόνην ἰερῶν. hoc est, non pulverem sacrum, sed cinerem sacrū. Sic interpretor, licet omnes dissentiant, moueor Pausaniae verbis:

κατ' ἐπὶ δὲ ἐκείων φουλάξαντες οἱ μῶντες τῶν σάκτων ἐπὶ δέκῃς ἔλαιον μίλων, κρημίζασιν ἐκ Περυπνεῖα τὴν τέφραν. φουλάσαντες ἢ τὰ ἰδύλλια ἢ Ἀλφείδ, κρημίζασιν ἢ τὰ τὸν βωμόν. κατὰ δὲ ἄλλα τῶν τέφρων ὕδατος ποιήσασιν πολλὸν ἢ μήποτε ἐγγύθηται, καὶ τὰς εἰρηκῶς ἢ Ἀλφείδος νεομιάδης τῆς Ὀλυμπίας Διὸς ποταμῶν μάλα εἶναι φίλον. quod autem de Alpheo dixit Moschus, etiam testatur Hugo Falcandus, qui ante trecentos annos vixit, scriptor non malus, cuius de Arethusa fonte

in Sicula Historia verba sunt hæc: Ideone solum natale fugiens, & immensa (sic lege, non, immersa) maris spacia longis tractibus subterlabens, in ciuitate Syracusana caput attollis, proximoq; mari influens, Alpheum, quem antè fugeras, in maiori portu se tibi immiscentem offendis?

82 *Cedent Æsonio duci.* ait Iasonem formosorem esse Phæbo, Baccho, Castore & Polluce, quos antiqui optimā formā fuisse memorant. ad hunc locum respexit Claudianus, in epithalamio. Honorij A. & Mariz, his versibus:

Quæ digna forma laus erit ignea? Te Leda mallet, quàm dare Castorem. Praefert Achilli te proprio T. beatis. Victum fatetur Delos Apollinem. Crediti minorem Lydia Liberum.

eo excellentior Claudianus, quod non contentus dixisse, hos illi cedere quem laudabat; addit etiam amicis iudicibus illi cessuros; quæ maxima victoria est. tale illud Maronis:

Pan deus Arcadiâ m: cum si iudice certet; Pan deus Arcadiâ dicet se m: iudice victum.

89 *Pollux, castib. aptior.* Homer. Odyf. λ. Κάστρου δ' ἰσσοδάμεν καὶ τὸν ἀγαθὸν Πολυδάμαν. Theocritus: εἰδὺ καὶ κ'.

— φοβερόν Πολυδάμανα πῶς ἐρεθίζεν, χεῖρας ἐρεθίζοντα μέσσις ἑσέοισιν ἰμῶσιν.

Arnobius lib. 1. contra gentes: Castores, equos vnus domitare consigerus, alter pugillator bonus. Ideo non Castor, sed Pollux dicitur ἀμώμωτος ab Homero, siue quisquis ille est, in hymnis; καστρεός; ab Apollonio li-

Muris quod caret opidum;

Et quas Aonius latex,

Alpheusq; sacer lauat.

Cedent Æsonio duci,

Si forma velit aspici;

Proles fulminis improbi,

Aptat qui inga tigribus;

Nec non qui tripodas mouet,

Frater virginis asperæ:

Cedet castore cum suo

Pollux, cestibus aptior.

Sic sic calicola, precor,

Vincat femina coniuges,

Vir longè ut superat viros.

Hæc cum virgineo constitit in choro,

Vnius facies præminet omnibus.

Sic cum sole perit sideribus decor,

Et densi latitant Pleiadum greges;

Cum Phœbe solitum, lumine non suo,

Orbem circuitis cornibus alligat.

Ostro sic niueus Phœniceo color

Perfusus rubuit: sic nitidum iubar

Pastor, luce nouâ, ros cidus aspicit.

Ereptus thalamis Phasidos horridis,

Effrenæ solitus pectora coniugis

Inuit à trepidus prendere dexterâ;

Felix Aoniam prendito virginem.

Nunc primùm soceris sponte volentibus,

Concesso iuuenes ludite iurgio.

Hinc illinc iuuenes mittite carmina.

Rara

bro 1. ἀεθλοφόρος, à Theocrito dicto loco, & Stasimo, in versibus infra adductis.

91 *Vincat femina coniuges* &c. exprimit Catullianum illud in epithalamio; — non tibi

Herculeia periculum est,

Næ qua femina pulcrior

Clavum ab Oceano diem

Viderit venientem.

97 *Lumine non suo.* ad erymum alludit. nam lunam dictam volunt quod luce luceat aliena. qua de re dicitur alibi.

99 *Ostro sic.* tale illud boni poetæ:

Indum sanguineo veluti violauerit ostro

Si quis ebur; vel mæsta rubent ubi lilia multâ

Albatrosâ: tales virgo dabat ore colores.

Phœniceo. nonnulli manuscripti *puniceo.* vtrumque

80

85

90

95

100

105

Rara est in dominos iusta licentia.
110 *Candida thyrsigeri proles generosa Lyei,*
Multifidam iam tempus erat succendere pinum:
Excute solemnem digitis marcentibus ignem.
Festa dicax fundat conuicia Fescenninus.
Soluat turba iocos: tacitis eat illa tenebris,
115 *Siqua peregrino nubit fugitiua marito.*

ACTVS SECVNDVS.

MEDEA. NVTRIX.

ME. *Occidimus, aures pepulit Hymeneus meas.*
Vix ipsa tantum, vix adhuc, credo malum.
Hæc facere Iason potuit? erepto patre,
Patriâ, atque regno, sedibus solam exteris
120 *Deserere? durus merita contempsit mea,*
Qui scelere flammâs viderat vinci, & mare?
Adeone credit omne consumptum nefas?
Incerta, vecors, mente non sanâ feror
Partes in omnes. unde me vlcisci queam?
125 *Vinam esset illi frater. est coniux: in hanc*
Ferrum exigatur: hæc meis satis est malis.
Si quod Pelasga, si quod urbes barbara
Nouere facinus, quod tua ignorant manus,
Nunc est parandum. scelera te hortentur tua,
130 *Et cuncta redeant: inclytum regni decus*
Raptum, & nefanda virginis paruus comes
Diuisus ense, funus incertum patri,
Sparsumq; ponto corpus; & Pelia senis
Decocta abeno membra, funestum impie
135 *Quàm saepe fudi sanguinem? at nullum scelus*
Irata feci. seuit infelix amor.
Quid tamen Iason potuit alieni arbitrij
Iurisq; factus? debuit ferro obuivum
Offerre pectus. melius, ab melius dolor
140 *Furiose loquere: si potest, viuat meus,*
Vt fuit, Iason: sin minus, viuat tamen,
Memorq; nostri, muneri parcat meo.
Culpa est Creontis tota; qui scepro impotens
145 *Coniugia soluit, quiq; genitricem abstrahit*
Natis, & arcto pignore astrictam fidem.
Dirimit: petatur solus hic: pœnas luat,
Quas debet. alio cinere cumulabo domum.
Videbit atrum verticem flammis agi,
Malea longas nauibus flectens moras.

recipi potest. nam Phœnicus color, puniceus est, vt docent Anton. Thylisus lib. de colorib. cap. 10. Cæsar Scaliger, de subtilitate ad Cardanum, exercitat. 325. num. 13. Claudianus: *Album puniceo pectus discriminat ostro.* de ostro Vitruuius lib. 7. Architect. c. 13. 109 *Rara est in dominos iusta licentia.* raro iure ac legibus permittitur dominis conuiciari. ad hunc locum attendit Claudianus ita canens:

Permissisq; iocis, turba licentior,
Exsultet terricis libera legibus.
quamquã Claudius de militibus agat. Spargi autem in sponsum & sponsam quamdam conuicia consueuisset, infra docet, aiens: *Festa dicax fundat conuicia Fescenninus.* (quo loco conuicium in bonam partem sumitur) Fescennina carmina sunt illa Catulliana: *Diceris malè te à tuis*
Vnguente glabris marite

Abstinere: sed abstine, &c. nec aliud illustrius inuenire potui exemplū huiusmodi conuiciorum; idque addi potest illi Senecæ exemplo, quod refert Brisson. de ritu nuptiar. pag. 52. 110 *Thyrsigeri.* Palladius Rutilius, de institutionibus lib. 12.

Robora thyrsigero platani concordia Bac-
Proles. Hymenæe. (cho. Fescenninus. bene Brissonius d. libro pag. 53. coniecit ad Fescenninos spectare locum hunc Varronis, in Agathone: Pueri obscœnis verbis nouæ nuptæ aures reuertant. Hoc malo, quàm, restaurant, vel, riuuant.

111 *Qui scelere flammâs viderat vinci & mare.* flammam taurorum sacris magicis, mare lacerato fratre. hæc autem duo nominat, quia ex tribus quæ Græci mala existimant, duo sunt mare & ignis, tertiu est mulier. 132 *Incestum.* optimè, meo iudicio, in quibusdam membranis legitur *incertum.*

149 *Malea longas nauibus flectens moras.* Malea promontorium per quinque millia passuum in mare protenditur: vbi quia, propter continuas ventorum procellas, periculi plena est nauigatio, natum est pronerbum, καλέαδε κάμψυς ἐπιλάδου τῶν ὀκείδου: in cuius explicatione multa à collectore adducuntur. iis addo Ouidij carmen, è libro 2. Amorum eleg. 16.

Nec timeam vestros curua Malea sinus. adde & ea quæ Plutarchus, in vita Arati, scripsit. Facit itaque moram nauibus Malea, dum præteruehentes tempestatibus & inquiete fluctuum, ac sinuosis longissimisque excurrentium & recedentium litorum spaciis detinet atq; moratur. Simile illud Lucani 1.6. *Et raiibus longæ flexum donare Malea,*

NV. Sile

B

154 *Perdunt odia*. in o. v. l. continetur pro-
dunt. nec arbitror aliter à poeta nostro scri-
ptum fuisse. Sententia scita & perspicua est.
159 *Fortuna fortes metuit, ignavos premis.*
freqvens sententia, quam primus vsurpassè
fertur Philetas Cous. Ennius annal. lib. 7.
Fortibus est fortuna viris data.
Terentius:
Fortes fortuna adiuvat.
Sallustius: *Fortuna meliores sequitur.* Cice-
ro 2. Tuscul. Fortes enim non modò fortuna
adiuvat, vt est in veteri proquerbio. Virgilius:
Audentes fortuna iuuat, timidosq; repellit.
Ouid. 10. Metamorph.
Audentes Deus ipse iuuat.
& Faكتورum 2.
— *audentes forsq; Deusq; iuuat.*
T. Livius, lib. 8. Sed euentus docuit fortes
fortunam iuuare. Cl. Claudianus:
Fors iuuat audentes, Coi sententia vatis.
Viden' vt hæc quasi de manu in manum
tradita sint?
160 *Tunc est, tunc, inquit, conuenit vti vir-*
tute; vbi non desperes te aliquid ea consecu-
turum. alioquin non fortitudo, hoc est vir-
tus; sed desperatio dicenda est. conueniunt
hæc Ethicis præceptis.
161 *Nunquam, &c.* Verum hoc est in se:
sed fallum, si referas ad id ad quod à Medea
profertur.
169 *Sini licet terra edita.* negat se cuius-
quam arma timere, ne Gigantum quidem,
aut aliorum monstrorum terrâ editorum.
terra enim filij semper monstrosi finguntur.
Respicit ad terrigenas à Iasone ope suâ de-
bellatos.
176 *Fortuna opes auferre, non animum*
potest. non est dubiũ quin hoc ex Attij Te-
lepho sumferit, in quo Telephus inquit;
Nam si à me regnum fortuna atque opes
Eripere quit, at virtutem nequirit.

NV. *Sile obsecro, questusq; secretò abditos* 150
Manda dolori. graua quisquis vulnera
Patiente, & equo motus animo pertulit;
Referre potuit. ira, qua tegitur, nocet.
Professa produnt odia vindictæ locum.
ME. *Leuis est dolor, qui capere consilium potest,* 155
Et clepere sese: magna non latitant mala.
Libet ire contrâ. NV. siste furialem impetum
Alumna, vix te tacita defendit quies.
ME. *Fortuna fortes metuit, ignavos premis.* 160
NV. *Tunc est probanda, si locum virtus habet.*
ME. *Nunquam potest non esse virtuti locus.*
NV. *Spes nulla monstrat rebus afflictis viam.*
ME. *Qui nil potest sperare, desperet nihil.*
NV. *Abiere Colchi, coniugis nulla est fides,*
Nihilq; superest opibus è tantis tibi. 165
ME. *Medea superest. hic mare & terras vides,*
Ferrumq; & ignes, & deos, & fulmina.
NV. *Rex est timendus.* ME. *rex meus fuerat pater.*
NV. *Non metuis arma? ME. sint licet terrâ edita.*
NV. *Morie re. ME. cupio. NV. profuge. ME. pæni-* 170
tuit fuga.
Medea fugiam? NV. mater es. ME. cui sim, vides.
NV. *Profugere dubitas? M. fugiã: at vlciscar prius.*
NV. *Vindex sequetur. ME. forsã inueniã moras.*
NV. *Compesce verba, parce iam demens minis,*
Animosq; minue. tempori aptari decet. 175
ME. *Fortuna opes auferre, non animum potest.*
Sed cuius ictu regius carido strepit?
Ipsè est Pelasgo tumidus imperio Creò.

CREO. MEDEA.

CR. *Medea, Colchi noxium Aëtae genus,*
Nondum meis exportat è regnis pedem? 180
Molitur aliquid, nota fraus, nota est manus.
Cui parcat illa? quem me securum sinet?
Abolere properè pessimam ferro luem
Equidem par abam: precibus euicit gener.
Concessa vita est. liberet fines metu, 185
Abeatq; tuta. fert gradum contrâ ferox,
Minaxq; nostros propius affatus petit.
Arcete famuli tactu & accessu procul,
Iubete sileat, regium imperium pati
Aliquando discat: vade veloci vita, 190

Mon-

Monstrumq; sauum, horribile, iam dudum auebe. 191
ME. *Quod crimen, aut qua culpa multatur fuga?*
CR. *Qua caussa pellat, innocens mulier rogat?*
ME. *Si iudicas, cognosce: si regnas, iube.*
195 CR. *Aequum atque iniquũ regis imperiũ feras.*
ME. *Iniqua nunquam regna perpetuò manent.*
CR. *I, querere Colchis. ME. redeo: qui auexit, ferat.*
CR. *Vox constituto sera decreto venit.*
ME. *Qui statuit aliquid parte inaudita altera,* 200
Aquum licet statuerit, haud æquus suit.
CR. *Auditus à te Pelia supplicium tulit.*
Sed fare, cause deur egregie locus.
ME. *Difficile quàm sit animum ab irâ flectere*
Iam concitatum, quàmq; regale hoc putet,
205 *Sceptra superbas quisquis admouit manus,*
Quâ cepit ire: regiã didici meã.
Quamuis enim sim clade miserandâ obruta,
Expulsa, simplex, sola, deserta, vndique
Afflicta, quondam nobili fulsi patre,
210 *Auoq; clarum Sole deduxi genus.*
Quodcunque placidis flexibus Phasis rigat;
Pontusq; quicquid Scythicus à tergo videt,
Palustribus quã maria dulcescunt aquis;

191 *Monstrumq; sauum.* in solo codice
Lipiano habetur, *Monstrum superbum.*
194 *Si iudicas, cognosce si regnas, iube.* Si
tyrannus es, inauditã causã me eice: si rex
iustus es, de causã mea cognosce. aptillimè
autem paulo post respondet Creò:
Vox constituto sera decreto venit.
indicã se plenè cognouisse. nam decretũ, vt
docet Briffon. de ver. signif. col. 167. nihil est
aliud, quã quod causã cognita pronũciatur.
199 *Qui statuit aliquid, &c.* tyrannicum
est, vnã tantum parte auditã iudicare. hoc
enim pacto defensio, quã iuris naturalis est,
& nemini debet adimi, (Sebastian. Varius
de nullitate sententiarum, cap. de nullitat. ex
defectu citationis) tollitur. ideo inauditi
damnari non possunt. Apulcius lib. 10. de
asino: Nec adinstar barbarica feritatis, vel
tyrannicæ impotentie, damnaretur aliquis
inauditus, & in pace placida tam dirum sa-
culo proderetur exemplum. Tertull. in Apo-
logico: Respondendi altercandique pote-
stas patet, quando nec liceat inauditos & in-
defensos omnino damnari. huc spectat l. 1.
C. de condemnan. reis. & quæ Lactan. lib. 5.
cap. 1. & Lucianus in Hermotymo. Olan si
inauditi condemnati fuerant, necari non po-
terant: quoniam inauditi pro indénatis ha-
bebantur, & indemnatos leges decemuirales
interfici prohibebant, teste Saluiano Episco-
po, de iudicio & prouidentia Dei lib. 8. Ly-
curgi legum imitatione, quibus idem cau-

tum fuit, teste Valerio Maximo libro septimo, cap. Sapienter dicta, vel facta. Illud omnino constat, nisi
audiantur partes, & causæ agitentur, neminem iuste iudicare posse: sed tamen iudicem rectè facturum si
inanes quasdam disputationes caudicorum & pugnas verborum, quæ magis ad obruendam quàm ad inuenien-
dam veritatem proficiunt, amputauerit. qua de re eleganter & copiosè diuus Bernardus lib. 1. de considera-
tione ad Eugenium. vbi nonnulla habes ad officium aduocatorum spectantia, quemadmodum apud D. Augusti-
num epist. 50. Quinctilianum lib. 12. instit. orat. cap. 7. & Patrium lib. 3. de instit. reipub.
202 *Causa, &c.* in Attij Medea quoque Creò rogabatur causam audire, si quidè huc pertinet illa adducta à
Grammaticis: *Qui potis est repelli quisquam, vbi nullus est causandi locus?* est enim causari, se defendere, & ali-
quid causæ præterere. vt in illo; *Causando nostros in longum ducis amores.*
203 *Difficile quàm sit, &c.* mirè artificiosa oratio, vt & aliæ pleræque istius operis. mea sententia noster Seneca
hac in parte Græcos tragædiographos, qui quidem extant, longè superauit. & sanè videntur Hispani illius tem-
poris declamandi præcepta egregiè calluisse. testis noster poeta & Lucanus, quorum in scripris artis illius plurima
vestigia deprehendas. testis Seneca senior, cuius Controuersia & Declamationes omnium manibusterunt. testis
Fabius Quinctilianus, cuius non tantum Institutiones oratoriae, sed & Declamationes (de illis loquor quas P.
Aerodius I. C. recensuit, aliæ enim supposititiæ sunt, fortassis senioris Quinctiliani) apud eruditos in pretio ha-
bentur. testis Gallio, testis Latro. 208 *Deserta.* Attius, Medea; *Exsul inter hostes, exspes, expeps, desertus, vagus.*
quæ ego verba diras fuisse suspicor quas Medea Iasoni imprecabatur. Vnde supra dixit:
Mibi peius aliquod quod præcer sponso malum, *Viuat, per vrbes erret ignotas egens,*
Exsul, paupens, inuisus, incerti laris, *Me coniugem optet, limen alienum expet at.*
209 *Nobili fulsi patre.* A Eëta. matrem habuit Medea Idyam. Cicero lib. 3. de natura Deorum: Quid Medæ
respondebis? quæ duobus auis Sole & Oceano, A Eëta patre, matre Idyia procreata est. Idem scribit Hesiodus in
Theogonia. Ergo apud Ouid. in epist. Heroid. legi debet: *Non erat A Eëtes, ad quem despecta venirat.*
Non Idyia parens, Chalciopisq; soror. 210 *Auoq;.* apud Euripidem ait Medea: *πατρός θ' ἠδ' ἰδίου πατρὸς τρυμῆ.*
213 *Palustribus qua maria dulcescunt aquis.* cur mare Ponticum, vt ait Sallustius in lib. historiar. dulcius sit
quàm cetera, hanc ipsam rationem præstantes Geographi reddiderunt; quia Mæotidi commiscetur, & irruentium
fluentorum multitudine temperatur. Vide Ammianum Marcellum. lib. 22.

215 Vidua, quaecumque mulieres nuptiis abstinent, viduae dici possunt. noster alibi, *Ante morantur virgines vidua domi.*
 Iabolenus (quem Plinius lib. 6. epistolae. vt dubiae mentis notat, qua de re nonnulla Franciscus Sarmientus Episc. & magni nominis I. C. lib. 2. selection. cap. 1. nu. 4.) lib. 2. ex posterioribus Labeonis, Viduam, inquit, non solum eam quae aliquando nupta fuisset; sed eam quoque mulierem quae virum non habuisset, appellari ait Labeo, quia vidua sic dicta est quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset, similiter viduam dictam esse sine duitate. l. 242. §. 3. D. de verb. significat. Ceterum hic ille est Labeo quem Horatius lib. 1. insanum appellat. vulgo rationem reddunt singularem contumaciam Labeonis erga Augustum. aliam etiam refert Antonius Quaedam I. C. Hispanus, mihi amicus simus, & cuius nobilitatem eruditio & virtus nobilitant, lib. 1. diuersar. quaestion. iuris, cap. 17. nu. 17. Ego & aliam causam subesse existimo. Pomponius enim noster l. 2. circa fin. D. de orig. iuris &c. ita scribit: Atteius Ca-
 220 pitio in iis quae ei tradita fuerant perseuerabat, Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinae, quia & ceteris operis sapientiae operam dederat, plurima innouare instituit. Haec Pomponius in Enchiridio. Videmus autem vulgo eos, qui a praceptorum traditionibus recedunt, qui illorum traditiones conuellunt, nouas ipsi comminiscuntur, quantumuis iure id faciant, a plerisque contemni, rideri, temerarios demum, impudentes ac stultos nuncupari: quod Labeoni verisimile est contigisse. vt scilicet a vulgo despiceretur & insanus vocaretur, quod primus maiorum sententias negligenter, plurimaque innouaret. cum vulgo igitur Horatius locutus est. Et vt ita feneris, quis poetam de viro grauissimo, de I. C. principem tam temere iudicantem ferat? cur ego Horatio, quam A. Gellio, qui lib. 13. de eo praclare sentit; quam Octauio Augusto, qui si non sapientem iudicasset, ei consularum non detulisset, auctore Pomponio in d. l. 2. quam Suetonio, qui lib. 2. quiddam hominis constantissimi de illo refert; quam plerisque sententias illius summa cum voluptate & admiratione frequenter percurrentibus, fidem adhibeam? Non miror poetam Lyricum tam contentum de iustitiae sacerdote locutum: at hominis eruditi in iure idem asserentis contumaciam quis queat pati? an quia Flaccus Labeonem insanum vocat, omnia Labeonis, quae in iuris libris occurrunt, scripta reiciemus? cohibere me non potui quin haec dicerem. Legi namque non ita pridem P. Vellei Genuarum librum, non malum, de doli mali definitione; quo Vlpiani & Labeonis sententiam subuenerere conatur, argumentis parum validis: atque inter cetera illud aegre ferre se profitetur; Labeonem insanum, Vlpianum autem Christianae religionis hostem de virtutibus aut vitiis differere. potuit vna eademque opera Platonis, Ciceronis, Aristotelis, omnium denique ethnicorum morales disputationes reicere. nae de ista haec me hercle argumentatione idem dici posset quod idem Velleius de Labeonis argumento prodidit, initio pag. 91. ieiunium esse & frigidam calumniam, sanctissimae ciuilibus sapientiae sacerdote indignam. 226 *Gracia florem.* Theocritus, in Hyla, ait cum Iasone Heroum florem nauigasse. τὴν ἑὴν ἰσχυρὰν μεμνῶσθε θεῶν ἠρώων. —
 227 Aeschylus, in Persis: τὸ Περσῶν δὲ ἄριστον. & in Agamemnon. ἄριστον Ἀργείων. sic Liuius lib. 8. prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Lucanus: *Tunc flos Hesperia, Latij tunc sola iuuentus.*
 228 Ausonius, in Centone nuptiali: *Flos veterum virtutum virum.* Fabius Declamat. 276. qua florem aetatis amisit. Deterior mihi videtur quorundam lib. script. lectio; gloria florem.
 227 *Prasidia Achinae gentis.* Ennius; *Argo qua vecti Argini delecti viri.* Catullus: *Cum lecti iuuenes Arginae robora priui.* *Prolem Deum.* Catullus: *Heroum salueta, Deum genus.* Manilius lib. 1. Argonautas deos appellauit, de Argo sic scribens: *Seruando dea facta deos.* non igitur tam ridicula est, quam voluere Malerius & alij, eorum sententia, qui apud Valerium Flaccum initio lib. 1. legunt: *Prima deum magnis canimus freta peruia natis.*
 229 *Qui saxa cantu, &c.* Apollon. Argonaut a'. αὐτὰρ τόν γ' οὐκ ἔπεισαν ἀτερπῆς ἀρεῆσι πῆρες Φηρῶν δ' ἀγλαῖας κείνης ἐκ σήμερον μῆλα πῆσι ἐξείης ἀρχώων ἐπὶ τῆσσι. *Mulcet.* Virgilius: *Mulcentem tigris & agentem carmine quercus.*

*Armata pelvis quicquid exteret cohors
 Inclusa ripis vidua Thermodontis:* 215
*Hoc omne noster genitor imperio regit.
 Generosa, felix, decore regali potens
 Fulsi. petebant tunc meos thalamos viri,
 Qui nunc petuntur. rapida fortuna ac leuis,
 Praeceptis regno eripuit, exilio dedit.* 220
*Confide regnis: cum leuis magnas opes
 Huc ferat, & illuc, casus hoc reges habent
 Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies;
 Prodesse miseris, supplices fido lare
 Protegere. solum hoc Colchico regno extuli:
 Decus illud ingens, Gracia florem inclytum,
 Prasidia Achinae gentis, & prolem deum
 Seruasse memet. munus est Orpheus meum;
 Qui saxa cantu mulcet, & siluas trahit.
 Geminumq; munus Castor & Pollux, meum est:* 230
Satiq;

*Satiq; Borea; quiq; trans Pontum quoque
 Summota Lynceus lumine immisso videt;
 Omnesq; Minye. nam ducum taceo ducem,
 Pro quo nihil debetur, hunc nulli imputo:* 235
*Vobis reuexi ceteros, vnum mihi.
 Incesse nunc, & cuncta flagitiaingere.
 Fatebor: obici crimen hoc solum potest,
 Argo reuersa. virgini placeat pudor,
 Paterq; placeat: tota cum ducibus ruet* 240
*Pelagae tellus: hic tuus primus gener
 Tauri ferocis ore flagranti occidet.
 Fortuna causam, qua volet, nostram premat:
 Non paenitet seruasse tot regum decus.
 Quodcunque culpa praemium ex omni tuli;
 Hoc est penes te. si placet; damna ream:
 Sed redde crimen. sum nocens, fateor, Creoo:
 Talem sciebas esse, cum genua attigi,
 Fidemq; supplex praesidis dextra peti:
 Terram hac miseris angulum & sedem rogo,* 250
*Latebrasq; viles. vrbe si pelli placet,
 Detur remotus aliquis in regnis locus.
 CR. Non esse me, qui scepra violenter geram,
 Nec qui superbo miseris calcem pede;
 Testatus equidem videor haud clare parum,
 Generum exulem legendo, & afflictum, & graui
 Terrore pauidum: quippe te poena expetit
 Lethoq; Acastus, regna Thesalica obtinens;
 Senio trementem debili, atque auo grauem,
 Patrem peremptum queritur, & casti senis* 260
*Discissa membra: cum, dolo capta tuo,
 Pia sorores impium auderent nefas.
 Potest Iason, si tuam causam amoues,
 Suam tueri: nullus innocuum cruor
 Contaminauit, absuit ferro manus,
 265 Proculq; vestro purus a caetu stetit.
 Sed tu malorum machinatrix facinorum;
 Cui feminea nequitia, ad audendum omnia,
 Virile robur, nulla fama memoria est;
 Egredere, purga regna, lethales simul* 270
*Tecum aufer herbas, libera ciues metu.
 Alia sedens tellure sollicita deos.
 ME. Profugere cogis, redde fugienti ratem,
 Vel redde comitem, fugere cur solam iubes?
 Non sola veni: bella si metuis pati,*

231 *Satiq; Borea, Zethus & Calais.* Apollon. Argonaut. a'. Ζήτης αὐτὸν Κάλαις τε Βορέϊοι ἰστίονες, ἄσπαστος Ἐρεχθίδης Βορέϊη τέκεν Ὠρέϊδα ἑρχομένη Θρήνης ἀναχαιμέεσσιν. —
 232 *Lynceus.* fuit hic vitus acutissimi. Horatius: *Non possis oculis quantum contendere Lynceus.* Tzetzes Chiliad. 2. histor. 48. Λυγκέος δ' ἀγροπείτης ὁ πρῶτον τῶν αὐτῶν αὐτῶν. Subiungit deinde antiqui cuiusdam poetae versus: qui poeta licet vulgo scribatur σαοῖ-νος, quia tamen Nicolaus Gerbelius testatur in quibusdam exemplaribus haberi σασιανός, mea sententia σασιμος est; cuius apud Clementem Alexandr. aliosque scriptores frequens mentio fit. Sed quisquis ille fuit, de Lynceo agit. verba Tzetzae sunt: καὶ γὰρ Σπασίονος αὐτῶν οὐτὼ τὰ ἔπη γράφει, ἡρώωνος δὲ ἐπιτολίαν Ἀΐψου ἢ Λυγκέος Τηθύθεν ἀποσείσασιν, ποσὶ ἑκατόσσι πεπαισθῶς. ἀκέραιον δὲ ἀνάλειος, διεδίεγκεν ἡσὼν ἀπασίον. πυνταλίδου Πέλοπος. τὰ γὰρ δὲ εἰσὶν ἐν ἑσπερίᾳ ἡρας δεινοῖς ἀφ' ἡλίου ἔσται ἄρδης ἀμφὶ κρήνης. Κάσσιος δ' ἰσπτόδαμον, καὶ ἀεθλαφόρον Πολυδάμανα. 247 *Cum genua attigi.* Medea, apud Euripidem: ἀλλ' αὐτῶν αἰσὶν τῆσδε ἀπὸς ἡμετέρας, γνήτων τε τῶν σῶν. — olim, Plinio teste, lib. 11. cap. 45. supplices genua attingebant, quia illis vitalitas inest. 248 *Prasidis dextra fidem.* merito ait prasidis: quia, vt alibi docui, dexterae fidei pignus sunt. Cicero, in Philippicis: Dexterae, quae fidei testes esse solebant. Plinius, vbi supra: Dextra osculis auctera aperitur, in fide porrigitur, eius rei ratio fortassis fuit, quod omnis veterum auctoritas dexterae manus virtute constaret. videor enim mihi hoc nefcio vbinam legisse. 259 *Patrem.* Peliam. Ouidius, in Metamorph. latissime historiam illam ex Polycratis Samij traditione prosequitur. 265 *Profulq; vestro.* In o. v. l. habetur proculque.

276 Illi Pelia, hoc vult; nocentem esse, cui scelus prodest, Cassianum iudicium secutus, de quo Cicero pro Sex. Roscio Amerino: L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum & sapientissimum iudicem putabat, idem in causis querere solebat, cv i bono fuisset. Sic vita hominum est, vt ad scelus nemo sine spe concurat; emolumento accedere. Ipse Cicero, in Miloniana, hoc argumentum conatur docere Clodiu occidendi Milonis animum habuisse. Huc etiam pertinet illud Fabij Declamat. 387. Quare ergo mater sepeliuit? nescio, hoc vnu dico, non poterat agnosci. Festinauit, cui bono. Sic enim illa distinguit. Eo forte Seneca respexit in factu 3. cum ait: — cui prodest scelus.

Is fecit —

298 Clarus priusquam. Euripid. in Medea: *κλῆρ' ἢ πῆρ' αὐτῶν καμπύλῳ ἔφ' ἔτι τῆς θεῆς, καὶ πῶς αὐτὸς τῆσδε τελευτῶν ἔσθ' ἔσθ'.* Ex quo Ennius, in Medea; *Si te secundo lumine hic offendero.* Apuleius, de asino aureo, seu Metamor. lib. 1. Et vt illa Medea, vnus diei impetratis a Creonte induciis, totam domū eius filiamq; cum ipso sene flāmis coronalibus deuulerat. 301 *Audax.* Horatius, quem hoc choro noster imitatur;

illi robur & as triplex

Circa peccus erat, qui fragilem truci commisit pelagoratem

Primus &c.

304 *Leuibus.* Ouid. lib. 1. Metamorph. *Et leuis impulsos retro dabat aura capillos. Crediti aurū.* proprie dictum, Lucilius Sat. 28. *Vitam ac fortunas quos crediderim meos?* Virg. 5. Aeneid.

Aeneam quid enim credam fallacibus ausurus? Horat. lib. 1. carm. ode 3.

tibi creditum

Debes Virgilium — 306 *Potuit tenui fidere ligno.* Simili modo Iuuen. *In nunc, & veni animam comitte, dolato Confusus tigno, digitis a morte remotus Quatuor, aut septē, si sit latissima iuba.*

308 *Nimum gracili limite ducto.* ex Anacharxis sententia, qui, vt scribit Laërtius, *καθ' ὃν τέταρτος δακτύλος εἶναι τὸ πάχος τῆς γλώσσης, τοσούτων ἴση τῶν δακτύλων τῶν πλείοντων ἀπὸ τῆς.* Ouidius, quem citauit Menochius lib. 2. de arbitrar. iudic. centur. 1. casu 61. *Nā prope tū lethū, quam prope cereris aquā.*

311 *Pleiadas, Hyadas.* haec est o. v. l. lectio: subuere ortamen, ne alterum ex duobus his ex alterius epitheto in nomen proprium deprauatum sit.

313 *Olenia sidera capra.* Aratus in Phaenomenis; *ἀλκυὼν δὲ μιν αἰγῶν διὸς καλεῖται τὰσφίτων.* Ouidius 3. Metamorph. — *Olenia sidus phoeniale capella.* idem sic saepius vocat Pastor. lib. 2. & 5.

Vtrumque regno pelle. cur fontes duos Distinguis? illi Pelia, non nobis iacet. 275

Fugam, rapinas, adice desertum patrem, Lacerumq; fratrem, quicquid etiamnum nouam Docet maritus coniugem, non est meum. Toties nocens sum facta, sed nunquam mihi. 280

CR. *Iam exisse decuit, quid seris fando moras?* ME. *Supplex recedens illud extremum precor, Ne culpa natos matris in fontes trahat.* CR. *Vade, hos paterno, vt genitor, excipiam sinu.* 285

ME. *Per ego auspiciatos regy thalami thoros, Per spes futuras, perq; regnorum status, Fortuna varia dubia quos agitat vice; Precor, breuem largire fugienti moram: Dum extrema gnatis mater infigo oscula Fortasse moriens.* CR. *fraudibus tempus petis.* 290

ME. *Qua fraus timeri tempore exiguo potest?* CR. *Nullum ad nocendum tempus angustum est malis.* ME. *Parumne misera temporis lachrymis negas?* CR. *Esi repugnat precibus infelix timor, Vnus parando dabitur exilio dies.* 295

ME. *Nimis est; & ex hoc aliquid abscindas, licet.* CR. *Et ipsa propera, capite supplicium lues, Clarus priusquam Phæbus attollit diem, Nisi cedis Isthmo. sacra me thalami vocant: Vocat precari festus Hymenao dies.* 300

CHORVS.

Anapæstici.

Audax nimium, qui freta primus Rate tam fragili per fida rupit, Terrasq; suas post terga videns, Animam leuibus credidit auris, 305

Dubioq; secans aquora cursu Potuit tenui fidere ligno, Inter vitæ mortisq; vias Nimum gracili limite ducto. 310

Nondum quisquam sidera norat, Stellisq; quibus pingitur aether, Non erat vsus: nondum Pleiadas, Hyadas poterant vitare rates, Non Olenia sidera caprae: 315

Non

Olenia sidus phoeniale capella.

Non qua sequitur, flectitq; senex Arctica tardus plaustra Bootes. 315 *Nondum Boreas, nondum Zephyrus Nomen habebant.*

Ausus Tiphys pandere vasto Carbasia ponto, legesq; nouas Scribere ventis: nunc lina sinu Tendere toto: nunc prolato 320 *Pede transuersos captare notos: Nunc antennas medio tuas Ponere malo: nunc in summo*

Religare loco, cum iam totos Auidus nimium nauita flatus Optat, & alio rubicunda tremunt Suppara velo. 325

Candida nostri seculi patres Videre, procul fraude remotâ, Sua quisque piger litora tangens, Patrioq; senex factus in aruo, Paruo diues, nisi quas tulerat 330 *Natale solum, non norat opes.*

Bene dissepti fœdera mundi Traxit in vnum Thessala pinus, Insuper pati verbera pontum, Partemq; metus fieri nostri Mare sepositum. dedit illa graues 335

Improbæ pœnas, per tam longos Ducta timores: cum duo montes, Clausura profundi, hinc atque illinc Subito impulsu, velut aethereo 340 *Gemerent sonitu; spargeret astra*

Nubesq; ipsas mare deprensam. Palluit audax Tiphys, & omnes Labente manu misit habenas: Orpheus tacuit torpente lyra, Ipsaq; vocem perdidit Argo. 345

Quid? cum Siculi virgo Pelori 350

314 *Flectitq; senex Arctica tardus plaustra Bootes.* Germanicus: *Inde Helicen sequitur senior, baculoq; minatus*

Se velle Arctophylax brachiorum munera, cactus

Icarus ereptam pensauit munere natam. sic fortè legendū. Satis autem apparet, Senecam eorū opinionem sequi, qui putant Booten, esse Icarium Erigones parē. Germanici interpres, Bootes, inquit, qui & Arcturus, fertur esse custos plaustrū, eo quod sequitur plaustrum, hoc est Septentriones. Cicero: *Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes, Quidam quasi remone adiunctam praesequantur Arcton.* Aratus Solensis: *ἰχθυόεν δ' Ἐλίχης φέρονται ἰλάοντι ἰοικὺς Ἀρκτοφύλαξ, τὸν ἰχθυόεντα ἐπιπλάει οὐρα Βασιλῆως.*

322 *Pede.* parte veli infima, quæ ad nauis latus religatur, (Baysius de re nauali, mihi pag. 129. cū seq.) quam nauatæ, prout tempestas poscit, aut contrahunt aut laxant. Catull. — *sive vtrumque Iuppiter Simul sacundus incidisset in pedem.* quo ex loco duos hos esse nauticos pedes colligit Turnebus, & Pimpuntius multa ad illud Virgil. lib. 5. Aeneid.

Vna omnes fecere pedem. vbi Seruius, Podiam, (lego pedē, vel podeon) hoc est, funem quo tenditur veli, quod Græci *πέδος* vocant, vt est apud Pindarum & Aristophanem. Hæc Seruius. Ego verò etiam apud Homerum Odyss. 6. & Euripidem, in Taunica Iphigenia, idem inuenio. Plinius quoque scripsit: *lisdem ventis in contrarium nauigatur, simul prolatis pedibus.* Nonius Marcellus explicans hoc verbum, *Renocare pedem,* ait; *Plautus remos nauium, pedes dixit. & in verbo Remi, ait; Remi sunt nauales pedes.* Sed Nonius hæc scribens planè aliud agebat. nam Plautus de his pedibus de quibus hic agitur, quos Græci etiam *πέδων* vocabant, sensit.

328 *Suppara.* Hadrian. Turnebus lib. 2. 1. Aduerlat. cap. 4. quid sint suppara docet. 332 *Patrioq; senex factus in aruo.* huc pertinet Horatij Epod. ode 2. & Claudiani epigramma de sene Vcronensi,

Rabi-

Felix qui patrii auum transegit in aruis, Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem. 333 *Paruo diues.* secundum Philosophos loquitur. Turpilus, in Lindia; *Profecto vt quisque minimo contentus fuit, Ita fortunatam vitam duxit maximè; Vt Philosophi aiunt isti, quiduis sat est.* 336 *Thessala pinus.* Sic Horatius; *Pontica pinus.* hoc est, nauis ex pinu Ponticâ. 337 *Verbera.* remorum. Vel fortè ad amantiam Xerxis respicit, qui Helleponto trecenta verbera infligi, & colaphos incuti iussit, vide Herodotum in Polymnia. 346 *Palluit audax Tiphys.* expressit illa Horatij; — *Et scarentem Belluis pontum, medusq; fraudes Palluit audax.* 349 *Ipsaq; vocem perdidit Argo.* cuius carina vocalis erat, testibus Apollonio, Valerio, Claudiano, Lycophrone in Callandra, & ibi Izacio.

Mobilia & caca fluitantis sorte, labores reddere certa; sibi nihilo plus explicet, ac se
In sanire pareat certa ratione modum.
 Propertius quoque:
Errat vesani finem qui quarit amoris. Verus amor nulli nouit habere modum.
 405 *Flumina in pontum cadent. Sic Virgilius i. Aeneid.*
In freta dum fluij current
 408 *Qua Scylla, qua Charybdis. Sic Catullus: Qua Syrtis, qua Scylla vorax, qua vasta Charybdis.*
 de Sicula Charybdi. Est & alia veteribus incognita in Scrickfinnia, inter Suuentinos promontorium & Caiensica Semla. Vide Abrahamum Ortelium, in descriptione gentium Septentrionalium, & Scalig. contra Cardanum.
 410 *Titana. Typhocum, iuxta Pindarum, Hesiodum, Euphorionem; & qui eum diligentiſ. iſtiratur, Ouidium, & Valeriu Flaccum: vel potiſ Enceladum, ex ſententia Callimachi, Orphei, Smyrnaei, Oppiani, Virgilij, Seneci, Lucani, Claudiani ac Sidonij: dixi potiſ, quia hanc opinionem ſequitur Seneca Hercule O Etæo actu 4. his verſibus:*
Vincet scopulos inde Typhoeus Et Tyrrhenam feret Inarimen. Feret Aënaos inde caminus, Scindet q̄, latus montis apertii, Nondum Enceladus fulmine victus.
 411 *Rapidus amnis. Lucretius: Et rapidos trantant amnes.*
 415 *Theſſalici ducis. Acaſti. Supra habuimus; quippe te poena expetit Lethoq̄, Acaſtius*
 416 *Amor timere neminem verus poteſt. audacia amantium pleni ſunt poetarum libri. Sidonius: Amor timere neſcit.*
 Propertius:
Solus amans nouit quando periturus, & à qua
Morte, neque hic Borea ſtabra nec arma timet. Tibullus:
Nec docet hoc omnes, ſed quos nec inertia tardat, Nec vetat obſcura ſurgere nocte timor.
Ene ego cum tenebris tota vagor anxius vrbe, Securum in tenebris me facit eſſe Venus.
Nec ſinit occurrat quiſquam qui corpora ferro Vulneret, aut rapta pramia veſte petat.
Quiſquis amoret tenetur, eat tutuſq̄, acerq̄, Qualibet inſidias non timuiſſe decet.
 hiſ contentit Propertius lib. 3. eleg. 15.
Nec tamen eſt quiſquam ſacros qui ledat amantes, Scironis media ſic licet ire via.
Quiſquis amator erit, Scythicus licet ambulet oris, Nemo adeo, ut noceat, barbarus eſſe volet.

In multa patiar? ſegnſ hic ibit dies? Tanto petitus ambitu, tanto datus? 400
Dum terra calum media libratum feret, Nitidusq̄, certas mundus enoluet vices, Numeruſq̄, arenis deerit, & ſolem dies, Noctem ſequentur aſtra, dum ſiccas polus Verſabit arctos, flumina in pontum cadent, 405
Nunquam meus ceſſabit in pœnas furor, Creſcetq̄, ſemper: qua ferarum immanitas, Quæ Scylla, qua Charybdis, Ionium mare Siculumq̄, ſorbens, quæq̄, anhelantem premens Titana, tantis Aëta feruebit miniſ? 410
Non rapidus amnis, non procelloſum mare, Pontuſq̄, coro ſæuus, aut vis ignium Adiuta ſtatu poſſit inhibere impetum, Iraſq̄, noſtras: ſternam & euertam omnia. Timuit Creontem, ac bella Theſſalici ducis: 415
Amor timere neminem verus poteſt. Sed ceſſerit conuictus, & dederit manus, Adire certè, & coniugem extremo alloqui Sermone potuit: hoc quoque extimuit ferox. 420
Laxare certè tempus immitus fuga Genero licebat: liberis vnus dies Datus duobus. non queror tempus breue: Multum patebit. faciet, hic faciet dies, Quod nullus vnquam taceat. innadam deos, Et cuncta quatiam. NV. recipe turbatum malis 425
Hera pectus, animum mitiga. ME. ſola eſt quiet, Mecum ruinâ cuncta ſi video obruta. Mecum omnia abeant: trahere, cum pereas, licet. NV. Quàm multa ſunt timenda, ſi perſtas, vide. 430

Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebras, Ipſe amor accenſas percutit anſe faces. Sana canum rabies morſus auertit hiantes. Huic generi quouis tempore tuta via eſt. Diuino hæc amori accommoda. nihil verius. 428 Mecum omnia abeant. potuit vetuſ illud dictu imitari, quod ex Dionis lib. 58. Xiſiphilus retulit: ἐμὸν ἴκοντα ἔοικα μὴ χθῆτα πορῶ. Libet. membranæ, licet. idque, quoad ſententiam, deterius non eſt. 430 Nemo potentes aggredi tutuſ poteſt. nam potentiorum ira grauiſ eſt ſemper, regum præcipuè. Homerus Iliad. 2. κρείττοισι γὰρ βασιλῶς ὅτε χροῖεται ἀπὸ χεῖρας.

I A S O N. M E D E A.
 I A. *O dura fata ſemper, & ſortem aſperam, Cum ſauit, & cum parcit, ex aquo malam. Remedia toties inuenit nobis Deus. Periculis peiora ſi vellem fidem 435*
Præſtare meritis coniugis, letho fuit Caput offerendum: ſi mori nolim, fide Miſero carendum eſt. non timor vincit virum, Sed trepida pietas: quippe ſequeretur necem Proles parentum. ô ſancta, ſi calum incolis, 440
Iuſticia, numen inuoco ac teſtor tuum; Nati patrem vicere. quin ipſam quoque; Et ſi ferox eſt corde, nec patiens iugi; Conſulere natis malle, quàm thalamis, reor. Conſtituit animus precibus iratam aggredi. 445
Atque ecce, viſo memet, exſiluit, furit, Fert odia præſe, totus in vultu eſt dolor. ME. Fugimus Iason, fugimus. hoc non eſt nouum Mutare ſedes: cauſa fugiendi, noua eſt. Pro te ſolebam fugere: diſcedo, exeo, 450
Penatibus profugere quam cogis tuis. Ad quos remittis? Phasin & Colchos petam, Patriumq̄, regnum? quæq̄, fraternus cruor Perfuſi arua? quas peti terras iubet? Quæ maria monſtras? Pontici fauces freti? 455
Per quas reuexi nobiles regum manus, Adulterum ſecuta per Symplegadas? Paruamne Iolchan, Theſſala an Tempe petam? Quæſcunque aperui tibi vias, cluſi mihi. Quò me remittis? exſuli exſilium imperas, 460
Nec das. eatur, regius inſit gener. Nihil reſuſo: dira ſupplicia ingerere. Merui. cruentis pellicem pœnis premat Regalis ira; vinculis oneret manus, Cluſamq̄, ſaxo noctis aterna obruat. 465
Minora meritis patiar. ingratum caput! Reuoluat animus igneos tauri halitus, Interq̄, ſæuos gentis indomita metus, Armifero in aruo flammæum Aëta pecus, Hoſtisq̄, ſubiti tela: cum inſu meo 470
Terrigena miles mutua cade occidit. Adice expetita ſpolia Phryxci arietis, Somnoq̄, inſuſum lumina ignoto dare Inſomne monſtrum, traditum fratrem neci;

vel quia, vt ſubiungit Homerus, ira non facile obliuiſcuntur: vel quia, vt poeta indignus qui cum Charylo compararet, dixit, regibus longæ ſunt manus.
 437 *Vincit virum.* quidam libri ſcripti, *vicit virum.*
 442 *Ferox.* ait Horatius, in epiſt. ad Piſones, de arte poetica:
Sit Medea ferox
 446 *Totus in vultu eſt dolor.* Agmemn. actu 2.
 447 *Licet ipſa ſileas, totus in vultu eſt dolor.* Hercule O Etæo, actu 2.
 — in vultus dolor
Proceſſit omnia
 452 *Patriumq̄, regnum?* apud Euripidem Medea:
 τῷ ποὶ τεράματα; ποῖτερος πῶς πατρὸς ἔλεμος,
 ἢς σοὶ πῶς δ' ἔσται, καὶ πῶς ἔσται, ἀφικόμενον
 ἢ πῶς παλαιῶν Πελοπιδῶν; καὶ ἴσως γ' ἂν ἐν
 δέξοντο μὲ οἴκῳ, ὧν πατέρων κρατεῖται οὐκ.
 Ennius, in Medea:
Quò nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternamne, an ad Pelia filias?
 Solent poetae miſeros ſic facere ratiocinantes, vt oſtendant nullo loco poſſe ſe tutò conſiſtere. exempla ſunt illuſtria in Oracione Gracchi lib. 3. de Orac. in Hercule furente Euripidis, Aiace μεταφῶρεω Sophoclis, Ariadna Catuli, Didone Virgilij, Alcmena Senecæ in Herc O Etæo, aliſque multis.
 464 *Saxo noctis aterna.* hoc eſt, ſpecu tenebroſo.
 466 *Igneos tauri halitus.* ex Euripide, apud quem Medea:
 ἔστω δ' ὅ, αἷς ἰσσοῖσιν Ἐχιδῶν ἔσται
 τῶντων σωμειτέθησαν Ἀργῶν σκῆφῳ,
 πημφῆενται τῶρων πηρῶν ἰππῶν ἰππῶν,
 ζῆλον ἔσται, καὶ πῶς ἔσται ἰππῶν ἰππῶν
 ἀπὸ τῶντων ὅ, ἢς πῶς ἔσται ἰππῶν ἰππῶν
 ἀπὸ τῶντων ὅ, ἢς πῶς ἔσται ἰππῶν ἰππῶν
 καὶ τῶντων ὅ, ἢς πῶς ἔσται ἰππῶν ἰππῶν
 470 *Terrigena miles.* Ouidius 7. Metamorph.
Terrigena pereunt per mutua vulnera fratres.
 & Claudianus ſic eodem vocauit, de bello Getico:
An ego terrigenas potiſ mirabor in ipſis Procubuiſſe ſatis; vita quibus attulit idem
Principium ſinemq̄, dies
 471 *Expetita.* optata. Catullus:
Aurat optantes Colchis auertere pellè.
 472 *Somnoq̄, inſuſum lumina ignoto dare Inſomne monſtrum.* Libanius Sophiſta:
 Et,
 C 2

κατάδωκεν ἄφρονι δρῶντι βύρτιος ἀπὸ τῶν παύδων.
 Claudianus:
 — insopitissimū refusum
 Tractibus auranti custodem velleris anguem.
 476 Senis. Pelia. nota res ex Polycratis Saniij, & Ouidij traditione.

*Et, scelere in vno, non semel factum scelus,
 Iussasq; natas, fraude deceptas meâ,
 475 Scare membra non venieturi senis:
 [Alienaq; sequens regna, deserui mea.] *
 Per spes tuorum liberam, & certum larem,
 Per victa monstra, per manus; pro te, quibus
 Nunquam peperci; perq; prateritos metus,
 480 Per calum, & vandas, coniugij testes mei,
 Miserere. redde supplici felix vicem.
 Ex opibus illis quas procul raptas Scythæ
 Vsq; à perustis India populis petunt,
 Referta quasq; vix domus gazas capit,
 485 (Ornamus auro memora) nil exul tuli
 Nisi fratris artus, hos quoque impendi tibi.
 Tibi patria cessit, tibi pater, frater, pudor:
 Hac dote nupsi. redde fugienti sua.
 IA. Perimere cum te vellet infestus Creo,
 490 Lachrymis meis euitus, exilium dedit.
 ME. Pœnam putabam: munus, ut video, est fuga.
 IA. Dum licet abire, profuge, teq; hinc eripe.
 494 Grauis ira regum est semper. Suprà nu. 430. vbi vide quæ scripsimus, dixit:
 Nemo potentes aggredi tutus potest.
 & suprà actu 2.
 Nec me fugit quàm durus & verè insolens
 Ad recta flecti regius nolit tumor.
 Pindarus:
 — ῥόλα
 ἢ ἐν ἀλίδι
 γιγναι πάλαι Διός.*

*Grauis ira regum est semper. ME. hoc suades mihi?
 Præstas Creusa. pellicem inuisam amoues. 495
 IA. Medea amores obicitis? ME. & cadē, & dolos.
 IA. Obicere crimen quod potes tandem mihi?
 ME. Quodcumq; feci. IA. restat hoc vnum insuper,
 Tuis ut etiam sceleribus fiam nocens.
 ME. Tua illa, tua sunt illa. cui prodest scelus,
 500 Is fecit. omnes coniugem infamem arguant;
 Solus tuere, solus in fontem voca.
 Tibi innocens sit, quisquis est pro te nocens.
 IA. Ingrata vita est, cuius accepta pudet.
 ME. Retinenda non est, cuius accepta pudet. 505
 IA. Quin potius irâ concitum pectus doma:
 Placare natas. ME. ab dico, abiuro, abnuo.
 Meus Creusa liberis fratres dabit?
 IA. Regina gnatas exsulum afflictis potens?
 ME. Non veniat unquam tam malus miseris dies; 510
 Qui prole fœdâ misceat prolem inclytam,
 Phœbi nepotes Sisyphi nepotibus.
 IA. Quid misera meq; teq; in exitium trahis?
 Abscede, quaeso. ME. supplicem audiuisti Creo.
 IA. Quid facere possim, eloquere. ME. pro me: vel
 515 scelus.
 IA. Hinc rex, & illinc. ME. est & his maior metus
 Medea.*

515 Loquere. antiquis. libri eloquere.
 516 Est & hu maior metus. in o. v. l. con-
 tinetur: est & hinc maior metus Medea.
 dixerat Iason ab vna parte duos reges esse
 Acastum & Creontem; quorum metu Me-
 deam non ausit retinere: responder illa, sunt
 illinc Acastus & Creo, hinc ego; plus sola
 quàm vterque potero.

*Medea. nos conflagere, certemus, sine:
 Sit precium Iason. IA. cedo de fessis malis.
 Et ipsa casus saepe iam expertos time.
 520 ME. Fortuna semper geminis intra me stetit.
 IA. Acastus instat, propior est hostis Creo.
 ME. Virung; profuge. nolo ut in socerum manus
 Armes: nec ut te cade cognatâ inquinés,
 Medea cogit. innocens mecum fuge.
 525 IA. Et quis resistet, gemina si bella ingruant?
 Creoque Acastus arma si iungant sua?
 ME. His adiice Colchos, adiice Aetern ducem;
 Scythas Pelasgis iunge; demersos dabo.
 IA. Alta extimesco sceptrâ. ME. ne cupias, vide.
 530 IA. Suspecta ne sint, longa colloquia amputa.
 ME. Nunc summe toto Iuppiter celo tona,
 Intende dextram, vindices flammâs para,
 Omnemq; ruptis nubibus mundum quate:
 Nec diligenti tela librentur manu;
 535 In me, vel istum. quisquis è nobis cadet,
 Nocens peribit: non potest in nos tuum
 Errare fulmen. IA. sana meditari incipe,
 Et placida fare; si quid ex soceri domo
 Potest fugam leuare, solamen pete.
 540 ME. Contemnere animus regias, ut scis, opes
 Potest, soletq;: liberos tantum fuga
 Habere comites liceat; in quorum sinu
 Lachrymas profundam. te noui gnati manent.
 IA. Parere precibus cupere me fateor tuis,
 545 Pietas vetat. namq; istud haud possum pati:
 Non si ipse memet cogat & rex, & socer.
 Hac causa vitæ est: hoc perustâ pectoris
 Curis leuamen: spiritu citius queam
 Carere, membris, luce. ME. Sic gnatos amat?
 550 Bene est, tenetur, vulnere patuit locus.
 Suprema certè liceat abeuntem loqui
 Mandata, liceat vltimum amplexum dare.
 IA. Gratû est. ME. & illud, voce iam extremâ, peto:
 Ne, si qua noster dubius effudit dolor;
 555 Maneant in animo verba: sed melior tibi
 Memoria nostri subeat: hæc iræ data
 Oblitterentur. IA. omnia ex animo expulsi,
 Precorq; & ipsa feruidam ut mentem regas,
 Placideq; tractes: miserias lenit quies.
 560 ME. Discessit, itân est vadis oblitus mei,*

527 His adiice. Sic apud Valerium Flac-
 cum vltimo libro inchoati operis inquit
 Medea:
 An fratris te bella mei, patriaq; triremes
 Terrificent, magnoque impar urgeris ab
 hoste?
 Finge rates alias, & adhuc maiora coire
 Agmina, & quæ sequuntur.
 538 Si quid ex soceri domo. Euripides:
 ἀλλ' εἴη βάλαι παρὶ τῆς ἡσυχίας φουγῆς
 ἀποσπείλημα χερμάτων ἐμῶν λαβείν,
 λέγ' ὡς ἐποικίς ἀφ' ἑνὸς δουρὸς χροῖ, &c.
 550 Vulnere patuit locus. à gladiatoribus
 ducta figura. nam vt hi aliquid in membrum
 detegunt, locum vulnere insigendo præbent,
 & tum vulnere locus patet.
 554 Ne si qua noster, &c. Medea apud
 Euripidem:
 — αἰτ' ἔμωσ' ἑ τῶν εἰρηρῶν
 συσίμωσ' εἶπαι —
 Porro quemadmodum Medea, vt possit li-
 beros necare, se ad meliorem mentē rediisse
 simulat: sic planè Sophocleus Ajax à priore
 sententia recessisse se fingit, Tecmessæ re-
 mouendæ causâ, ne se interficere volenti im-
 pedimento foret. illaq; Sophoclis fictio sic
 Virgilio placuit, vt in diuinum opus lib. 4.
 eam transtulerit. ibi namque Dido certa iam
 moti, & deliberata morte fortior, consilium
 vultu regit, & spem fronte serenas.

564 Vix fraudi est locus: Timetur. difficile est eum fallere, qui falli timet: e contra facile est illum circumuenire, qui se decipi non posse confidit. planè confidentia in fidis exposita est: merentē nō nisi aperto Marte opprimere queas. ideo in Thyeste dictum: — sed quibus captus dolis

Nostros dabit perductus in laqueos pedes: Inimica credit cuncta.

567 Quicquid potes Medea, quicquid non potes. Græca phrasis. Sic etiam Catullus: Hoc facies sine hoc non pote, sine pote.

572 A sole, de ornatu isto ait Euripid. — ὄν ποδὶ ἥλιου

πυθῆ παρὰ τῆσδ' ἰδύσσιν ἐκρύβησθαι οἷσιν.

581 Quanta cum coniux viduata tedis, adulterium virorum mulieres maximè exasperat. Euripide: Medea: — γυνὴ γδ τὰ δαῖμα ἰδίῃ φόβῳ πλεον, κακῶν δ' ἐς ἀδύλῳ, καὶ σιδηροῦ εἰσπορεύει. ὅταν δ' ἐς δούλῳ ἄδικηθῆν κερῆν, σὺν ἔσπιν ἄδην φρεσὶν μισοφρονεῖσσι.

ideo noster Hercule O Eteō: O quam crudelus feminas stimulat dolor, Cum patuit vna pellici & nupte domus!

Scylla & Charybdis Sicula torquens freta Minus est timenda, nulla non melior fera est. Ouidius 2. de arte: Sed neque fuluus aper media iam sanus in ira est, Fulmineo rapidos dum rotat ore canes: Nec lea cū catulis lactantibus uerba prabet, Nec breuis ignaro vipera lassa pede: Femina quam socij deprensam pellice lecti Ardet, & in vultu pignora mentis habet. In ferrum flammamq; ruit, postroq; decore Fertur ut Aonijs cornibus ista Dei.

Aurel. Prudentius: — odit uxor pellicem. Seneca epist. 96. Scit in uxore grauissimū esse iniuria genus, pellicem. Merito: si credimus Menelao Euripidis, in Andromacha. Pindarus epist. 16. Pyth. dubitat an Clytæmnestram ad occidendum maritum dolor filiae necarē, an ira inductæ pellicis excitavit. Subiungit tandem nuptæ odiosis. esse, Si vir in mala, ut ait ille, sit deditus adultera. Sanè eam ob rem multæ maritos suos occiderunt, ut ex Cicerone 2. offic. Capitolino, Apollonio, Palæphato, Eusebio, Appiano, Iustino patet; Thebe Alexandrum Phærenni, Lucilla Antoninum Verum, Lemnia viros omnes vna excepta vniuersæ; hæc causa fuit cur Sphinx Cadmo marito bellum mouerit; cur Demetrius Antigonii filius, & Demetrius Nicanor, ab vxoribus fuerint interempti. assentior enim Scaligero lib. 3. artis poet. & Steph. Forcatulo in Cupidine iuris perito cap. 6. in feminis esse extremum summumque affectum zelotypiam scribentibus. Huc spectat illa Matthæi Mariae Boiardi: L' animal che più crudo, e spauentiuole, Et più ardente, che fuoco che sia,

Et tot meorum facinorum? excidimus tibi? Nunquam excidemus. hoc age, omnes aduoca Vires & artes. fructus est scelerum tibi, Nullum scelus putare. vix fraudi est locus: Timetur. hac aggredere, quā nemo potest Quicquam timere. perge, nunc aude, incipe, Quicquid potes Medea, quicquid non potes. Tu fida nutrix, socia meroris mei, Varijque casus, misera consilia adiuua. Est palla nobis, murus aetheria domus, Decusq; regni, pignus Ætæ datum A Sole: gemmis est & auro textili Monile fulgens; quodq; gemmarum nitor Distinguit aurum, quo solent cingi comæ: Hæc nostra nati dona nubenti ferant; Sed antè dirus illita ac tineta artibus. Vocetur Hecate: sacra luctifica appara: Struantur aræ: flamma iam tectis sonet.

CHORVS.

Sapphici.

Nulla vis flamma, tumidiq; venti Tanta, nec teli metuenda torti; Quanta, cum coniux viduata tedis Ardet & odit. Non vbi hibernos nebulosus imbres Auster aduexit, properatq; torrens Ister, & iunctos vetat esse pontes. Ac vagus errat.

La moglie che fa vn tempo amoreuole, Che disprezzata cadde in gelosia, Non è leon ferito piu spiaciuole, Ne la serpe calcata è tanto ria, Quanto la moglie era quella fiata, Che per altrui se veda abbandonata.

582 Ardet. amat. Virgilius. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Horat. Non aliter Samio dicunt arsisse Bathillo Anacreontea Teium.

Seneca: Arsit obscuroidea clara mundi.

583 Nebulosus imbres Hauster aduexit. Phaurinus apud Gelliū lib. 2. cap. 2. Hauster, inquit, Græcè νότος — nominatur: quia est nebulosus atq; humidus. Horat. —

Albus ut obscuro detergat nubila celo Sape Notus, neque parturit imbres Perpetuos: sic tu, &c.

584 Torrens Ister. sic Virgilius; — torrentia summa

Nota

Non vbi impellit Rhodanus profundum, Aut vbi, in riuos niuibus solutis, Sole iam forti, medioq; vere, Tabuit Hæmus.

590 Cæcus est ignis stimulat irâ, Nec regi curat, patiturve frenos, Haud timet mortem, cupit ire in ipsos Obuius enses.

595 Parcite o diui, veniam precamur, Viuat ut tutus mare qui subegit: Sed furit vinci dominus profundi Regna secunda.

Ausus aternos agitare currus, 600 Immemor metae iuuenis paterna; Quos polo sparsit, furiosus ignes Ipse recepit.

Constitit nulli via nota magno. Vade, quâ tutum populo priori: 605 Rumpe nec sancti violente mundi Fœdera sacra.

Quisquis audacis tetigit carina Nobiles remos; nemoris sacra Pelion dens â spoliavit umbrâ:

610 Quisquis intravit scopulos vagantes; Et, tot emensus pelagi labores, Barbarâ funem reliquit ora, Raptor externi rediturus auri, Exiit diro temerata ponti

615 Intra piavit. Exigit pœnas mare prouocatum. Tiphys in primis domitor profundis, Liquit indocto regimen magistro Litore externo, procul à paternis

620 Occidens regnis; tumuloq; vili Tectus, ignotas iacet inter umbras. Aulis amissi memor inde regis Portubus lentis retinet carinas Stare querentes.

614 Exiit diro. Iason sanè; de quo hic non tradit, quod eo viuo hæc agi fingantur; mala morte periit: animi scilicet dolore, iuxta Diodorum Siciliensem, quia cuncti eum, ob ingratitude in Medeam, calamitarius quibus promebatur dignum iudicabant, necem sibi ipsi consuevit. Euripides tamen, in fine Medæe, innuit illum iuxta Argus, sub qua dormiebat, verustate collabentis oppressum. idque eo loco Scholiastes probat.

618 Indocto. Ergyuo. Apollon. & Valer. Flacc. 622 Aulis. Aulis portus Euboicus, memor regem suum

596 Qui subegit. Iasonem intelligit, quemadmodum infra, cum ait; Parcite iussu. 598 Regna secunda. maria dicit regna secunda, quia secunda sorte Neptuno obtigerunt. quemadmodum inferi Plutoni tertia sorte. Vnde Claudianus lib. 1. deraptu, Plutonem sic loquentem inducit: — grati quod luminis experts Tertia suprema patior dispendia sortis? 600 Iuuenis Phæthon, Apollinis & Clymens, ut voluit Ouidius & Lucianus; vel Apollinis & Proteus, ut Tzetzes; vel Cephalus & Aurora, ut Hesiodus & Pausanias, filius cuius mors Apollonij 4. Argonaut. Tzetæe Chiliad. 4. histor. 1 37. & Ouidij 2. Metam. notior est, quàm ut debeat inculcari, ea docet adolescentem quomodo reprob. capeffere debeant, qui enim sola nobilitate fretus, animi bonis virtutibus scilicet necessarijs destitutus, ad regimen ciuitatis accedat, & temere habenas recipub. moderari præsumat, fieri non potest quin statum eius concutiat, concussum labefactet, labefactatum penitus diruat atque subuertat: quare regi suo & domino superiori inconsultæ audaciæ grauilimas tandem pœnas det. hoc Phæthon, qui lucentem significat, Clymens, (id est gloria cumulatæ, ἀπὸ τῆς κλύου) seu Proteus (hoc est, primariæ feminae, ἀπὸ τῆς προτῆς) & Solis filius, paternos aulus agitare currus, & postremo vindice Ionis fulmine ambustus, videtur innuere. 603 Constitit nulli via nota magno. ait via nulli nota ante Argoam nauigationem in magno constitit omnibus Argonautis, vel sanè, Nulli vniquam damno fuit, viâ communi & regiâ incesisse. 606 Fœdera. supra hæc tragicœdia: Bene dissepit fœdera mundi Traxit in unum Thessala pinus. de his fœderibus est illud Horatij; Ne quicquam deus absceidit Prudens Oceano dissociabilis Terras, si tamen impiæ Non tangenda rates transsiliant vada. 607 Audacis. Argus temerariæ. Claudianus, de bello Getico; Intacti cum claustra freti, cœuuntibus equor Armatū scopulis audax irruperet Argo. Ille, 608 Sacra. Ioui Dodonæo.

612 Reliquit ora. bene & propriè. Catullus; Perfidijs in Cretam reliquisset nauis a funem. & Horat. Sine iactatam reliquit vado Litore nauim. 614 Exiit diro. Iason sanè; de quo hic non tradit, quod eo viuo hæc agi fingantur; mala morte periit: animi scilicet dolore, iuxta Diodorum Siciliensem, quia cuncti eum, ob ingratitude in Medeam, calamitarius quibus promebatur dignum iudicabant, necem sibi ipsi consuevit. Euripides tamen, in fine Medæe, innuit illum iuxta Argus, sub qua dormiebat, verustate collabentis oppressum. idque eo loco Scholiastes probat. 618 Indocto. Ergyuo. Apollon. & Valer. Flacc. 622 Aulis. Aulis portus Euboicus, memor regem suum

ἀντιέμπτως κἀκείνου ἐπὶ δὲ τῶν ἀντιέμπτως... ὁ δ' ἐμπτῶς ὁ ἐπὶ πλεονάζοντος... ὁ δ' ἐμπτῶς ὁ ἐπὶ πλεονάζοντος...

Ophionibus. dictus, teste Proclo, quasi ἀφιδῶν, quod serpentem teneat. Græcam vocem Seneca post Germanicum Cæsarem retinuit. Cicero Latinam finxit;

anguitenenis Quam claro perhibeat ἀφιδῶν nomine. Graec.

quis anguitenenis iste sit, variè traditur. Basilius & Anienus dicunt esse Aesculapium; Hegesianax Carnabontem, Getarum regem; Polyzelus Rhodius, Phorbantem Triopæ & Hiscille filium; alij, Herculem; nonnulli, Triopam Thefalum; quidam Promethea; ceteri vel Tantalum, vel Thybrin, vel Thefa, vel Ixionem. hæc Theon, & Higynus libro 2. qui multa.

700 Numina. Apollinem & Dianam recens à Latona editos. de Pythone multa Nicander & Scholiastes eius in Theriacis, & Ouid. Metamorph. 1.

709 Caucasus Promethei. Propert. eleg. 12. lib. 1.

Leeta Promethei diuidit herba iugis. in qua elegia Propertij, vbi legitur in o. l. nullo discrepante;

Quia mihi desidia non cessas fungere crimen, Quod faciat nobis conscia Roma moram: Carrio meus ex coniectura reponit;

Quod faciat nobis Roma in amore moram. Cicirco, credo, quod in seq. eleg. legatur:

Certus & in nullo quaris amore moram.

Vertim nolim ego quicquam mutari: neque enim valde virget hæc ratio. Consciam Romam dicit figuratè, quasi Roma sciret causas tam diuturnæ moræ: quæ sententia mihi satis aridet. Sed ad rem. de herba Promethea Valerius Flaccus lib. 7. ait;

Promethea florem de sanguine fibra

Causæ enim, tonitru nutrita & graminæ promis;

Qua sacer ille niues inter triste & pruinas

Durat, editisq; cruor; cum viscere vultur adeso

Tollitur è scopulis, rostroq; roratis aperto.

idem tradit Apollon. lib. 3. vbi vide Scholiast. & Plutarchum in lib. de fluminib. & Turnebum lib. 2. adu. c. 9. & lib. 1. s. c. 1. & Cælium Rhodigin. lib. 7. antiq. lect. ion. cap. 21. & Ioan. Hartungum Decuria secunda.

711 Diuites Arabes. qui Arabiam felicem incolunt. de quibus Venantius Fortunatianus, in Phœnice cecici-

Virusq; fundat: adsit ad cantus meos
Lacessere ausus gemina Python numina:
Et Hydra, & omnis redeat Herculeâ manu
Succisa serpens, cade se reparans sua.
Tu quoque relicta peruigil Colchis ades,
Sopite primùm cantibus serpens meis.

Postquam euocauit omne serpentum genus:
Congerit in unum frugis infaustra mala;
Quæcunque generat inuiuis saxis Eryx;
Qua fert operis hieme perpetua iugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei,
Pharetraq; pugnax Medus, aut Paribus lenis;

Et quis sagittas diuites Arabes linunt,
Aut quos, sub axe frigido, succos legunt
Lucis Sueni nobiles Hercyniis.

Quodcunque telus vere nidifico creat,
Aut rigida cum iam bruma discussu decus
Nemorum, & niuali cuncta constrinxit gelu;

Quodcunque gramen flore mortifero viret,
Dirisve tortis succus in radicibus
Causas nocendi gignit, atrectat manu.

Amonius illas contulit pestes Athos,
Has Pindus ingens, illa Pangæi iugis
Teneram cruentâ falce deposuit comam:
Has aluit altum gurgitem Tigris premens,
Danubius illas: has per arenæ plagas

Tepidis

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

725 Tepidis Hydaspes gemmifer currens aquis,
Nomenq; terris qui dedit Batis suis,
Hesperia pulsans maria languenti vado:
Hæc passa ferrum est, dum parat Phæbus diem,
Illius aliâ nocte succisus frutex,

730 At huius ungue secta cantato seges.
Mortifera carpit gramina, ac serpentium
Saniem exprimit, miscetq; & obscænas aues,
Mæstiq; cor bubonus, & rauca strigis
Exsecta viua viscera: hæc scelerum artifex

735 Discreta ponit: his rapax vis ignium,
Hæc gelida pigri frigoris glacies inest.
Addit venenis verba, non istis minus
Metuenda: sonuit ecce vesano gradu,
Canitq; : mundus vocibus primis tremit.

M E D E A.

Tetrametri, trochaici in initio, mox iam-bici varij & anapæstici.

740 Vos precor vulgus silentum, vosq; ferales deos,
Et chaos cacum, atq; opacâ Ditis umbrosi domû,
Tartari ripis ligatos squallida mortis specus, (uos
Supplicis animæ remissis currite ad thalamos no-
Rota resistat mæbra torquens, tagat Ixion humû.

745 Tantalus securus undas hauriat Pirenidæ.
Longè grauior pœna cedat coniugis socero mei,
Lubricus per saxa retro Sisypthum voluat lapis.
Vos quoque, urnis quas foratis irritus ludit labor,
Danaiides, coite, vestras hic dies quarit manus.

750 Nunc meis vocata sacris noctium sidus veni,
Pessimos induta vultus: fronte non unâ minax.
Tibi more gentis vinculo soluens comam,
Secreta nudo memora lustrari pede,
Et euocari nubibus siccis aquas,

755 Egiq; ad ima maria, & Oceanus graues
Interius undas æstibus victis dedit:

746

747

748

749

750

751

752

753

754

Valerius: cunctaq; tremunt sub falce catena. fuisse has æneas Macrobius 5. Saturn. c. 19. docet, adducto Sophoclis fragmento è tragœdia, quæ πεζοσῶμος inscribitur, cuius imitatione ait Virgilium scripsisse;

Falcibus & messa ad lanam quaruntur abenis Pubentes herba, nigri cum lacte veneni. Ouidius Metamorph. 7.

plantas partim radice reuellit, Partim succidit curuamine falcis abena. ad rem enim diuinam procurandam picraq; ænea adhibebantur, teste, præter alios, Carminio lib. de Italia secundo his verbis: Prius itaque & Thufcos æneo vomere vti, cum cõderentur vrbes, solitos, in traiectionis eorum factis inuenio: & in Sabinis ex ære cultros, quibus sacerdotes tonderentur.

725 Gemifer. in cuius alueo magna gemmarum copia reperitur, veluti lychnis, adamas, beryllus, achates, & alij innumerabiles.

727 Hesperia pulsans maria. mutuatus hoc est à Lucano lib. 2.

Occasus meauratimet, Tethymq; fugacem, Qui ferit Hesperium post omnia flumina Bathis.

Languenti vado. nam dimissus ex Tartarconeni prouinciâ diuisâque Hispania, priusquam in mare labatur, efficit magnum lacum, vnde fit vt minore impetu in Oceanum incidat.

736 Pigri frigoris. ab effectu frequenter epitheta ducuntur. Ouidius: Tristis & ignaui plenissima frigoris Idem: Frigus iners illic habitat, pallorq; tremorq;.

Moderatus Columella lib. 10. Post vbi Riphaa torpentia frigora bruma. Martialis: Concretasq; pigro frigore videt aquas.

frigore enim pigri, inertes, ignaui, & quædam modo torpentes efficiuntur. quia frigus vehemens ἀπελθῶναι καὶ ἀπολθεῖ τὸ ἐμψυγῶν ἡερῶν εἰς τὸ χῆμα τὸ τὸ σῶμα τὸ, inquit Xenophon ἀναβάσῃ ἡ. itaque interius in penitissimis corporis partibus incluso calore, fit vt extremitates, veluti manus ac pedes, pigrae

Vincula soluere monstrat Prima pedum. Horatius scribit se vidisse Canidiam pedibus nudis, passoq; capillo. Ouid. lib. 7 Metamorph.

Egreditur tactis vestes induta recinctas, Nuda pedem, nudos humerum infusa capillos.

754 Euocari nubibus siccis aquas. de magiæ vi apud Laertium lib. 8. Empedocles ait:

829 Tauri. à Iasone subiugati.
830 Semina flamma. Pindarus dixit αἰγί-
αυ φλόγῃ, & Virgil. in 6.
— quaris pars semina flamma.

Vfio Tauri gutture raptas;
Quas permifto felle Medusa,
Tacitum iufsi feruare malum.
Adde venenis ftimulos, Hecate,
Donifq; mejs semina flamma
Condita ferua. fallant vifus,
Tactufq; ferant, meet in pectus
Venasq; calor; ftillent artus,
Oftaq; fument, vincatq; fuas,
Flagrante comâ, noua nuptia faces.
Vota tenentur. ter latratu

830

835

840 Andax Hecate. de hac Caelius libro
20. antiq. lect. cap. 6. & Natalis Mytholog.
lib. 3. cap. 15.

Andax Hecate dedit & sacros
Edidit ignes face luctifera.
Peracta vis est omnis. huc gnatos voca,
Preciosa per quos dona nubenti feras.
Ite, ite nati, matris infausta genus,
Placate vobis munere & multa prece
Dominam & nouercâ. vadite, & celeres domum
Referte gressus, ultimo amplexu ut fruatur.

840

845

CHORVS.

Iambici dimetri catalecti.

Quonam cruenta Manas

Præcepto amore fauo
Raptur? quod impotentis
Facinus parat furore?
Vultus citatus irâ
Riget, & caput feroci
Quatiens superbamotum
Regi minatur ultro.
Quis credat exfulantem?
Flagrant gena rubentes,
Pallor fugat ruborem.
Nullum vagante formâ
Seruat diu colorem.
Vt tigris orba gnatis,
Cursu furente lustrat
Gangeticum nemus: sic
Huc fert pedes & illuc.
Frenare nescit iras
Medea, non amores.

850

855

860

865

857 Flagrant gena rubentes. hoc ex Apol-
lonio sumtum Daniel monet.

862 Tigris. sic Claudianus;
Ardus Hyrcana quatitur sic matre Ny-
phates,

Cuius Achemenio regiludibria natos.
Auxit tremebundus equos; furio illa
marito

Mobilior Zephyro, totamq; virentibus
iram

Dispergit maculis, nimumq; haustura
profundo

Ore vitrum; vitrea tardatur imaginis
forma:

Haud aliter genitrix, &c. —
in quibus versibus illud; totamq; virentibus
iram Dispergit maculis, Iano Parthasio di-
ctum videtur imitatione istorum Stacij;

Qualis vbi audito venantum vulnere,
tigris

Horrui in maculas —

865 Frenare non scit. à N. hoc loco temere
intrusum, non scit. nam non tantum impres-
si libri ferè omnes, sed cuncta etiam manu sc.
exemplaria, quibus vsus sum, continent, fre-
nare nescit. & Cicero, in perfecto oratore,
sua arate non scire, barbarum; nescire, dul-
cius videri cepisse scribit.

870 Nefanda Colchis aruis
Gressum; metuq; soluet
Regnum, simulq; reges?
Nunc Phæbe mitte currus
Nullo morante loro,
875 Nox condat alma lucem.
Mergat diem timendum
Dux noctis hesperugo.

ACTVS QVINTVS.

NVNCIVS. CHORVS. NVTRIX.

MEDEA. IASON.

NVN. Periere cuncta, concidit regni status,
Gnata atque genitor cinere permifto iacent.
880 CH. Qua fraude capti? NV. qua solent reges capi,
Donis. CHO. in illis esse quis potuit dolus?
NVN. Et ipse miror, vixq; iam factio malo,
Potuisse fieri credo. CHO. quis cladis modus?
NVN. Auidius per omnem regia partem furit,
885 Vt iussus ignis. iam domus tota occidit,
Vrbi timerur. CHO. vnda flammis opprimat.
NVN. Et hoc in istâ clade mirandum accidit:
Alit vnda flammis; quoq; prohibetur magis,
Magis ardet ignis, ipsa praesidia occupat.
890 NVN. Effer citatum sede Pelopetâ gradum,
Medea præcepto quasibet terras pete.
ME. Egon' ut recedam? si profugi sem prius,
Ad hoc redirem. nuptias specto nouas.
Quid anime cessas? sequere felicem impetum.
895 Pars vltionis ista, quâ gaudes. quota est?
Amas adhuc furiosa? sic satis est tibi
Cælebs Iason? quare pænarum genus
Haud vsitatam: iamq; sic temet para:
Fas omne cedat, abeat expulsus pudor,
900 Vindicta leuis est, quam ferunt parua manus:
Incumbe in iras, teq; languentem excita,
Penitusq; veteres pectore ex imo impetus
Violentius hauri: quicquid admissum est adhuc,
Pietas vocetur. hoc age, & faxo: sciant,
905 Quam lenia fuerint, quamq; vulgaris nota,
Quæ commodant scelera. prælusit dolor
Per ista nofter. quid manus poterant rudes
Audere magnum? quid puellaris furor?

877 Hesperugo. Lucifer, Eûs Phospho-
rus, Hesperus, Vesperus, Hesperugo, Vespero,
vna eademq; stella est. Hesperus, quod
Bernardino placuit, versum facit claudicare.
Plautus:

Nec iugula, neque Vesperugo, neque Vir-
gilia occidunt.

Terentius Varro lib. 6. de ling. Latina: Vesperugo, stella quæ vespere oritur; à quò etiâ
Opilius scribit vespere. Vitruuius Pollio
lib. 9. de Architectura, de hoc astro ita scri-
psit: Cùm Solem sequitur, post occasum ap-
parens in cælo, clarissimeque lucens, vespere-
rugo vocatur; aliis autem temporibus, eum
ante currens, & oriens ante lucem, lucifer
appellatur.

880 Qua solent reges capi, Donis. ideo re-
ges δαῖς φάγας vocat Hesiodus, quòd olim
donorum forent appetentissimui, ad quos
sine munere non licuit accedere. facile au-
tem auarus donis, luxuriosus formosa mulie-
re, gumia & nepos propositis epulis, denique
vnusquisque eò quo capitur, in insidias per-
trahi potest.

889 Magis ardet. constabat hoc pharima-
cum sulphure & asphalto humectiore: vide
Cælium lib. 15. cap. 13. Comitem lib. 6.
Mythol. cap. 7.

890 Effer citatum. Eutripides;
ἂ δ' ἔγον ἔγ' ἔγ' παρὰ νόμους εἰς ἄσπετον
Μήδεια, φάγας, φάγας, μήτε νεῖαν
λατῆσ' ἀπὸ λῆλυ, μήτε ἄγ' ἔγ' μεδιστῆσ'.

898 Iamq; sic temet. plerique v. l. sicq; iam
temet para.

906 Commodant. Iasoni, non mihi feci:
istud scelus mihi faciendum est.

Nefan-

Medea

E

*Natis Iason funus, ac tumulum strue,
Coniux, socerq, iusta iam sanctis habent
A me sepulti: natus hic fatum tulit:
Hic, te vidente, dabitur exitio pari.*

1A. *Per numen omne, perq, communes fugas,
Torosq, quos non nostra violavit fides;*

*Iam parce nato: si quod est crimen, meum est:
Me dede morti, noxium macula caput.*

ME. *Hac, quâ recusas, quâ doles, ferrum exigam.* 1005

*I nunc superbe, virginum thalamos pete,
Relinque matres. 1A. vnus est poena satis.*

ME. *Si posset vnâ cade satiari manus,
Nullam petisset. vt duos perimam tamen,
Nimum est dolori numerus angustus meo.* 1010

*In matre, si quod pignus etiamnum latet,
Scrutabor ense viscera, & ferro extraham.*

1A. *Iam per age caeli facinus, haud ultra precor.
Moramq, saltem supplicis dona meis.*

ME. *Perfruere lento scelere, ne propera dolor.
Meus dies est: tempore accepto vitimur.* 1015

1A. *In festamemet perime. ME. misereri iubes.
Bene est, peractum est, plura non habui dolor*

*Qua tibi litarem. lumina huc tumida alleua
Ingrate Iason, coniugem agnoscis tuam?* 1020

*Sic fugere soleo. patuit in calum via:
Squammosa gemini colla serpentes iugo*

*Summissa praebeant. recipe iam natos parens.
Ego inter auram aliti curru vehar.*

1A. *Per alta vade spacia sublimi etheris:
Testare nullos esse, quâ ueheris, deos.* 1025

1002 *Non nostra.* non fides mea erga te imminuta has nuptias me, sed liberorum amor facere coegit: in quibusdam autographis legitur, *non vestra.* quod ineptum est, & solœciat. paulo inferius ubi in vulgatis extat, *vt duos perimam tamen;* antiq. exemp. continent *vt duos perimat tamen.*

1003 *Si posset.* hoc dicit: Si vnus caedes iram meam exstaturare posset, aliquid pietatis adhuc in animo reliquum foret; & si quid in animo pietatis remansisset, nullum e natis interficere sustinuissem. nunc quia omnem animo pietatem expuli, ne duorum quidem caedes animum meum placat. ideo meamet viscera scrutabor ense, vt si qua tui pars corpore meo clausa latet, illam inde extraham.

L. ANN. SENECAE IN OEDIPVM
OEdipus.

ADVERSARIA.


TRAGOEDIA II.

INTERLOCVTORES.

OEdipus. Iocasta.
Chorus. Creon.
Tiresias. Manto.
Senex. Phorbas,
Nuncius.

ACTVS PRIMVS.

OEDIPVS. IOCASTA.



*AM nocte pulsâ dubius effulsit dies,
Et nube mæstum squallida exoritur
iubar,
Lumenq, flammâ triste luctiferâ
gerens.*

*Prospiciet auidâ peste solat as domos,
5 Stragemq, quam nox fecit, ostendet dies.*

*Quisquamne regno gaudet: ô fallax bonum,
Quantum malorû fronte quàm blanda regis?*

*Vt alta ventos semper excipiunt iuga;
Rupemq, saxis vasta dirimentem freta,*

10 *Quamuis quieti, verberant fluctus maris:
Imperia sic excelsa fortuna obracent.*

*Quàm bene parentis sceptrâ Polybi fugeram,
Curis solutus, exsul, intrepidus, vagans!
Calum deosq, testor, in regnum incidi.*

15 *Infanda timeo. ne meâ genitor manu
Perimatur: hoc me Delphica laurus moneat,
Aliudq, nobis indicant manus scelus.*

10C. *Est maius aliud patre maculato nefas?
OED. Prô misera pietas! eloqui fatum pudet.*

20 *Thalamos parentis Phœbus, & diros toros
Gnato minatur, impia incestos face.*

*Hic me paternis expulit regnis timor.
Non ego penates profugus excessi meos:
Parum ipse fidens misimet; in tuto tua*

25 *Natura posui iura: cum magna horreas,
Qua posse fieri non putes, metuas tamen.*

Inuenio OEdipum tragœdiam composuisse apud Græcos Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Lycophronem, Philoclem Atheniensem, Xenoclem (qui ea fabula, teste Aeliano, vicit Euripidem) & Diogenem Cynicum, iuxta Laërtium. nam Satyrus, in 4. de vitis, illam tragœdiam non à Diogene, sed à Philisco Aegynensi scriptam contendit: Suidas verò illam Diogeni Oenomaio ascribit, sicuti & Helenam, Herculem, Achillem, Thyestem, Chrysiptum, Semelen, Medeam, de quibus eadem controuersia est. Asconius tradit Iulium Cæsarem Latinam quandam tragœdiâ Oedipi nomine inscripsisse. Athenæus lib. 6. Eubulum e. Oedipum citat, quæ comœdia fuit. A Nonio Marcello adducitur Terentij Varronis testimonium ex Oedipothyste; quæ comœdia an tragœdia fuerit, non habeo affirmare. nam tragœdiam scio Varronem composuisse: sed inscriptio saryram vel hilaro tragœdiâ sapere videtur. Porro hac fabula multa nostra ex Sophoclis Oedipo tyranno accepit, nonnulla etiam fortassis ex Silanionis Iocasta, etenim in ea tragœdia Iocastæ mors, quemadmodum & in hac, representabatur, teste Plutarcho.

4 *Iam cernit.* duo lib. scripti, *Prospiciet.*

50 *Prospiciet.*

66

66

66

66

66

12 *Parentis.* ex opinione, non rei veritate loquitur.

36 *Fecimus calum nocens.* sequitur pestis descriptio, quales habentur apud Sophoclem in Oedipo tyranno, Thucydidem lib. 2. Lucretium lib. 6. Virgilium 3. Georg. Manilium lib. 1. Ovidium 7. Metam. Lucanum lib. 6. Silium li. 14. Capitolinum, in M. Antonino philosopho, Herodianum lib. 1. Ammian. Marcellinum lib. 19. denique Homerum Iliad. 4.

37 *Non aura gelido.* Ovidius: *Lechiferis calidi spirant aethibus austeri.*

44 *Obscura calo.* Sophocles: *αἴς τε πυρρός ἄστειδος ἀσπιδόσκιος, ἔω αἰς λυκῆς ὄρεα*

49 *Denegat fructum Ceres.* Sophocles: *ἔκρηνα κλυτῶς ἔρνυός αὐξέται*

50 *Cremat.* cur aestivo tempore hanc luem viguisse refert? quia, quo siccior est temperata, eo pestis est perniciosior. Ammianus, Nimietatem, inquit, frigoris aut caloris, vel humoris vel siccitatis pestilentiam gignere Philosophi & illustres medici tradiderunt. Unde accolentes loca palustria vel humecta, tussis, iocularis casus & familia perferunt: contra confines caloribus, tepore febrium arescunt. Sed quanto ignis materies ceteris efficacior, tanto ad perimendum celerior siccitas.

52 *Pars nulla.* in o. v. l. legitur: *Nec ulla pars immunis exitio vacat.*

54 *Iuuenesq; senibus.* Lucretius: *Exanimis parvi super exanimata parentum*
Corpora nonnunquam posses, retròque videre
Matribus aut patribus natos super edere vitam.

56 *Questu carent.* Sophocles: *ἡδέα ἢ ἡμέδρα αἴθερ πείσῃ ἴαντα φόρον κείται ἐβόλιος*

57 *Quin ista tanti.* v. l. quin ipsa tanti.

63 *Suaq; circa funus.* cod. W. iakelianus; *Duaq; circa funus.*

64 *Flamma corpora alienis.* Thucydides: *ἐπὶ πυρῶς ἢ ἀπορῆτος φθόρον τὸς νοσησάντων, οἱ μὲν ἐπιθέοντες τὸν ἑαυτῶν ἰκερῶν ἰφθίμῳ οἱ δὲ κατωρῶσ ἀλλοῦ, ἀναδύοντες ἐπὶ ἄλλοις, ἐν φθόρον, ἀπῆσαν.*

Lucretius: *Multaq; vis subita & paupertas horrida sua sit.*
Namq; suos consanguineos aliena rogorū
Insuper exstructa ingenti clamore locabant
Subdebantq; faces
Dē rogis pugnant, alienisque ignibus ardent.

Cuncta expauesco, meq; non credo mihi.
Iamiam aliquid in nos fata moliri parant.
Nam quid rear, quod ista Cadmeæ lues
Infecta genti, strage tam late edita,
Mihi parcat unū cui reseruemur malo,
Inter ruinas urbis, & semper novis
Desenda lachrymis funera, ac populi struem?
Incolumis ergo, scilicet Phæbi reus,
Sperare poteras sceleribus tantis dari
Regnum salubre? fecimus calum nocens.
Non aura gelido levis afflatu fouet
Anhela flammis corda: non Zephyri leues
Spirant, sed ignes auget astiferi Canis
Titan Leonis terga Nemei premens.
Deseruit amnes humor, atque herbas color,
Aretq; Dirce, tenuis Ismenos fluit,
Et tingit inopi nuda vix vnda vada.
Obscura calo labitur Phæbi soror,
Tristiq; mundus nubilo pallet nouo,
Nullum serenus noctibus sidus micat,
Sed grauis & ater incubat terris vapor.
Obtegit arces calitum, ac summas domos
Inferna facies. Denegat fructum Ceres
Adulta, & altis flama cum spicis cremat,
Arente culmo sterilis emoritur seges.
Pars nulla regni immunis exitio vacat:
Sed omnis aetas pariter, & sexus ruit,
Iuuenesq; senibus iungit, & gnatis patres
Funesta pestis: vna fax thalamos cremat,
Fletuq; acerbo funera, & questu carent.
Quin ista tanti pernicax clades mali
Siccavit oculos: quodq; in extremis solet,
Periere lachrymae. portat hunc ager parens
Supremum ad ignem, mater hunc amens gerit,
Properatq; ut alium regerat in eundem rogam.
Quin luctu in ipso luctus exoritur nouus,
Suaq; circa funus exsequiae cadunt.
Tum propria flammis corpora alienis cremant:
Diripitur ignis, nullus est miseris pudor.
Non ossa tumuli sancta discreti regunt:
Arsisse satis est. pars quota in cineres abit
Deest terra tumulis: iam rogos siluæ negant:
Non vota, non ars vlla correptos leuant:
Ouidius: — & iam reuerentia nulla est,
Cadunt

30

35

40

45

50

55

60

65

70 *Cadunt medentes: morbus auxilium trahit.*
Affusus aris supplices tendo manus,
Matura poscens fata: praecurram ut prior
Patriam ruentem: neve post omnes cadam,
Fiamq; regni funus extremum mei.

75 *O saua nimium numina! ô fatum graue!*
Negatur unī nempe in hoc populo mihi
Mors tam parata? sperne lethali manu
Contacta regna: linque lachrymas, funera,
Tabifica cali vitia; qua tecum inuehis

80 *Infaustus hospes: profuge iam dudum ocyus,*
Vel ad parentes. 10. quid iuuat conuix mala
Grauari questu? regium hoc ipsum reor,
Auersa capere: quodq; sit dubius magis
Status, & cadentis imperij moles labat;

85 *Hoc stare certo pressius fortem gradu.*
Haud est virile, terga fortuna dare.
OE D. *Abest paucoris crimen, ac probrum procul,*
Virtusq; nostra nescit ignauos metus.
Si tela contra stricta, si vis horrida

90 *Mauortis in me rueret; aduersus feros*
Audax gigantes obuias ferrem manus.
Nec Sphinga cecis verba nee entem modis
Fugi: cruentos pestis infanda tuli
Rictus, & albens ossibus sparsis solum.

95 *Cumq; è superna rupe, iam praeda imminens,*
Aptaret ales verbera, & caudam mouens
Sæui leonis more, conciperet minas:
Carmen poposci. sonuit horrendum, in super
Crepuere male, saxaq; impatiens mora

100 *Reuulsit unguis, viscera expectans mea.*
Nodosa sortis verba, & implexos dolos,
Ac triste carmen abitis solui fera.
10. *Quid fera mortis vota nunc demens facis?*
Licuit perire. laudis hoc precium tibi

105 *Scepturum, et peremta Sphingis hac merces datur?*
OE D. *Ille ille dirus callidi monstri cinis*
In nos rebellat: illa nunc Thebas lues
Peremta perdit: vna iam superest salus;
Si quam salutis Phæbus ostendit viam.

70 *Cadunt medentes.* Thucydides: *ἴτε εὐ ἀφ' ἰριγοῦ ἡ ἄσπετος αὐ ἀπυρῶ δὲ ἄρποι.*
Ouidius: *inq; ipsos saua medentes*
Erumpit clades, obsuntque auctoribus artes.

82 *Regium hoc ipsum reor.* in Herc. Furēte dixit: *Animo ruinas quod capis magno iudas,*
Es rege conuix digna —
quod verò nunc ait, aduersis non deprimi, regium esse, non caret ratione. inquit enim Attius, Perlidis: *Nulla vquam humilitas ingenium infirmat bonam.*
non minus prudenter itaque apud eundem poetam, quam fortiter à Telepho misero & exsule dicitur: *Nam si à me regnum atque opes fortuna*
Auferre quiuist, ac virtutem nequiuist.

91 *Gigantes.* fuerint gigantes necne, disputat Hieronymus Magus in Miscellaneis, & Ioannes Goropius in Originibus. ego propter ea, quæ de Pallantis caduere Martinus Polonus in chronicis, & de muliere quadam Cælius Rhodiginus lib. 2. antiq. lect. cap. 6. & sacræ litteræ de Goliath, deque alijs alijs, veluti Pausan. in Attic. Solinus ca. 5. Plinius lib. 7. cap. 16. & 20. Herodotus libro 1. Saxo Grammaticus in præfatione historiarum Danicæ, & Hector Boëthius Scot. hist. li. 2. proderunt, gigantes fuisse crediderim, quod nec theologi, teste Camerte Minorita commentar. in Solinum, pag. 37. negant. & verò sacræ scripturæ conuincunt. Hodie quoque in America Australi homines monströse magnitudinis inueniuntur, quos Patagonas, à pedum magnitudine, victores Hispani nominauerunt. vide Abrahamum Ortelium Theatri orbis terrar. tab. 2. & Gomaram hist. Indicæ cap. 91. De his atque immanibus offis in locis quibusdā inuentis elegantissime Christophorus Stella Caluetus, homo nobilis & egregie doctus, mihi que peramicus scripsit lib. 1. & 2. Peruræ; quos commentarios iussu Regis nostri breui in lucem editurus est. Quinetiam, quod vulgo notissimū est, anno 10. 1. xxxii. erat Rothomagi Pedemontanus quidam, quē ipse vidi, & mecum complures alij, nouem pedes altitudine longè excedens. Falsa sunt igitur quæ Gellius libro 3. cap. 10. ex Varrone, de summo adolefcenti humani corporis modo scripsit.

CHO. 102 *Triste carmen.* scilicet, *ἔνθα τὰς ἄσπετος ἀφαιροῦσθαι πείθει αὐτῶν.*
auctor A. Sclepiades.
Aluis. Sphingis, de qua consule Natalē Comitem lib. 9. Mytholog. cap. 18.

7 *ἔσι δὲ πῦρ ἐπὶ ἡνὸς καὶ τέτραπον, ἢ μία φωνή.*
καὶ τρεῖσιν, ἀλλὰ οὐδ' ἢ ἑσὺ μόνον ἕσ' ἐπὶ γαίῃ
ἔραπτε κινεῖται, ἀνά τ' αἰδέσθαι, καὶ ἢ πόντος
αἰδῶ, ὅσ' ἔστιν ἐπιπέσειν ἐπιπέσειν ποσὶ βραχῆς

CHORVS.

Sapphici, & Anapaestici, & in fine Iambici.

110 Cadmi generosa proles. Sophocles:
117 Beatas de Arabia, quae dicitur di-
130 Non satis septem patuere porta.
133 Prima vis tardas. Homerus, de peste
Ad quem Horeri locum Ammianus libro
19 respicit ita scribens: Affirmant etiam ali-
qui terrarum halitu densiore crassatum aera,
emittendis corporis spiraminibus resistetem
necare nonnullos: qua causa animalia, praeter
homines, cetera iugiter prona, Homero
auctore, & experimentis deinceps multis,
cum talis incesserit labes, ante nouimus in-
terire, haec ille, qui cum scriberet, animalia
prater &c. meminerat Ouid. i. Metamorph.
scripsisse:
Pronaque cum spectant animalia cetera
terram,
Os homini sublime dedit, &c.
Idem Ouid. 7. Metamorph.
Strage canum primo, volucrumque, auiumque
bovumque,
Inque feris subiti deprenta potentia morbi.
idem testantur Heraclides Ponticus, in allego-
riis Homericis, Philostratus in Heroicis,
& Plutarchus in Sympof. l. 4. Symp. 41. Ho-
meri Scholiastae d. loco. Claudian. lib. 1. in
Rufin.
135 Colla tacturus. Virgilius:
Sape in honore deum medio stans hostia ad aram,
Lancea dum niuea circumdatur insula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda ministro:
Aut, si quam ferro macerauerat ante sacerdos;
Inde neque impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates,
Ac vix suppositi iunguntur sanguine cultri,
Summaque ieiuna sanie infusatur arena.

Occidis Cadmi generosa proles
Urbe cum tota, viduas colonis
Respicis terras miseranda Thebe.
Carpitur letho tuus ille, Bacche,
Miles, extremos comes usque ad Indos,
Ausius Eois equitare campis,
Figere & mundo tua signa primo.
Cinnamisi siluas Arabum beatas
Vidit, & versas equitis sagittas
Terga fallacis metuenda Parthi.
Litus intrauit pelagi rubentis.
Promit hic ortus, aperitque lucem
Phaebus, & flammam propiore nudos
Inficit Indos.
Stirpis inuicta genus interimus:
Labimur sano rapiente fato:
Ducitur semper noua pompa morti:
Longus ad manes properatur ordo
Agminis maesti, seriesque tristis
Heret, & turba tumulos petenti
Non satis septem patuere porta:
Stat grauis strages, premiturque iuncto
Funere funus.
Prima vis tardas tetigit bidentes,
Laniger pingues male carpsit herbas.
Colla tacturus steterat sacerdos,
Dum manus certum parat alta vulnus,
Aureo taurus rutilante cornu
Labitur segnis: patuit subictu
Ponderis vasti resoluta ceruix:
Nec cruor ferrum maculauit, atram
Turpis est plagam sanies profusa est.

110
115
120
125
130
135
140

Segnior

Ouidius:
dum vota sacerdos.
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,
Haut expectato ceciderunt vulnere tauri.
137 Aureo. inaurato, ex more sacrificantium, Vir-
gilius:
Et statuam ante aras aurata fronte iuuenicum.
Tibullus:
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.

Segnior cursu somipes in ipso
Concidit gyro, dominumque prono
Prodidit armo.
145 Incubant pratis pecudes relictæ:
Taurus armento percutente marces:
Deficit pastor, grege diminuto,
Tabidos inter moriens iuuenecos.
Non lupos cerui metuunt rapaces:
150 Cessat irati fremitus leonis:
Nulla villosis feritas in vrsis.
Perbibit pestem latebrosa serpens,
Aret, & sicco moritur veneno.
Non silua sua decorata comam,
155 Fundit opacis montibus umbras.
Non rura virent ubere gleba,
Non plena suo vitis laccho
Brachia curuat.
Omnia nostrum sensere malum.
160 Rupere Erebi claustra profundi
Turba sororum face tartarea,
Phlegethonque sua motam ripam
Miscuit undas Stygia Sidoniis.
Mors alta auidos oris hiatus
165 Pandit, & omnes explicat alas:
Quique capaci turbida cymba
Flumina seruat, durus senior,
Nauita Charon, vix assiduo
Brachia conto lassata refert,
170 Fessus turbam vectare nonam.
Quin Tanarj vincula ferræ
Rupisse canem fama, & nostris
Errasse locis, mugisse solum,
Vaga per lucos simulachra virum
175 Maiora viris, bus Cadmeum,
Niue discussa, tremuisse nemus.
Bis turbatam sanguine Dircen,
Nocte silenti Amphionios
Vlulasse canes.

† quibus si addideris, Perdidit pestem latebrosa serpens.
omnia sibi inuicem pulcherrime cohererunt.
Latebrosa serpens. sic Maro:
Intervit, & curuis frustra defensa latebris
Vipera, & ait onici squamis adstantibus hydræ.
160 Rupere Erebi. Virgilius:

Ouid. 11. Metamorph.
blanais induit a cornibus auyum
Conciderant ista niuea ceruice iuuenca.
Iuuenalis:
Et aratam Iunoni cade iuuenecam.
Tertullianus: Huic tibi Iuppiter boue cor-
nibus inauratis vouemus esse futurum. In
Liuji etiam historia lib. ab v. c. 7. tale quid
inuenitur. Plinius lib. 33. Natural. hist. ca. 3.
Deorum honori in sacris nihil aliud excogi-
tatum est, quam vt auratis cornibus hostiæ
maiores dumtaxat immolarentur.
142 Segnior cursu somipes. Ouidius:
Acer equus quondam, magna in pulue-
re fama
Degenerat.
144 Prodedit armo vnus cod. ant. perdidit.
145 Incubant pratis. Virgilius:
Hinc lais vituli vulgo moriuntur in
herbis.
147 Deficit pastor. Lucretius:
Præterea iam pastor & armentarius
omnis
Et robustus item curui moderator aratæ
Languabant, penisque cassis contrusa
iacebant
Corpora, paupertate & morbo deditæ
morti.
149 Cerui. Ouidius:
meminit nec fidere cursu
Cerna, nec armetis incurrere fortibus vrsæ.
latius hunc locum Virgilius tractauit:
Non lupo insidias exploras ouilia circæ,
Nec gregibus nocturnus obambulat, a-
crior illum
Cura domat: timidi dama, ceruique fugaces
Nunc interque canes, & circum lecta va-
gantur
151 Nulla villosis feritas in vrsis. Ouid.
Villosa catulos summis de montibus vrsæ.
152 Perbibit pestem. h. serpens imis me-
dullis hausit aëris corrupti contagione. meus
lib. m. f. optimus & antiquiss. continet perbi-
dit. vnde quis coniciat legendum perdidit.
vt significetur serpens sic morbo confecta es-
se, vt, cum nemini nocere queat, omne suum
virus, quod pestem vocat, amississe videatur,
hoc est (vt ait Seneca epist. 42.) cui non de-
sit, sed torpeat venenum: hanc coniecturam
altruunt præcedentia;
Cessat irati fremitus leonis,
Nulla villosis feritas in vrsis.
in lucem Stygiis emissa tenebris
Pallida Tisiphone morbos agit ante metumque,
Inque dies auidum surgens caput alius effert.
et respexit Seneca. Porro, turba rupere, sicut, Pars
in frustra secant.

O dira

178 Nocte silenti. Petronius, in Satyra; qua: Ioannis

Sambuci & Pythoei labore ante aliquot annos renata est;
Qualis silente nocte remorum sonus Longè referitur
 Scilicet quia nocte cuncta silent, noctique proprium est silentium. Turpilium, Epicletus:
Quasi ad eorum quo ante lucem se subitò rapis,
Here, cum uno puero?
Nequeo esse intus Stephanio.
Quid ita? pra' ut solent me somno cura segregam,
Forasq; noctis excitant silentio.
 In quibus versibus neque carminis ratio constat, neque personarum loquentium nomina suis locis intericiuntur. denique vocem, *Stephanio*, suspicor non heri loquentis esse, sed à poeta ipso insertam, & prioribus tantum litteris *St. e.* significatam fuisse.
 181 *Piger ignavos.* Lucretius:
Atq; animi proorsum vires totius & omne Laqueabat corpus lethi iam limine in ipso.
 183 *Rubor in vultu.* Ovidius:
Indicium rubor est & ductus anhelitus igni.
 184 *Tum vapor ipsam.* Lucretius:
Principid caput incensum fervore ferebāt. idem ponit Thucydides.
 185 *Corporis arcem.* caput. Claudianus de 4. consular. Honorij A. rationem à Deo immortalis in hominis capite tanquam in arce constitutam esse cecinit, his verbis:
hanc alta capitis fundavit in arce Mandatricem operum, prospecturamque labori.
 186 *Multoq; genas.* Lucretius:
duplices oculos suffusa luce rubentes.
 187 *Oculiq; rigent.* Virgilius:
oculos stupor urget inertes.
Sacer ignis. Virgilius:
contactos artus sacer ignis edebat.
 Quo loco malè Servius putavit sacrum ignem esse; quem Graeci *ἱερὸν νόστρον* vocant. cum *ἱερὸν νόστρον*, teste Hieronymo Mercuriali in variis lection. nihil sit aliud, quam epilepsia: ignis verò *sacer* apud Latinos idem sit, quod apud Arabes *formica*, apud Plinium *zoster* & *circium*, apud Scribonium *zonia*; de quo Plato egit 2. de legibus. Graecis *ἱερὸν* vocatur; cuius quot sint genera, ex Gortæo petas. Porro sacri ignis, seu herpetis viam optimè declaravit Lucretius lib. 6.
Exurit sacer ignis & urit corpora serpens. Quamcumque arripuit partem, repitq; per artus.
 188 *Resonant aures.* Lucretius:
Sollicita porro plenaq; sonoribus aures.
 189 *Stillatq; niger naris adunca Cruor.* Virgilius:
it naris ater
Sanguis
 191 *Intima creber viscera quassat Gemitus stridens.* ait Virgilius:

O dira noui facies lethi,
Gravior letho: piger ignavos
Alligat artus languor, & agro
Rubor in vultu, maculaq; caput
Sparere leues: tum vapor ipsam
Corporis arcem flammens urit,
 185
Multoq; genas sanguine tingit,
Oculiq; rigent, & sacer ignis
Pascitur artus: resonant aures,
Stillatq; niger naris adunca
Cruor, & venas rumpit hiantes.
 190
Intima creber viscera quassat
Gemitus stridens. iamq; amplexu
Frigida presso saxa fatigant.
Quos liberior domus elato
Custode sinit; petitis fontes,
 195
Aliturq; sitis latice ingesto.
Prostrata iacet turba per aras,
Oratq; mori. solum hoc faciles
Tribuere dei. delubra petunt,
 200
Haud ut voto numina placent;
Sed iuuat ipsos satiare deos.
Quisnam ille propero regiam gressu petit?
Adestne clarus sanguine ac factis Creor?
An aeger animus falsa pro veris videt?
 205
Adest petitus omnibus votis Creor.

ACTVS

Tum verò ardentes oculi, atq; attractus ab alto Spiritus interdum gemitu grauis, imaq; longo Ilia singultu tendunt
 Creber. quia, teste Hippocrate, *πυκνὸν ἀπὸ τοῦ πόνου σημαίνει*, ἢ φλεγμῶν ἐν τοῖσι σπῆρι τοῦ φρονῶν *χρῆται* constitat hoc Thucydides.
 195 *Petitis fontes.* Ovidius:
Fontibus & fluuiis puteisq; capacibus harent,
Nec sitis est extincta prius, quam vita, bibendo.
 idem Thucydides. & Procopius lib. 2. de bello Persico.
 199 *Delubra petunt.* Sophocles ait infinitos ante aras & delubra se prostrauisse: & Lucretius,
Omnia denique sancta deum delubra repleat
Corporibus mors exanimis, oneratq; passim
Cuncta cadaueribus caelestium templa manebant
Hospitibus, loca qua complerant adiutentes.
 Hos Paullus l. 1. de tutel. & Iustinianus, instit. c. & antiqu. inscriptiones, teste Onuphrio lib. 2. reip. Romanae, ædituos appellant. Vano ædituos dicere maluit. Festus utrumque agnoscit.

ACTVS SECVNDVS.

OEDIPVS CREO.

Trimetri Iambici, & Tetrametri Trochaici, & quidam Heroici Hexametri.

OE D. *Horrore quator, fata quo vergant timens,*
Trepidumq; gemino peccatus euentu labat.
Vbi leta duris mista in ambiguo iacent,
Incertus animus scire cum cupiat, timet,
 210 *Germane nostra coniugis, fessis opem*
Si quam reportas, voce properata edoce.
 CR. *Responsa dubia sorie perplexa latent.*
 OE D. *Dubiam salutem qui dat afflictis, negat.*
 CR. *Ambage nexa Delphico mos est deo*
 215 *Arcana tegere.* OE D. *fare, sit dubium licet,*
Ambigua soli noscere O Edipode datur.
 CR. *Cadem expiari regiam exilio deus,*
Et intererunt Laium vlscisci iubet.
Non ante calo lucidus curret dies,
 220 *Haustrusq; tutos aetheris puri dabit.*
 OE D. *Ecquis peremptor inelyti regis fuit?*
Quem memoret, ede, Phæbus, ut pænas luat.
 CR. *Sit precor dixisse tutum: visu & auditu horridum.*
Torpor insedit per artus, frigidus sanguis coit,
 225 *Vt sacra templa Phæbi supplici intravi pede,*
Et pias, numen precatas, rite summissi manus:
Gemina Parnassi nivalis arx truce sonitu dedit,
Imminēs Phæbea laurus tremuit, et mouit domū:
At repente sancta fontis lympha Castali stetit:
 230 *Incipit Lethæa vates spargere horrentes comas,*
Et pati comota Phæbum: contigit nondū specum,
Emicat vasto fragore maior humano sonus.
 Mitia Cadmeis remeabunt sidera Thebis,
 Si profugus Dircei Ismenida liqueris hospes,
 235 *Regis cæde nocens, Phæbo iâ notus & infans.*
 Nec tibi longa manēt sceleratæ gaudia cædis:
 Tecū bella gerens, gnatis quoq; bella relinques,
 Turpis maternos iterum reuolutus in ortus.
 OE D. *Quod facere monitu calitum inssus paro,*
 240 *Functi cineribus regis hoc decuit dari,*
Ne sancta quisquam scepra violaret dolo.
Regi tuenda maxime regum est salus.

214 *Ambage nexa* plerique libri antiqui, *ambage flexa*. quod mea sententia longè melius est: viderur enim sumtum ex illo Paucuij, in Peribœa:
Flexa non falsa aut mare dictio Delphicæ solet.
 Quamobrem, teste Aristophanis scholiaste, & Seruio 6. Aeneid. Apollo *λοξίας* passim nominatur ab Euripide, Aeschyllo, Pindaro; addo & D. Hieronymo. licet quidam mythologici alias eius nominis causas comminiscantur, ad quas resperis poetam non est quod suspicemur. Cleantes: *ἐπιθεῖν ἡ ὀξίαι* *ἑλίνας κινεῖ*. *λοξία* ἡ εἰσι καὶ αἰται. Aenopides: *ὁπ αὐπορεῖται τὸν λοξὸν κύβηλον δὸτι δὸς μῶν εἰς ἀναστῆδος κινεῖται*. Phornutus & Iacius: *παρεῖ τὸ λοξὸς ἐοχθὲ καὶ περιθεῖται*, *παρεῖ τὸ λοξὸν ἰαν καὶ φωνὴν τριπύην*, *λοξί ἄριστοι*. Macrobius, quod transtuleros in nos à meridie immittat radios, cum simus ad ipsum Septentrionales.
 217 *Sedem expiari.* Sophocles:
ἀνώγει ἡμᾶς Φαῖος ἔμφρου ὡς αἰαξ,
μὴ σὺ ἄρα ἡσ πηναισθρον χηρον, &c.
 227 *Gemina Parnassi nivalis arx.* duo sunt Parnassi vertices: in vno Phæbus, in altero Bacchus colitur. Lucan lib. 4.
 — *Parnassus gemino peti aethra colle*
Mons Bromio, Phæboq; sacer: cui numine mixto
Delphica Thebana referunt Trieterica Baccha.
 quæ Lucani carmina adiungantur testimonij Grauij Flacci, Cornelij Labronis, & aliorum apud Macrobius lib. 1. Saturnal. quo loco probat Bacchum & Apollinē vnū & eundem esse.
 Parnassi nivalis. proprium huius montis epithetum. Sophocles *νιφεννα* vocat: & Panyasis,
 Πανυσσον νιφεννα θοῖς ἀξ ποςὶ πηγῆσας,
 ἡμῶς Κασταλῆς Ἀχελῷδος ἡμῶσθρον ἰδωρ.
 Dionysius Afer *εὐ τῆ ἰκθουμ. παθῆνγ.*
 Πανυσσον νιφεννα ἔω ἰ πτυχῆ —
 229 *At repente*. m. f. pro aduersatiua particula coniunctiuam habent, ac repente.
 232 *Maior humano sonus.* Virg. 6. Aeneid.
 — *maiorq; videri,*
Nec mortale sonans
 235 *Phæbo iam notus & infans.* quem Phœbus etiam tunc cum infansset, Laium interfectorum præsciebat. acceperat enim Laius ab Apolline oraculum:
 μὴ ἀπειρῆς τρέψαν ἄλωνα δαιμόνων βίος,
 εἰ γδ τεκνώσῃς παῖσ' ἄπο κούνης ὄφθῃ.
 Auctores Lucianus & scholiastes Aeschyl.
 242 *Regi tuenda est.* Oedipus Sophocles

rationem reddidit:
 οὐδὲ γὰρ εἰς οὐρανὸν κτανῶν, τὰ χ' εἰς
 κῆρ' ἀνταποῦντ' ἔχ' ἄμωρεν θελοῖ.
 κείνη αἰσθητικῶν αὐτῶν, ἐμωρεν ὀφελῶν.

243 Queritur. duo lib. scripti quarit.
 254 Noctiuaga Phæbe. Staius Papinius;
 Lumina noctiuaga tollit Pharos amula
 luna.
 Quisq; ventorum potens. non AEolum,
 sed Neptunum inuocat.
 258 Hunc non. has diras fuffus Sophocles
 in OEdipo tyrano persequitur. Similes Per-
 fis Cambyses apud Herodotum in Thalia
 imprecatur; apud Staium i. Thebaid. The-
 banis OEdipus; aliis apud Maronem Iuno
 & Dido, Aeneid. 7. & 4. apud Ouid. in He-
 roid. epist. Hypsipyle; apud Horatium in
 Epod. puer; apud Catullum Ariadne. extant
 etiam diræ Ouidij in Ibiu; & Catonis, non
 Virgilij, in Arium centurionem; & diræ Leo-
 nis ac Alexandri Inpp. apud Constantin.
 Harmenopolium in præfat. αὐτοχέρις νόμων.
 266 Pater Neptune. Lucilius:
 Vt nemo sit uostrum, quin pater optimus
 Diuum,
 Vt Neptunus pater, &c.
 Pater dicitur Neptunus, quia aquam signifi-
 cat, & ex aqua oriuntur cuncta quidam Philoso-
 phi uoluerunt: ideo Homerus,
 Ὀκεανὸς δ', ἀπ' αὐτοῦ γένεσσι πάντες οὐρανὸν
 τε καὶ γῆν.
 & Virgilius nosfer:
 Oceanumque patrem verum.
 Sic intellige illa Claudiani, in Panegy. de
 Theodori consulatu:
 Hic confidit aquis, hic procreat omnia
 flammis.
 Idem tradidit Epiphani. lib. 3. contra hære-
 ses, quod & Cicero 2. Academic. prodidit his
 verbis; Princeps Thales, vnus ex septem, cui
 sex reliquos confensisse ferunt, ex aqua dixit
 consistare omnia. Heraclitus omnia ex igne
 gigni uoluit. Anaximenes & Archelaus om-
 nia ex aëre. nulli uero ex Physicis, usque ad
 Aristotelis tempora, principium rerum ter-
 ram dixerunt. Aristot. lib. 1. τὸ πρῶτον τὰ φύσιν.
 post Aristotelem, nonnullos huius sententia
 defensores existisse ut putem, facit Lucretius
 lib. 1. de rer. natura, his uersibus.
 — aut humorem quicquam putarunt
 fingere res ipsum per se terramve creare
 Omnia, & in reru naturas vertier omnes.
 Nisi enim hoc dicamus, aut Aristotelem inscitie, aut Lucretium mendacij accusemus oportet.
 274 Nefastum facinus. sic cod. Lipsiæ impressus. Sed ego cum membranæ & Parisiensis exemplari lego Ne-
 fandum facinus. 278 Trigemina. manu. quotquot uidi, tergemina. atque ita loquuntur Lucretius, Virgilius,
 Tibullus, Horatius & Seneca Philosophus; quamquam in nonnullis Horatij & Senecæ scriptis codicibus alterum
 etiâ contineatur, quemadmodum in Sex. Rufi, & P. Victoris libris de regionibus urbis Romæ, qui in Circi maximi
 regione portam Trigemina non Tergemina statuunt. Verum huius decisio quaestioni à logodædalis petenda.

Queritur peremptum nemo, quem incolumem timet.
 CR. Curam perempti maior excusit timor.
 OE D. Pium prohibuit ullus officium metus?
 CR. Prohibent nefandi carminis tristes mina.
 OE D. Nunc expietur numinum imperio scelus.
 Quisquis deorum regna placatus uides;
 Tu tu, peres quem iura precipitis poli;
 Tuq; o sereni maximum mundi decus,
 Bis sena cursu signa qui vario regis,
 Qui tarda celeri sacula euoluas rotâ;
 Sororq; fratri semper occurrens tuo,
 Noctiuaga Phæbe, quisq; ventorum potens
 Aquor per altum carulos currus agis;
 Et qui carentes luce disponis domos;
 Adeste. cuius Larus dextra occidit;
 Hunc non quietata tecta, non fidi lares,
 Non hospitalis exulem tellus ferat;
 Thalamus pudendus doleat, & prole impiâ.
 Hic & parentem dexterâ perimat suâ,
 Faciatq; (nunquid grauius optari potest?)
 Quicquid ego fugi. non erit uenia locus:
 Per regna iuro, quæq; nunc hospes rego,
 Et qua reliqui, perq; penetrales deos;
 Per te, pater Neptune, qui fluctu breui
 Vtrinq; nostro geminus alludis solo.
 Et ipse nostris uocibus testis ueni,
 Fatidica uatis ora Cirrheâ mouens.
 Ita molle sensum ducat, & summum diem
 Securis alto degat in folio parens,
 Solasq; Merope nouerit Polybi faces:
 Vt nulla fontem gratia eripiet mihi.
 Sed quo nefandum facinus admissum loco est,
 Memorato: aperto Marte, an insidiis iacet?
 CR. Frondifera sancta nemora Castaliæ petens,
 Calcauit altis obstitum dumis iter,
 Trigemina quâ se spargit in campos uia;
 Secat una gratum Phocidos Baccho solum,
 Vnde altus arua deserit. calum petens,
 Cle-

245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280

Clementer acto colle, Parmaſſus biceps:
 At una bimares Sisyphi terras adit,
 Olenia in arua: tertius trames canâ
 Conualle serpens, tangit errantes aquas,
 285 Gelidumq; dirimit amnis Elei vadum?
 Hic pace fretum, subita pradonum manus
 Aggressa ferro facinus occultum tulit.
 In tempore ipso, sorte Phæbeia excitus,
 Tiresia tremulo tardus accelerat gradu,
 290 Comesq; Manto luce uiduatum trahens.
 OE D I P V S. T I R E S I A S.
 M A N T O.
 OE D. Sacrate diuis, proximum Phæbo caput,
 Responſa ſolue, ſare quem pæna petant.
 TIR. Quod tardo fatû, lingua quod querit moras,
 Haud te quidem magnanime mirari addeceat.
 295 Viſu carentem magna pars veri latet.
 Sed quod uocat me patria, quod Phæbus ſequar,
 Fata eruantur: ſi foret uiridis mihi.
 Calidusq; ſanguis, pectore excuterem deum.
 Adpellite aris candidum tergo bouem,
 300 Curuoq; nunquam colla depreſſum iugo.
 Tu lucis inopem gnata genitorem regens,
 Manifeſta ſacri ſigna fatidici refer.
 MAN. Opima ſanctas uictima ante aras ſteit.
 TIR. In uota ſuperos uoce ſolemnis uoca,
 305 Arasq; dono thuris Eoi exſtrue.
 MAN. Iam thura ſacris calitum ingeſti focis.
 TIR. Quid flama: largas iamne coprendit dapes?
 MAN. Subito refulſit lumen, & ſubito occidit.
 TIR. Vtrumne clarus ignis, & nitidus ſtetit,
 310 Rectusq; purum uerticem calo tulit,
 Et ſummam in auras fuſus explicuit comam?
 An latera circa ſerpit incertus uia,
 Et fluctuante turbidus fumo labat?
 MAN. Non una facies mobilis flamma fuit:
 315 Imbrifera qualis implicat uarios ſibi
 Iris colores, parte qua magna poli
 Curuata picto nunciat nimbos ſinu.
 Quis deſit illi, qui ſue ſit dubites color:
 Carulea fuluis miſtra oberrauit nois,
 320 Sanguinea rurſus, ultimum in tenebras abit.
 Diſcedit, & ſe ſcindit unius ſacri

est. Vt ut est, Laium in triuio hoc necatum
 Sophocles etiam testatur.
 281 Parmaſſus biceps. Perſius initio operis,
 quod Martialis Marſi Amazonidi pratulit;
 Necin bicipiti ſomniſſe Parmaſſo.
 adde quæ ſupra poſitæ nu. 227.
 282 Bimares. Corinthum intellige. Horat.
 lib. 1. odar.
 — bimariſue Corinthi
 Mœnia —
 Ouid. 5. Metamorph.
 — bimari gens orta Corintho.
 idem 4. Faſtorum:
 Adriacumq; patens latè bimaremq; Co-
 rinthum
 & in epist. Med. Ephyren bimarem.
 Sic in illo uerſu, quæ Sudæ lexico ſuppeditat:
 Αἰολὶ ἔχει πολὺν ἄλκιον Κορινθῶν.
 Iulius Pollux Onomaſt. lib. 9. ἀμφιδάλας
 τῶν ὄσων Κόρινθον. Errauit ergo Dion.
 Lambinus, Muretum reprehendens, quod
 ἀμφιδάλας de Corintho dixiſſet. ea Lam-
 bini opinio exſtat in illis clarorum uirorum
 epistolis, quas à Michaële Bruto collectas,
 Lugdunentes ediderunt, quantum memini
 lib. 3. epist. 29. Paulin. Calpen bimarem uo-
 cauit.
 286 Pradonum manus. Sophocles:
 ληστὴς ἐφάσκε στυγερὸντα σ', ἢ μὴ
 ῥῆμ' κτανεῖν νῆς, ἀλλὰ ζῆναι πλάθει χερσῶν.
 290 Luce uiduatum. Tiresiam cæcum fuiſſe
 nemo negat, ſed in cæcitate cauſa tradēda
 diſſentiunt Callimachus in hymno εἰς Διὸν
 πῶς τῆς Πάριδος, Homeri ſcholiaſtes O-
 dyll. 4. Nonnus Dionyſ. Lucian. in Astro-
 log. Apollodor. lib. 3. Bibliot. Ouid. in Me-
 tamorph. uide Politianum in Miſcell. ca. 89.
 & Falckenburgium in Nonnum.
 294 Haud te quidem. in membranæ legi-
 tur haud equidem. quod non placet.
 298 Excuterem. in o. v. l. exciperem. quod
 non eſt cur ſequamur, reſpexit enim Seneca
 ad illa 6. Aeneid.
 At Phœbi nondum patiens immanis in-
 antro
 Bacchat uruates, magno ſi pectore poſſet
 Excuisse Deum —
 309 Et nitidus. duo m. f. cod. & uiridis.
 312 Circa ſerpit. in o. v. l. eſt circumſerpit.
 321 In partes duas. Lucanus lib. 1.
 — Voſſalæ raptus ab ara
 Ignis, & oſtendens conſeſſas flamma La-
 tinas
 Scinditur in partes, geminoq; cacumine
 ſurgit
 Thebanos imitata rogos —

328 *Quid fari queam?* malè interpp. fari, exponunt, loqui. est enim hîc *περὶ φησὶ* *Dei.*
 329 Varro lib. 5. de ling. Latina, ita scripsit; Qui diuina prædiuina dolo solent fari, fatidici dicti. Ennius;
Atq; Anchises docti Venus quem polcra dearum
Fari donauit, diuinum & pectus habere.
 336 *Placidone vultu.* magnopere veteres referre putabant, num hostia popæ reluctarentur, num verò se feriendas quietæ stantes, atque etiam, si dis placet, annuentes, præberent ex hoc deis gratum sacrificium, ex illo ingratum fore colligebant. Vnde Virgil.
Et diuites cornu stabit sacer hircus ad arã.
 Myrtilus lib. 2. Lesbicorum: *οὐδὲ οὐδὲ ἰστέος τὸ ὕδωρ εἰδωτοῖσι ἐπιβάλειν εἰς τὸ ἕσ' ἰστέος, ἄς ἐπιβάλη τῷσι πελεταῖς.*
 341 *Opposito induit.* m. f. meus, imposito. Virg. 3. Georg.
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri.
 Sed hæc contraria sunt; nequaquam. Nam à Cleone 1. Argonaut. si Natali in Mytholog. credimus, proditum fuit, veteres superis sacrificantes, resupinatarū iugulum sursum conueruisse; cum inferis faciebant, eandem columnam deorsum terram versus deprimere solitos. quod & Myrtilus vbi supra docet his verbis: *εἰδωτοῖσι ἂν ἰστέος τὰ ἐν ἑσέο τῶσι κάρτα θεοῖς ὀναριζέμενοι ἐν τῇ γῆ δειπνέμενοι τῶσι κειφαλάς. ἔπει τὸ θύσει τοῖσι ὑποχρηταῖσι. ἕως δὲ ἕσπυῖαις ἄνα ἀναστρέφουσι τῶν ἰστέων τὸν πρὸς ἄλλοις σφάξαντες.* Rectè ergo Virgilius dixit *suppositi*; cum loquatur de inferorum sacrificio, quo culter quodammodo victimæ iugulo supponebatur: quare & lib. 6. Aen. id. *Supponunt alij cultros.* — rectè etiam noster dixit *imposito*, cum agat de superiorum sacrificio, quo culter hostiæ collo quasi imponebatur. Vnde apparet verissimam esse optimi mei cod. scripturam.
 347 *Viuus per ipsam.* vide num melius in vno libro scripto habeatur, *huius per ipsam.* fit enim de tauro & iuuenca sermo; atque de altero eorum sequenti carmine dicitur, *huius exiguus.*
 355 *Nouusq;* quidam libri antiqui habent *nouusq;*
 360 *En capita paribus.* T. Liuius, Valerius, & Plutarchus affirmant M. Marcello Deorum voluntatem exploranti, eo qui necè præcessit die, primæ hostiæ iecur non apparuisse, secundam iocinoris caput duplex habuisse.
 361 *Abscondit.* existimabant iocinoris caput non apparens graue Imperatori aut Reipub. infortunium portendere. Iul. Obsequens in lib. de prodigiis; Q. Metello & T. Didio (*vulgo malè habetur, Tullio Didio*) consulibus, apud ædem Apollinis Xviris immolantibus, caput iocinoris non apparuisse, accidit hoc ipsum Postumio, Catoni, Herennio, & Lucilio Lupo. Arrianus lib. 7. histor. Alex. scribit Pythagoram, antequam

Discors fauilla: genitor horresco intuens.
Libata Bacchi dona permutat cruor,
Ambitq; densus regium fumus caput, 325
Ipsosq; circa spissior vultus sedet,
Et nube densâ sordidam lucem abdidit.
Quid sit, parens effare. TIR. quid fari queam?
Inter tumultus mentis attonita vagos,
Quidnam loquar? sunt dira, sed in alto, mala. 330
Solet ira certis numinum ostendi notis.
Quid istud est, quod esse prolatum volunt,
Iterumq; nolunt, & truces iras tegunt?
Pudet deos, nescio quid. huc properè admone,
Et sparge salsâ colla taurorum molâ. 335
Placidone vultu sacra, & admotas manus
Patiuntur? MAN. altum taurus attolens caput,
Primos ad ortus positus, expauit diem,
Trepidusq; vultum obliquat, & radios fugit.
 TIR. *Vno re terram vulnere afflicti petunt?* 340
 MAN. *Iuuenca ferro semet imposito induit,*
Et vulnere vno cecidit: at taurus duos
Perpressus ictus, huc & huc dubius ruit,
Animamq; fessus vix reluctantem exprimit.
 TIR. *Virum citatus vulnere angusto micat,* 345
An lentus altas irrigat plagas cruor?
 MAN. *Huius per ipsam, quâ patet pectus, viam*
Effusus amnis; huius exiguo graues
Maculantur ictus imbre; sed versus retro
Per ora multus sanguis atque oculos redit. 350
 TIR. *Infusa magnos sacra terrores cient.*
Sed ede certas viscerum nobis notas.
 MAN. *Genitor quid hoc est? nō leui motu, ut solent,*
Agitata trepidant exta, sed totas manus
Quatiunt, nouusq; profilit venis cruor. 355
Cor marcet agrum penitus, acmersum latet,
Liuentq; vena, magna pars fibræ abest,
Et felle negro tabidum spumat iecur.
Ac semper omen vnico imperio graue,
En capita paribus bina consurgunt toris: 360
Sed utrumque casum tenuis abscondit caput
Membranâ, latebram rebus occultis negans.

Hostile

Hostile valido robore insurgit latus,
Septemq; venas tendit; has omnes retro
 365 *Prohibens reuerti limes obliquus secat.*
Mutatus ordo est, sede nil propriâ iacet,
Sed acta retro cuncta. non anima capax
In parte dextrâ pulmo sanguineus iacet:
Non leua cordis regio: non molli ambitu
 370 *Omenta pingues viscerum obtendunt sinus:*
Natura versa est, nulla lex vtero manet.
 TIR. *Scrutemur unde tantus hic extis rigor?*
 MAN. *Quod hoc nefas? conceptus innupta bonis,*
Nec more solito positus, alieno in loco
 375 *Implet parentem, membra cum gemitu mouet,*
Tremulo rigore debiles artus micant,
Infecit atras liuidus fibras cruor,
Tentantq; turpes mobilem trunci gradum,
Et inane surgit corpus, ac sacros petit
 380 *Cornu ministros, viscera effugiunt manu.*
Neque ipsa, qua te pepulit, armenti grauis
Vox est, nec vsquam territi resonant greges.
Immugit aris ignis, & trepidant foci.
 OE D. *Quid ista sacri signa terrifici ferant,*
 385 *Exprime: voces aure non timida hauriam.*
Solent suprema facere securos mala.
 TIR. *His inuidebis, quibus opem queris, malis.*
 OE D. *Memora, quod vnum scire calicula volunt,*
Contaminarit rege quis caso manus.
 390 TIR. *Nec alta cali, pinna qua leuis secat,*
Nec fibra viuus raptâ pectoribus potest
Cière nomen: alia tentanda est via.
Ipsè euocandus noctis aeternæ plagis
Emissus Erebo; ut cadis auctorem indicet.
 395 *Referanda tellus, Ditis implacabile*
Numen precandum, populus inferna Stygis
Huc extrahendus. ede, cui mandes sacrum:
Nam te, penes quem summa regnorum est, nefas
Inuisere umbras. OE D. Te Creò hic pascit labor,
 400 *Ad quem secundum regna respiciunt mea.*
 TIR. *Dum nos profundæ claustra laxamus Stygis:*
Populare Bacchi laudibus carmen sonet.

CHO

Alexander obiret, hostiam immolasse, & sine capite iecur inuentum; idemque illi contigisse pro Ephestione & Perdica sacrificantis qui omnes statim post mortui sunt.
 363 *Hostile valido.* summo artificio petita tetam O Edipi & filiorum historiam prodigiis istis textit. Ait:
Iuuenca ferro semet imposito induit
Et vulnere vno cecidit.
 nam Iocasta seipsam vno ictu traiecit, & confestim exspirauit. quare Manto subiungit:
Huius per ipsam, qua patet pectus, viam
Effusus amnis: huius exiguo graues
Maculantur ictus imbre. sed versus retro
Per ora multus sanguis atq; oculos redit.
 quia scilicet O Edipus, antè effusus sibi oculis, nō nisi maximis miseris perfunctus obiit. Quoniam verò Polynices & Eteocles, vter rex foret pugnant, mutuis vulneribus ceciderunt, addit:
En capita paribus bina consurgunt toris:
Sed utrumq; casum tenuis abscondit caput
Membrana
 Eteoclem iuuabant sui ciues, Polynici cum magnis copiis adfuerūt sex fortissimi duces; quorum nulli, excepto Adrasto, contigit in patriam redire, sed ante Thebas omnes occubuerunt. hoc portendunt ista;
Hostile valido robore insurgit latus,
Septemq; venas tendit; has omnes retro
Prohibens reuerti limes obliquus secat.
 Jam per illud:
 — *latebram rebus occultis negans.*
 indicat parricidiū & incestum O Edipi cunctis nota fore. Reliqua porro significant omnium rerum confusionem & perturbationem Thebis Bœotiis, ac potissimum O Edipi regiæ imminere.
 380 *Viscera effugiunt manu.* quidam cod. scripti, *manum.*
 382 *Fugiunt o. v. l. resonant.*
 386 *Solent suprema facere securos mala.* suprema dicitur grauissima vel vitima, vltimaque potius. huic sententiæ similis est illa superior: *Fortem vicina facit libertas senem.* equo spectat in primis quod de Solone ac Pisistrato, Castricio & Confidio Sebastianus Corradus obseruauit, in Cōmentariis in Ciceronis Brutum pag. 36. edition. Florentinæ. Porro hîc in membranis non *suprema*; sed *extrema* habetur, & infra versu 389. *contaminavit, pro contaminarit.*
 402 *Populare.* sollempne populo nostro è quo Bacchus fuit, populare enim de toto populo dicitur, non de vicò vno vel platea, vt quidam somniant. sic popularis actio, popularis vocantur ciues. vt apud Terentium Nam eo loci Daurus inuissit Getam eiusdem

lararia iudicia, popularia interdita. vnde apud Comicos frequenter popularis dicitur. vnde apud Terentium Phorm. actu 1. sc. 1. *Amicus summus meus & popularis Getæ.*

ciuitatis esse cuius ipse sit, hoc est, ut ita dicam, conciuem suum, respiciendo non ad praesens tempus, sed ad praeteritum. quamuis enim tunc cum seruiebant seruitutem, neuter eorum cuius erat, ante seruitutem tamen eiusdem ciuitatis ciues esse potuerunt. & hoc quidem plus mihi fatiscit, quam quae alij de populis Getarum & Dacorum, vel de platea vnius incolis seu vicinis comminiscuntur. Eodem sensu populares dixit Vlpian. in l. 1. §. quies, D. de offic. praefect. urb. Quies quoque popularium & disciplina spectaculorum ad Praefecti urbi curam pertinere videtur. Si plura cupis de popularis significatione, vide Turneb. in aduersar. Cataneura in lib. 1. epist. Plinij epist. 2. Beroaldum in lib. 7. Apulei de asino, Nannium Miscell. lib. 2. & Oroscium ad d. l. 1. num. 3.

403 Redimite comam nutante corymbo. Dionysius Afer;

ὁ γυναικῶν τελέθους κ' ἴθ' ἔμεν ἰσὼν Βάκχῳ
σε γὰρ ἄμφοι κισσοῖο μεταμφύλαοι κρημ-
βοῖς
ἐνύχθαι

404 Thyrsis. apud Euripidem, in Bacchis, ait Bacchus;

Θύρσιον τι δὲς εἰς χεῖρας κίσσινον μέλαθ'.

408 Virgineum caput. Ouid. 4. Metam. — tibi cum sine cornibus adstas

Virgineum caput est — & alius, nescio qui;

Trahit figuram virginis tener Bacchus.

409 Vultu sidereo. formosi, quaeque in iis erant speciosiora, sideribus passim comparantur. Seneca:

Hac illa facies igne sidereo micans.

Item: Qui modo paterni certus imperij comes Et certus heres siderum fulsit modo.

& alibi: — puer Modo sidus orbis —

Virgilius Aeneid. 8. Qualis ubi Oceani peresus Lucifer undas, &c.

Ouid. 2. Metam. de cadente Phaeronte; Fertur, ut interdum de calo stella sereno.

& alibi; — geminum ceu lumina sidus.

Item: — oculiq; tui quibus ignea cedunt Sidera —

idem quodam loco Ceycem sidereum vocat, quemadmodum postea Claudianus serenae vlnas sidereas appellauit.

414 Edera ve. teste Homero Bacchus edera coronabatur. Demarchus Dionysiacorum 9.

τὸν ἰσὼν ἐγούφωπα θεηλοῖς ἑκαστοῖο
εἰ μὲν κισσὸν κισσοῖοι λεχθίδες ἔσθρον ὄρω.

Fingitur autem Bacchus coronari, quia vapores e vini potu immoderato nati, capitis dolorem excitant.

421 Luteam vestem. in membranis continetur: Lutea vestem retinente zona, Inde tam molles &c.

425 Vestem cum longa regeres leones. nō displicet, regeres leones. quod inuenitur in scriptis libris. 422 Vadet am molles placuere cultus.

Origines lib. 3. contra Celsum, tradit Bacchum muliebri habitu amictum esse, vocatque Mænaliam. 429 -- Senior turpi sequitur Silenus asello. Ouid. Metamor. 4. — Baccha Satyriq; sequuntur, Quisq; senex ferula titubantes ebrius artus Sustinet, & pando non fortitur haret asello.

CHORVS.

Versus Hexametri, Trochaici, Choriambici, Iambici, Dactylici, Sapphici, Anapaestici, puri & impuri, integri & mutilati, & aliquot syllabis superflui.

Effusam redimite comam nutante corymbo, Mollia Nisæis armati brachia Thyrsis. Lucidum celi decus, huc ades votis, Quae tibi nobiles Thoeba Bacche tuae Palmis supplicibus ferunt:

Huc aduerte fauens virgineum caput: Vultu sidereo discute nubila, Et tristes Erebi minas, Auidumq; fatum. te decet vernis comam Cingi floribus.

Te caput Tyriâ cohibere mitrâ, Ederâve mollem Bacchiferâ Religare frontem, Spargere effusos sine lege crines, Rursus adducto renocare nodo: Qualis, iratam metuens nouercam Treueras, falsos imitatus artus, Crine flauenti simulata virgo, Luteam vestem retinente zona: Vnde tam molles placuere cultus, Et sinus laxi, fluidumq; syrmat

Vidit aurato residere curru, Vestem cum longa tegeres leones, Omnis Eoae plaga vasta terra, Qui bibit Gangem, nineumq; quisquis Frangit Araxem.

Te senior turpi sequitur Silenus asella, Turgida pampineis redimitus tempora sertis, Condita lasciuî deducunt orgia mystæ.

Te

Te

Te

Te

Te

Te

Te

Te Bassaridum comitata cohors: Nunc Edoni pede pulsauit Sola Pangæi, nunc Threicio

435 Vertice Pindi, nunc Cadmeas Inter matres impia Manas Comes Ogygio venit Iaccho, Nebride sacrâ præcincta latus. Tibi commota pectora matres

440 Fudere comam, thyrsuq; leuem Vibrante manu, iam post laceros Pentheos artus Thyades æstro Membra remissa, velut ignotum Videre nefas.

445 Ponti regna tenet nitidi matertera Bacchi, Nereidumq; choris Cadmeia cingitur Ino. Ius habet in fluctus magni puer aduena ponti, Cognatus Bacchi, numen non vile Palamon. Te Tyrhena puer rapuit manus,

450 Et tumidum Nereus posuit mare, Carula cum pratis mutat freta. Hinc verno Platanus folio viret, Et Phœbo laurus carum nemus. Garrula per ramos auis obstrepit,

455 Vinaces ederas ramus tenet, Summa ligat vitis carchesia, Ideus prorâ fremuit leo, Tigris puppe sedet Gangetica, Tum pirata freto panidus natat,

460 Et noua demersos facies habet: Brachia prima cadunt prædonibus, Illisumq; vtero pectus coit: Paruula dependet lateri manus, Et dorso fluctum carno subit,

465 Lunatâ scindit caudâ mare, Et sequitur curuus fugientia carbasia delphin. Diuite Paetolus vexit te Lydius vnda, Aurea torrenti deducens flumina ripâ. Laxauit victos arcus, Geticasq; sagittas

470 Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet, Regna securigeri Bacchum sensere Lycurgi.

Te

Te

Te

Te

Te

Te

Te

Sileni Mythologiam docet Natalis libro 5. Mytholog. cap. 8. Silenus Nicandri scholiastes in Alexipharm. dici tradit δὲ τὸ σιλαίνην, ἢ ἐπὶ λαίδρεν, & eisdem appellari satyros: cui repugnat Nonnus, eos distinguēs his verbis: κρη λαοῖαν σατύραν κροταυροῖδ' ἀμυροῖδ' ἰσθλῆς, σιληνῶν τε φάλαγγα, &c.

432 Bassaridum. harum nomina habes apud Nonnum Dionys. i. 1.

446 Cadmeia. Sic Claudianus: — Cadmeia ludit Leucothoë —

De Ino seu Leucothoë multa Pausanias in Atticis, & Natalis libro 9. Mytholog. cap. 4.

454 Garrula auis, quidam ait: Aues canoros garrula fundunt sonos, Et semper auras canibus mulcent suis.

455 Vinaces. quæ iuge virentes, ne hieme quidem decus suam amittunt.

456 Carchesia. mali partem summâ. Cinnâ, in Smyrna: Atque anquima regis stabilem firmissima cursum.

Lucida quâ fulgēt summi carchesia mali. sic hæc carmina, apud Grammaticos diuersis locis sparsa, videntur posse conglutinari. Guîlhel. Philander in commen. Vitruuij lib. 10. Mali, inquit, vt id addam ex Macrobij Saturnal. lib. 5. pars inferior, pterna; pars media, trachelis; pars summa carchesion dicitur.

457 Ideus. Claudianus: Verberat Ideos torua cum matre leones.

459 Dum pirata. v. l. emendatus. t. u. pirata.

461 Brachia prima. hoc carminis genere vsus fuit Pomponius Secundus, apud Terentianum his verbis: Pendeat ex humero dulcis chelys Et numeros edat varios; quibus Assonet omne virens latè nemus Et tortis errans qui flexibus.

463 Paruula dependet lateri manus. Ouidius Metamorph. 3. hanc rem filius expressit, hoc modo: In spaciis resiliue manus breue vidit, & illas

Iam non esse manus, iam pinnas posse vocari.

465 Lunata scindit cauda mare. Ouidius, — falcata nouissima cauda est: Qualia dimidia simantur cornua luna. Bacchi gesta Natalis lib. 5. Mytholog. cap. 13. morali Philosophiæ non infeliciter accommodauit, naturalis, Pierius lib. 27. Hieroglyph.

Sen-

† 470 Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet. videtur secutus Dionysium Carthaginiensem, qui cō τῆ οἰκουμένη, περιεργῶ, cecinit:

τὸς δ' μὲν ἀντιλίωδ' ἐπέλω καλὰ δόντες Ἀ' ἐοῖδ' ἄν Μασσαγέται ναιέσσι, θῶν ῥυτῆρες οἷς ἄν ἀνέρες οἷς μὲν αὐτοῖς ἐγὼ, μὴδ' ὄπισ ἰταίγ' &c.

ἐπιπέσει μάλα γάρ τε κρησεν ὀπίσει
ἔδωκεν
ἔ γάρ σφιν σίβητο μιλίφρονος ἐστὶ δαδὴ,
ἔξ ἑμὲ ἔδ' εἶν' ὅτι μετὰ ἡμῖν ἄλλα γδ' ἴπ-
πω
ἀέ κρη μίσθωντες λαδὸν γάλα, δεῖται τί-
δενται.

Rhemnius Fannius:
Post hos Massagetæ, post flumen Araxis,
ad orientem
Hostibus saevi cunctis, belloq; feroces,
Non Bacchi donum, Ceres nec munera
norunt:
Sed lac commistum potant cum sanguine
equino.

472 Zedacum. in emendationibus Solini
cap. 51. nu. 3. monui, hic legendum esse Za-
carum. in qua sententia adhuc sum. malè in
v.l. continetur Zedacum.

486 Proetides. Proeti filix cum se Iunone
formosiores esse iactarent, numinis ira in
eum irorem incidit, ut sibi ipsi vacca
videretur, & aratra metuentes agricolas fu-
gerent, ut docent Sertius in Virgil. eclog. 6.
& Lucretius in lib. 3. Thebaid. Papinij. has
postmodum Melampus purgavit, & purga-
mina in Clytorium proiecit, ut tradit Ouid.
vlt. Metamorph. Eudoxus ἐν ἐπιτηγῆς ἀεὶ-
δῶν apud Stephanum: ἔστι κρήνη τῆς Α' ζωνίας,
ἢ τῆς γλυσιμίδους ἢ Ἰδαίας ποταμῶν ἐν τῷ
ἀσμελῶ ἔδ' οἶνε ἀνέχεται. εἰς τὸν Ἰεφρούσι Μα-
λάμαρτα δὲ, ὅτι τῆς Περγειδῶς ἐκείνης ἐστὶν ἐμ-
βαλὸν τῶν ἀποκρησθῆναι. Scribendum Proe-
tides, non Proetides, docet etiam epigramma
iuxta Clytorium lapidi incisum, quod tale
fuisse refert M. Pollio;

φύλαξ δ' ἐμὲ πηγῶν μισάμπλον ἀνδρῶν Μαλάμπους,
λεσάμην ὅτι λέσσης Περγειδῶς ἀρμαλῆς.

489 Virginem relictam. Ariadne à Theseo in Naxo
deserta, ibidem Baccho nupsit: qua in re tamen non satis
Plutarchus in Theseo & Nonnus Dionys. μο'. conue-
niunt. ex ea autem fabula vitæ utilia documenta, quam-
vis à Poëtarum mente profus aliena eliciuntur. Cum
Ariadnes opera Theseum ex Dædaleo Labyrintho ere-
ptum legimus: monemur inimicis nostris nō bene velle
tantum, sed etiam prodesse, quamvis enim illi accepto-
rum beneficiorum immemores, neque habeant neque
agant gratias, sed oblata occasione pro beneficio iniuriā
referant, pro accepta vita mortem inferre conentur: est
tamē Deus Op. Max. qui nos ex calamitatibus eripiet,
cuius auxilio miseras superabimus, à quo larga manu
cum scōnore gratia referetur. Quoniā ille, quæ eius est
clementia & æquitas, quæcūque in alios beneficia con-
ferimus, tanquam in se collata forent, accepta habebit;
& pro iis vere beatitudinis mercedem nobis persolvet,
ac nos florentissima coronā munerabitur immortalibus
contexta floribus,

Quos neque frigoribus boreas, nec Sirius vres
Eribus

Senpere terra Zedacum feroces,
Et quos vicinus Boreas ferit
Arva mutantes; quasq; Maotis
Alluit gentes frigida fluctu;
Quasq; despectat vertice summo
Sidus Arcadium, geminumq; planstrum.
Ille dispersos domuit Gelonos,
Arma detraxit trucibus puellis,
Ore deiecto petiere terram
Thermodontiacæ graues catervæ,
Positis tandem leuibus sagittis,
Mites factæ. sacer & Cytharon
Sanguine inundavit,
Ophioniāq; cæde.

Proetides silvas petiere, & agros,
Præsidem Bacchum coluit nouerca.
Naxos Aegeo redimita ponto,
Tradidit thalamis virginem relictam,
Meliore pensans damna marito.
Pumice sicca
Fluxit Nyctileus latex.
Garruli gramen secuerè riuī,
Cambibit dulces humus alba sucos,
Niveiq; lactis candidos fontes
Mistaq; odoro Lesbya cum ibymo.

Duci-

hoc illud nimirum est, quod Ariadne Baccho, (qui à sol-
uendis curis Lyæus, à misericordia Eleleus Græcis dicitur)
matrimonio iuncta & coronā eius in cælum trans-
lata significat.

490 Meliore. sic Ouidius.

Illā, nec inuideo, fruitur meliore marito.

491 Pumice sicca. Euripides in Bacchis:

θῦρον δ' ἐπὶ λαβῶν, ἑωσσοῦν εἰς πύργον,
ὅστιν ὄρος ὀδῆς ὕδατος ἐπιπέσει νοτίς,
ἄλλα ἢ νάρεθ' εἰς πῆδον κρησθῆναι γῆς,
καὶ τῆδε κρηλῶν ἐξαινεῖ οἶνε τῆος.

idem testatur Nonnus Dionysiac. μῆ.

492 Nyctileus latex. vinum, quia Bacchus ipse Ny-
ctileus vocatur. Ouid. Metam. 4.
— Bacchumq; vocant, Bromiumq; Lyæumq;
Ignigenamq; satumq; iterum, solumq; vimatram,
Additur his Nyseusq; in detonsusq; Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis consistor vna,
Nyctileusq; Eleleusq; parens, & Iacchus & Euan;
Et qua prætereā per Graias plurimā gentes
Nomina Liber habes

493 Garruli gramen secuerè riuī. ait hoc versu &
duobus sequentibus Bacchum aquam, mel & lac è terra

Ducitur magno nona nuptia celo:
Solenne Phæbus carmen
Edut infusus humero capillis.

500 Concutit tædas geminus Cupido,
Telum deposuit Iuppiter igneum,
Condidit Baccho veniente fulmen.
Lucida dum current anno si sidera mundi;
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem;
505 Lunaq; dimissos dum plena recolliget ignes;
Dum matutinos prædicet Lucifer ortus;
Altaq; caruleum dum Nerea nesciet arctos;
Candida formosi venerabimur ora Lyæi.

ACTVS TERTIVS.

OE D I P V S. CREO.

OE D. Et si ipse vultus flebiles præfert notas,
510 Exprore cuius capite placemus deos.
CR. Fari iubes, tacere quæ suadet metus.
OE D. Si teruentes non satis Thebæ mouent,
At sceptrā moueant lapsa cognata domus.
CR. Nescisse cupies, nosse quæ nimium expetis.
515 OE D. Iners malorum remedium ignorantia est.
Itan' & salutis publicæ indicium obrues?
CR. Vbi turpis est medicina, sanari piget.
OE D. Audita fare, vel malo domitus graui,
Quid arma possint regis irati scies.
520 CR. Odere reges dicta, quæ dici iubent.
OE D. Mittèris Erebo vile pro cunctis caput,
Arcana sacri vocè nī retegis tuā.
CR. Tacere liceat: nulla libertas minor
A rege petitur. OE D. Sape vel linguā, magis
525 Regi atque regno muta libertas obeat.
CR. Vbi non licet tacere, quid cuiquam licet?
OE D. Imperia soluit, qui tacet, iussus loqui.
CR. Coacta verba placidus accipias precor.
OE D. Vlline pœna vocis expressæ fuit?
530 CR. Est procul ab vrbe lucus, ilicibus niger,
Dircea circa vallis irrigua loca.
Cupressus altis exserens siluis caput
Virente semper alligat trunco nemus:
Curuosq; tendit quercus & putres situ
535 Anno saramos: huius abrupti latus
Edax vetustas: illa iam festā cadens
Radice, sulca pendet aliena trabe.

elicuisse. de aqua ex Euripide supra diximus;
de melle & lacte idem in Bacchis restatur:
ὄσους ἢ λαδὸν κρησθῆναι ὅτι πᾶσι παρῶν,
ἀκρησθῆναι δ' ἀκρησθῆναι δ' ἀκρησθῆναι ἔστιν ἰσθῆναι,
γὰρ λακτὸς ἰσθῆναι εἶρη. ἐν τῷ κρησθῆναι
δὲ ἴσθῆναι γὰρ ἰσθῆναι μὲν ἴσθῆναι ἔστιν ἰσθῆναι.

508 Lyæi. Bacchi. Ennius, in Athamante:
His erat in ore Bromius, his Bacchus præ-
ter,
Illis Lyæus vitis inuentor sacra.
Tum pariter Euan, Euius,
Ignotus immemum coetus alterna vice
Imibat alacris Bacchico insultans modo.

520 Odere reges dicta, quæ dici iubent. nihil
verius. ubi que enim, & maxime in aulis prin-
cipum, Obsequium amicos, veritas odium
parit: & ut ait Satyric. Accusator erit, qui
verum dixerit. Fl. Vopiscus in Aureliano re-
fert Diocletianum dicere solitum, Impera-
torem vera nescire. accidit hoc ipsorum Im-
peratorum vitio, qui magis impuro illo pa-
raistorum grege, quam viris bonis & pruden-
tibus delectantur. exempla suppeditant, & de
hac re multa Volateranus Philolog. lib. 2. 8. &
Hieron. Cagnolus de vita boni principis nu-
96. cum seq. & Valquius Menchacensis de
succession. creatione, tomo 3. circa finem.

524 Sape vel lingua. non assentior repo-
nentibus; sape quam lingua. nam legendo
vel, ut in o. vulgari legitur, eadem est sen-
tentia quam ipsi constituunt, & lingua aufe-
rendi casu sumetur. præterea in v.l. habetur
vili lingua & vili ad vel proximè accedit, à
quam abest longissimè. demum sic sumitur
vel, initio Thebaid.

— vel sic desere infaustum patrem.
& in extremo Oedipos;
— profuge iam dudum ocyus
Vel ad parentes

T. Lilius lib. 2. ne Romana plebs metu per-
culsa, recepitis in urbem regibus, vel cum ser-
u: ut pacem acciperet. Non dissimulabo in
Badiano cod. legi, Sape quam lingua magis:
sed ille codex mendis scatur, ut & antiqua
Caictani Veneta editio. & imperiti librarij
quam reposuerunt, cum vel non intelligen-
rent: aut sanè cum vili mendosum viderent,
non aliud illis occurrit quod eius loco statue-
rent.

535 Abrupit latus. membrana, abruptio.

Amara

G 2

611 *Zetus*. locus iste confirmat rationem quam adscripsi Thebaid. nu. 20. ex eo que ibi videatur legendum; *Zerbinuencus*. quod tamen affirmare non audeo.

613 *Interq; natos*. vt Homerus & Propertius, duodecim; vt Euripides, Lazus Hermionens, Apollodorus, Antipater Sidonius, & nofter Seneca, quatuordecim; vt Sappho, octodecim; vt Mimnermus, Bacchylides, Pindarus, & teste Apollodoro, Hesiodus, viginti; vt idē Hesiodus, sibi contrarius, (nisi si forte illa non sunt Hesiodi, vt putat Aelianus) nonemdecim; vt Alcan, decem; vt alij, teste Gellio, tradiderunt, tres; vt apud Apollodorum Herodotus, quinque.

614 *Tuto superba*. nequit enim amplius illis orbari.

615 *Pecior hac vnus m. f. peior ar.*

*Zetus: manuq; sustinet leuā chelym,
Qui saxa dulci traxit Amphion sono.
Interq; natos Tantalus tandem suos,
Tuto superba fert caput fastu graui,
Et numerat umbras: peior hac genitrix adest
615 Furibunda Agave, tota quam sequitur manus
Parita regem. sequitur & Bacchas, lacer
Pentheus, tenetq; seuus etiam nunc minas.
Tandem vocatus saepe pudibundum extulit
620 Caput, atque ab omni desidet turbā procul,
Celatq; semet. in stat, & Stygias preces
Geminat sacerdos, donec in apertum efferat
Vultus opertos Laius. fari horreo,
Stetit per artus sanguine effuso horridus,
625 Pedore fædo squallidam oblectus comam,
Et ore rabido fatur: ô Cadmi efferā,
Cruore semper lata cognato domus
Vibrate thyrso: entheā gnatos manu
Lacerate potius. maximum Thebus scelus
630 Maternus amor est. patria non ira deūm,
Sed scelere raperis. non graui statu tibi
Luctificus auster, nec parum pluuio aethere
Satiata tellus halitu sicco nocet:
Sed rex cruentus, premia qui saua necis
Sceptra, & nefandos occupat thalamos patris,
635 Inuisa proles: sed tamen peior parens,
Quam gnatus; utero rursus in fausto grauis,
Egit qui in ortus semet, & matri impios
Fætus regebat: quiq; (vix mos est feris)
Fratres sibi ipse genuit, implicitum malum,
640 Magisq; monstrum Sphinge perplexum sua.
Te te, cruentā sceptrā qui dextrā geris,
Te pater inultus, vrbe cum totā, peiam,
Et mecum Erinnes pronubas thalami traham,
Traham sonantes verbera, incestam domum
645 Vertam, & penates impio Marte obteram.
Proinde pulsum finibus regem ocyus
Agite exulem. quacunque funesto gradu
Solum relinquet, vere florifero virens
Reparabit herbas, spiritus pueros dabit,
650 Vitalis aura veniet, & siluis decor.
Lethum, hiesq;, mors, labor, tabes, dolor,
Comitatus illo dignus, excedent simul.
Et ipse rapidis gressibus sedes volat*

Eff.

651 *Siluis decor*. folia. Varro Attacinus: *Erigidus* & siluis aquilo decussit honorē.

661 *Tori iugalis*. sententia est: matrem nō duxi, quia Merope, (quam matrem suam esse credebat) adhuc matrimonio iuncta est Polybo (eum patrem suum opinabatur esse) qui quoniam adhuc viuit, patrem non interfeci; ac ne Laium quidem, qui diu mortuus fuit, priusquam Boeotiam vidi. Mentitur ergo Tiresias. at cur mentiar vir fide dignus? quia, inquit, à Creonte ad id inductus fuit, vt me regno pulso ipse Creon rex fiat.

655 *Effugere nostras: sed graues pedibus moras
Addam, & tenebo: reptet incertus via,
Baculo senili triste praetentans iter.
Præripite terras: auferam calumpater.
OE D. Et ossa & artus gelidus inuasit tremor.
660 Quicquid timebam facere, fecisse arguor.
Tori iugalis abnuuit Merope nefas,
Sociata Polybo. sospes absoluit manus
Polybus meas: vterque descendit parens
Cadem, stuprumq;. quis locus culpa est super?
665 Multo antiē Thebæ Laium amissum gemunt,
Boeota gressu quam meo tetigi loca.
Falsū (ne senior, an Deus Thebis grauis?
Iamiam tenemus callidi socios doli.
Mentitur ista præferens fraudi deos
670 Vates, tibiq; sceptrā despondet mea.
CR. Egon' vt sororem regiā expelli velim?
Si me fides sacrata cognati laris
Non contineret in meo certum statu:
Tamen ipsa me Fortuna terreret, nimis
675 Sollicita semper. liceat hoc tuto tibi
Exuere pondus, ne recedentem opprimat.
Iam te minore tutior pones loco.
OE D. Hortaris etiam, sponte deponam vt mea
Tam grauis regna? CR. suadeam hoc illis ego;
680 In vtrumque quis, est liber etiam nunc status:
Tibi iam necesse ferre fortunam tuam.
OE D. Certissima est regnare cupienti via,
Laudare modica, & ocium ac somnum sequi.
Ab inquieto saepe simulatur quies.
685 CR. Parū me tam longa defendit fides?
OE D. Aditum nocendi perfido præstat fides.
CR. Solutus onere regio, regni bonis
Fruor, domusq; ciuium cætu viget,
Nec vlla vicibus surgit alternis dies;
690 Quā non propinquū munera ad nostros lares
Sceptri redundant; cultus, opulenta dapes,
Donata multis gratiā nostrā salus,
Quid tam beata deesse fortuna rear?
OE D. Quod res secunda non habent vnquam
modum.
695 CR. Incognita igitur vt nocens causa cadam?
OE D. Num ratio vobis reddita est vita mea?
Num audita causa est nostra Tiresia? tamen*

Somies

687 *Solutus*. hoc argumentum, quo Creonatur Oedipo fidem facere à regnandi cupiditate alienum esse se, abs Sophocle in Oedipo tyranno translaturum est. quò pertinent hæc Hyftia apud Herodotum libro quinto: τί εἰ ἀν' ἐπιδικήσω; πῶς τοῦτο πῶς πῶς εἰς εὐδίας εἶναι; τῶς πῶς εἰς πῶς πῶς ὅτι μὲν σὺ, πῶς τῶν εἰς αὐτὸς οἷο βελδύματα ἐπινοήσω; ἔτι δὲ μὲν;

Sontes videmur: facitis exemplum, sequor.

CR. Quid si innocens sum? OE D. dubia pro certis solent

Timere reges. CR. qui pauet vanos metus, " 700

Veros fateatur. OE D. quisquis in culpa fuit "

Dimissus, odit omne quod dubium putat. "

CR. Sic odia fiunt. OE D. odia qui nimum timet, "

Regnare nescit: regna custodit metus. "

CR. Qui sceptrum duro saeuus imperio regit, 705

Timet timentes, metus in auctorem redit.

OE D. Seruate fontem saxeo inclusum specu,

Ipse ad penates regio referam gradum.

CHORVS.

Anapæstici, Choriambici, Sapphici, Trochaici & Iambici inter se mixti

& confusi.

Non tu tantis causa periculis, Non hæc Labdacidas premunt Fata: sed veteres Deum 710

Ira sequuntur: Castalium nemus

Vmbra Sidonio præbuit hospiti,

Lauitq; Dirce Tyrios colonos:

Vi primùm magni natus Agenoris 715

Fessus per orbem furta sequi Iouis,

Sub nostra ramis constitit arboris,

Prædonem numerans suum,

Monitūq; Phœbi iussus erranti 720

Comes ira vacca; quam non flexerat

Vomer, aut tardi iuga curua plaustris;

Deseruit fugas, nomenq; genti

Inauspicatâ de boue tradidit:

Tempore ex illo noua monstra semper 725

Protulit tellus: aut anguis imis

Vallibus editus, annosa supra

Robora sibilat, supraq; pinus,

Supra Chaonias celsior arbores

Ceruleum erexit caput,

Cum maiore sui parte recumberet. 730

Aut facta tellus, impio partu

Effudit arma.

Sannit reflexo clasicum cornu,

Litusq; adunco stridulos cantus

Elisit are, ante non linguas 735

Alias,

706 Timet timentes. Laberius; Necessesse est multos timeat, quem multi timent.

715 Natus Agenoris. totus iste chorus ex Ouidij 3. Metam. comode poterit explicari.

716 Furta sequi Iouis. Ouidius: Orbe pererrato (quis enim deprædere possit Furta Iouis?) profugus. &c.

718 Prædonem numerans. alij libri continent, prædonem memorans; alij, prædones memoras. quarum lectio interpretationem pete à Bernardino. mihi placet prima lectio, & numerans prædonem, interpretor interualla locorum, & temporis spatia furta Iouis sequendo emensa.

719 Monitūq; Phœbi. Ouidius; Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis, Nulla passa iugū, curuiq; immunis aratri: Hi ac duce carpe viam, & qua requieverit herba.

Maenia fac condas, Bœotiaq; illa vocato. Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro,

Encustodit am lente videt ire iuuenam, Nullum seruitij iugum ceruice ferentem.

728 Supra Chaonias. Ouidius: Ac media plus parte leues erectus in auras Despicit omne nemus

Alias, & arma vocis ignota

Clamore primùm hostico experti,

Agmina campos cognata tenent:

Digna q; iacto semine proles

740 Vno ætatem permensa die,

Post luciferi nata meatus,

Ante Hesperios occidit ortus.

Horret tantis aduena monstis,

Populiq; timet bella recentis,

745 Donec cecidit sana inuentus,

Genitrixq; suo reddi gremio

Modò productos vidit alumnos.

Hæc transferit ciuile nefas:

Illa Herculeæ norint Thebæ

750 Prælia fratrum.

Quid Cadmei fata nepotis,

Cum viuacis cornua cerui

747 Modò productos. Ouidius:

— exspirat modò quas acceperat auras.

Ista Cadmi fabula egregium vitæ specimen præferre videtur. Agenor Græcis virū strenuum significat, ideoque Cadmum huius filium dicentes, indicant fortes fortibus creati, nec imbelles columbas ferocem aquilâ progenerare. quippe Cadmus à paternis virtutibus non degenerauit, sed difficillimum virtutis iter ingressus fuit, vt veram gloriâ, quæ summo bono coheret, assequeretur. hæc illa est Europa, cuius inueniendæ causa pater illum domo ablegauit, foris nimirum peregrinantes, quàm domi desidentes, rerum cognitionem assequimur. Vlysses ille tam sapiens non fuisset, nisi multorum mores hominum nouisset, nisi multas prouincias peragrasset. Summum bonum, quod quarimus, in Deî contemplatione homines sapientissimi posuerunt: ideo Europam Iuppiter fingitur rapuisse, fuit perquam arduum illum inuenire, quod cum Cadmus præuideret, cogitans antequam quid incipiamus, consulto; & cum consulerimus, maturè factò opus esse; vtrum-

From-

que præstitit. nam & Apollinem consuluit; & quæcumque iubebat, fecit diligentissimè. quo docemur omnium virtutum præcepta à diuinis philosophiæ sanctissimæ traditionibus haurire; & quæ nesciuenimus, ex aliis discere non vereri. nescire enim non est inhonestum, sed nolle discere tam turpe est quàm quod turpissimum. Itaq; Cadmum imitabimur, cui responsum fuit, bonem ducem sequeretur. suo me hercle more Delphicus Deus, hoc est, ambiguè & obscurè, respondit. verum, quia audere cœpi, ne hoc quidem silentio præteribo. credo dicere voluit, Cadmo in suscepto itinere multos labores exantlandos, multa pericula superanda, multa ferenda, multa faciendâ, sudandum algendumque, priusquam optatam metam contingeret: eam ob rem animum suum continua exercitatione planè subigeret, donec fortitudinem sibi comparet; cuius ope, auxilio facillimum fuit draconem Dirces custodem superare, etulosq; ipsius dentes terræ mandare: hoc est, vt interpretor, fortitudini & iustitiæ temperantiam adiungere; sine quibus illa non modò laudabilis non est, sed vitij etiam ac sceleris naturam induit. Vir fortis debet ante omnia prauas animi cupiditates comprimere; quas draconem interpretor: neque hoc tantum, sed debet etiam ex iustitiæ præceptis vnicuique suum tribuere; dentes scilicet draconis ferere, & animalis maximè terrestri portionem non minimam terræ matri ipsius (nam hæc à poetis monstrorum mater fingitur, restituere, hoc est, fortitudinem temperantia & iustitia condire debet. hæc illum bonis amabilem, malis iniustum reddent. vnde illorum inuidia nascetur, qui nequeunt alienam virtutem ferre. quorum vt insidias effugiat, minas, calumnias, & gladios retundat, vtque ab illis latere tecto discedat, hoc opus, hic labor est. non iustitia, non temperantia, non fortitudo satis illum tueri possint: accedat oportet prudentia; qua duce Cadmus noster hos viperino dente genitos terrigenas sic in stermeripos concitet, vt in suamet viscera ferrum conuertant, secum vt bellum gerant, quæ inuidia conditio est. nam, vt ait quidam,

Liuor tabificum malis venenum,

Intactis vorat osibus medullas,

Et totum bibit artubus cruorem.

Quod quisque furit, inuidetq; sortis

Vt debet, sibi poena semper ipse est.

noctis cetera. iccirco ex draconis dentibus natos, mutuis mox vulneribus concidisse, commentum poetæ fuerunt. propter harum verò virtutum concordiam & consensum, qui in eo erat, Cadmum Harmoniam vxorem duxisse, eaque positum à Ioue in campos Elysijs translatum ferunt: quo nihil aliud indicant quàm hac virtutum coniunctione veram beatitudinem, in qua est summum illud Philosophorum bonum, comparari.

751 Cadmei fata nepotis. Ouid. Metam. 4.

Prima repositos inter res tot tibi Cadme secundas

Causa fuit luctus, alienaq; cornua fronti

Addita, vosq; canes satiati sanguine herili.

hanc fabulam alias explicui ex Placiadis sententiâ, quam video prius Palæphati fuisse.

752 Viuacis cornua cerui. Ouidius:

Dat sparso capiti viuacis cornua cerui.

Virgilius:

— ramosa Micon viuacis cornua cerui.

Ausonius, cîdyl. 9.

Ter binos deciesq; nouem superexit in annos

Iusta senescantum quos implet vita virorum:

Hos nouies superat viuendo garrula cornix,

Et quat er egreditur cornicis sacula ceruus.

de ceruorum ætate vide Plinium libro 7. cap. 48. & Solinum cap. 22.

Cervi. cervinorum cornuum similitudine, iuxta Varronem & Seruium, furcae, quibus rustici casus suas stabiliunt, cervi vocantur. vnde Virgilius ecloga 2.

A ique humiles habitare casas, & figere cervos.

hos in castrorum quoque munitionibus ad. Iulio solitos patet ex Iulij Caesaris commentar. de bello civili & Gallico: eosque nobis pictos proposuit Ioannes Iuvidus Veronensis. apud Tibullum vero lib. 4. ad Messallam, horum mentionem factam existimo, & legi debere:

Nam te non alius belli tenet aptius artes, Quae deceat tui & castris praeducere fossam, Qualiter aduersos hosti desigere cervos, Quaeve locum ducto melius sit claudere vallo.

760 In vnda. Ouidius:

Vi vero vultus & cornua vidit in vnda.

763 Nimum sani diua pudoris. quare ut immitem ac crudelem Dianam elegantissimo carmine Fr. Ducatus i. carminum. exagtauit.

772 Phoece trifidas. istud Oedipi & Iocastae colloquium magna ex parte a Sophocle in Oedipo tyranno acceptit.

776 Inter iuuenem senemq. Ouidius Metamorph. l. 2.

huic atas inter iuuenemq. senemq.

788 Animam senilem mollis exsoluit sopor. quia, ut ait Sophocles,

σμηροπυ πάλαι δ' ὀνειρὸν ἀνάξει πομπή.

Themistius: ημεραιωνη ηδ' εοικου ορασην κωδ θαλασθου, ακουαδη δ' ηδ' ακουαδη εν εν ο πον νεω.

Cato apud Ciceronem, in dialogo de senectute; Quid est autem tam secundum naturam quam sensibus emori? quod idem contingit adolescentibus aduersante & repugnante natura. Itaque adolescentes mori mihi videntur; ut, cum aquae multitudine vis flammae opprimitur: senes autem; sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumtus ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur; si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas.

Frontem ramis texere nouis, Dominumq. canes egere suum? Praeceptu siluas montesq. fugit Citus Aetion, agiliq. magis Pede per saltus & saxa vagus Metuit moras zephyris plumas, Et quae posuit retia vitat: Donec placidi fontis in vnda Cornua vidit, vultusq. feros, Vbi virgineos fouerat artus Nimum sani diua pudoris.

755

760

765

770

775

780

785

790

ACTVS QVARTVS.

OEDIPVS. IOCASTA:

OE D. Curas reuoluit animus, & repetit metus, Obiisse nostro Laium scelere autumant Superi, inferiq. sed animus contra innocens, Sibiq. melius quam deis notus, negat. Redit memoria tenuae per vestigium, Cecidisse nostri stipitis pulsu obuium, Datumq. Diti, cum prior iuuenem senex Curru superbus pelleret, Thebis procul, Phoece trifidas regio qua scindit vias. Vnanima coniux explica errorem precor. Quae spacia moriens Laius vita tulit, Primone in euo viridus, an fracto occidit? IO. Inter iuuenem, senemq. sed propior seni. OE D. Frequensne turba regum cinxit latus? IO. Plures sefellit error ancipitis via, Paucos fidelis curribus iunxit labor. OE D. Aliquisne cecidit regio fato comes? IO. Vnum fides virtusq. consortem addidit. OE D. Teneo nocentem: conuenit numerus, locus: Sed tempus adde. IO. decima iam metitur seges.

SENECX. OEDIPVS.

SE. Corinthius te populus in regnum vocat Patrium, quietem Polybus eternam obtinet. OE D. Vt undique in me seua fortuna irruit. Ediffere aedem, quo cadat fato parens. SE. Animam senilem mollis exsoluit sopor. OE D. Genitor sine vlla cade defunctus iacet. Testor, licet iam tollere ad calum pie Puras, nec vlla scelera metuentes, manus.

Sed

Sed pars magis metuenda fatorum manet.

SE. Omnem paterna regna discutient metum.

OE D. Repetam paterna regna, sed matrem horreo.

795 SE. Metuis parentem, qua tuum reditum expetens Sollicita pender? OE D. ipsa me pietas fugat.

SE. Viduam relinques? OE D. tangis en ipsos metus.

SE. Effare, merisus quis premat mentem timor.

Prastare tacitam regibus soleo fidem.

800 OED. Connubia matris Delphico admonitu tremo.

SE. Timere vana desine, & turpes metus Depone, Merope vera non fuerat parens.

OE D. Quod subditui premium gnati petiit?

SE. Regum superbam liberi astringunt fidem.

805 OE D. Secreta thalami, fare, quo excipias modo.

SE. Haec te parenti paruulum tradunt manus.

OE D. Tu me parenti tradis? at quis me tibi?

SE. Pastor mioso sub Citheronis iugo.

OE D. In illa temet memora quis casus tulit?

810 SE. Illo sequebar monte cornigeros greges.

OE D. Nunc adice certas corporis nostri notas.

SE. Forata ferro gesseras vestigia,

Tumore nactus nomen, ac vitio pedum.

OE D. Quis fuerit ille, qui meum dono dedit

815 Corpus, requiro. SE. regios pauit greges, Minor sub illo turba pastorum fuit.

OE D. Eloquere nomen. SE. prima laeuescit senium

Memoria, longo lassa sublabens situ.

OE D. Potestne facie noscere ac vultu virum?

820 SE. Fortasse noscam: saepe iam spacio obrutam Leuis exoletam memoriam reuocat nota.

OE D. Ad sacra & aras omne compulsam pecus

Duces sequantur: ite properè, accersite

Famulae, penes quos summa consistit gregum.

825 SE. Siue ista ratio, siue fortuna occultit;

Latere semper patere, quod latuit diu.

Saepe eruentis veritas patuit malo.

OE D. Malum timeri maius his aliquod potest?

SE. Magnum esse, magna mole quod petitur, scias.

830 Concurrat illinc publica, hinc regis salus.

Vtrisque patria: contine medias manus.

Vt nil lacesas, ipsa se fata explicant.

Non expedit concutere felicem statum.

OE. Tuto monetur, quicquid extremo in loco est.

835 SE. Nobilius aliquid genere regali appetis?

806 Haec te parenti. haec quoque & sequentia penè omnia qui cum Sophocle, in Oed. tyranno, contulerit, non aliunde sumta deprehendet.

813 Tumore nactus nomen, ac vitio pedum. Euripides in Phocaeis;

διδωσι θυμολογισιν ονηθηναι εζιφθου, σφουδρον σιδηρην κεντρον αλαμπιγος μετρον, οδου εν ε' ηδης ανδραζου Οιδιππου.

siquidem antea Iocastus vocabatur, sic enim legitur in Suda lexico.

817 Prima laeuescit senium memoria. Aristoteles, in lib. de memoria, senes negat memoria valere. à T. Lino lib. 5. inducitur.

Licinius senectutis incommoda recensens his verbis: Vires corporis affecta, sensus oculorum atq. aurium hebetes, memoria labat,

vigor animi obtusus. Sed & Seneca patet, à quo fortassis noster haec desumpsit, lib. 1. con-

trouersiarum, ita scripsit: Cum multa iam mihi ex me desideranda senectus fecerit, o-

culorum aciem retuderit, aurium sensum hebetauerit, neruorum firmitatem fatigauerit;

inter ea quae retuli, memoria est, res ex omnibus partibus animi maximè delicata & fragilis, in quam senectus primum incurrit.

825 Latere, &c. contra curiositatem locus hic est, qua de re elegans Plutarchi liber extat.

Ne

H 2

Ne te parentis pigeat inuenti vide.
 OE D. *Nec paenitendi sanguinis quaram fidem.*
Sed nosse certum est. ecce grandaevus senex,
Arbitria sub quo regij fuerant gregis,
Phorbas. refer sine nomen, aut vultum senis? 840
 SE. *Arridet animo forma: nec notus satis,*
Nec rursus iste vultus ignotus mihi.
Regnum obtinente Laio, famulus greges
Agitasti opimos, sub Citharonis plaga.

PHORBAS. SENECAE

OEDIPVS.

PH. *Latus Citharon pabulo semper nouo,* 845
Astiva nostro prata summittit gregi.
 SE. *Noscisne memet? p. dubitat anceps memoria.*
 OE D. *Huic aliquis à te traditur quondam puer?*
Effare dubitas? cur genas mutat color?
Quid verba quaris? veritas odit moras. 850
 PH. *Obducta longo temporum tractu moues.*
 OE D. *Fatere, ne te cogat ad verum dolor.*
 PH. *Inutile isti munus infantem dedi.*
Non potuit ille luce, non celo frui.
 SE. *Procul sit omen: viuunt, & viuat precor.* 855
 OED. *Supereffe quare traditum infantem negas?*
 PH. *Ferrum per ambos tenue transfactum pedes*
Ligabat artus: vulneri innatus tumor,
Puerile foeda corpus urebat lue.
 SE. *Quid quaris ultra? fata iam accedunt propè.* 860
 OE. *Quis fuerit infans, edoce.* PH. *prohibet fides.*
 OE. *Huc aliquis ignem: flama iam excutiet fidem,*
Per tam cruentas vera querenti vias.
 PH. *Ignosce, quaeso, si ferus videor tibi,*
Et impotens: iam parta vindicta in manu est. 865
 OE D. *Dic vera, quisnam, quove generatus patre,*
Qua matre genitus? PH. coniuge est genitus tua.
 OED. *Dehisce tellus, tuq; tenebrarum potens,*
In tartara ima rector umbrarum rape
Retro reuerfas generis ac stirpis vices. 870
 Congerite ciues saxa in incestum caput,
 Mactate telis: me petat ferro parens,
 Me natus, in me coniuges arment manus,
 Fratresq; & aeger populus ereptos rogis
 Iaculetur ignes, saeculi crimen vagor,
 Odium deorum, iuris exitium sacri.

Qua

859 Lues. in o. m. f. legitur, lue.

871. Infandum caput. Tosanus cod. m. f. incestum caput.

Qua luce primum spiritus hausirudes,
Iam morte dignus. redde nunc animos parens.
Nunc aliquid aude sceleribus dignum tuis.
 880 *I, perge, propero regiam cur su pete,*
Gratare matri, liberis aucta domo.

881 Liberis aucta domo. plerique v. l. liberis auctam domum. Egnian. vt vulgati.

CHORVS.

Choriambici.

Fata si liceat mihi
Fingere arbitrio meo:
Temperem zephyro leui
 885 *Vela, ne pressa graui*
Spiritu antenna tremant:
Lene sed modicum fluens
Aura, nec vergens latus,
Ducat intrepidam ratem:
 890 *Tuta me mediâ vehat*
Vita, decurrens viâ.
Cnosium regem timens,
Alta dum demens petit,
Artibus fidens nouis,
 895 *Certat & veras aues*
Vincere, ac falsis nimis
Imperat pennis puer,
Nomen eripuit freti.
Callidus medium senex
 900 *Dædalus librans iter,*
Nube sub mediâ stetit,
Alitem expectans suum:
Qualis accipitris minas
Fugit, & sparsos metu
 905 *Colligit fœtus auis:*
Donec in ponto manus
Mouit implicitas puer,
Comes audacis via.
Quicquid excessit modum,
 910 *Pendet instabili loco.*
Sed quid hoc? postis sonat,
Mæstus & famulus manu
Regius, quassat caput.
Ede, quid portes noui.

892 Cnosium regem timens. Prosequitur Dædali & Icarum fabulam; que (iuxta Lucian. in imaginib.) indicat omnibus actionibus mediocritatem adhibendam, ne, dum nimis alta petimus, decidamus; vel dum terrenis cogitationibus inhaeremus, nunquam attolamur. illa enim prudentis patris præcepta,

Me pennis scissare datis, ego prauis ibo;
*Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris.**Nam siue atherias vicino sole per auras*
*Ibimus, impatiens cera caloris erit:**Sive humiles propiore freti inctabimus*
*alas,**Mobilis aquoreis penna madescet aquis.*
Inter utrumque vola.

hec, inquam, an non cum Horatianis illis, ad Licinium, planè conueniunt?

Rectius viuis, Licini, neque altum
*Semper urgendo, neque, dum procellas**Cantus horrescis, nimium premendo*
*Litus iniquum.**Auream quisquis mediocritatem*
*Diligit, tutus caret obsoleto**Sordibus solli, caret inuidenda*
Sobrius aula.

& quæ eadem oda, quæ est 20. lib. 2. carminum, sequuntur.

898 *Nomen eripuit freti.* Varronem sequitur, qui, Solino teste, tradidit Icarum mare

ab Icaro nominatum, quod & Ouidio lib. 2.

de arte amandi placuit. Sed Androetas Tenedius, in nauigatione Propontidis, ab vna

Cycladum, quæ Macris & Icarus vocabatur, appellatum fuisse, scripsit.

911 *Postis sonat.* in omnibus membranis scribitur, *Postes sonant.*

ACTVS

H 3

ACTVS QVINTVS.

NVNCIVS.

Prædicta postquam fata, & infandum genus Deprendit, ac se scelero conuictum Oedipus

Damnauit: ipse regiam infestus petens Inuisa propero tecta penetravit gradu.

Qualis per arua Libycus insanit leo, Fuluam minaci fronte concutiens iubam:

Vultus furore toruus, atque oculi truces, Gemitus, & altum murmur, & gelidus fluit

Sudor per artus, spumat, & voluit minas, Ac versus altè magnus exundat dolor.

Secum ipse saeuus grande nescio quid parat, Suisq; fati simile. Quid pœnas moror?

Vt hoc scelestum pectus aut ferro petat, Aut feruido aliquis igne vel saxo domes?

Qua Tigris, aut qua saeva visceribus meis Incurret ales? ipse tu scelerum capax

Sacer Ciitharon, vel feras in me iuis Emitte siluis mitte vel rabidos canes:

Nunc redde Agauem. anime quid mortem times? Mors innocentem sola fortuna eripit.

Hæc fatus, aptat impiam capulo manum, Ensemq; ducit. ut aue tam magnis breues

Pœnas sceleribus soluis? atque vno omnia Pensabis icetu? moreris? hoc patri sat est.

Quid deinde matris? quid malè in lucem editis Gnatis? quid ipsi, quæ tuum magna luit

Scelus ruina, flebili patria dabis? Soluenda non est illa, quæ leges ratas

Natura in vno vertit Oedipode, nouos Commenta partus. supplicis eadem meis

Novetur. iterum viuere, atque iterum mori Liceat, renasci semper, vt toties noua

Supplicia pendas. utere ingenio miser. Quod sæpe fieri non potest, fiat diu.

Mors obligatur longa: quaratur via, Qua nec sepultis mistus, & viuus tamen

Exemptus erres. morere, sed citra patrem. Cunctaris anime? subitus an vultus grauat

Profusus imber, ac rigat fletu genas? Et flere satis est: hæc tæneus fundens leuena

Oculi liquorem? sedibus pulsi suis Lacrymax sequantur: hi maritales statim

915

920

925

930

935

940

945

950

955

Fodian-

920 Fuluam. fuluus proprie leonum color est. Lucretius;

— corpora fulua leonum. Virgilius:

— fuluiq; in sternor pelle leonis. Tibullus:

Armenias Tigres, & fuluas ille leonas. 926 Suisq; fati simile. duo libri scripti; suisq; fati simile.

933 Profusus. vnus lib. scrip. profusus. 936 Maritales oculi. sic Apuleius lib. 2. de asino; istos amatores tuos oculos. Maritali autem vocat; quia oculis, qui sunt in amore duces, vt scribit Nonnus Dionys. sub finem, & i. & λδ'. & μά. matris amorem hauserat, amatam sibi in matrimonio copulauerat. Sic Philostratus oculos amoris δαδ' ερωτος nominauit his verbis: δ κακοι δαδ' ερωτος ερωτος, απ' ατο μ' ημιν το κακοι ερωτος σι σι σι σι. Euripides, in Hippolyto:

ερωτος ερωτος, ο κατ' ομιματα ερωτος ερωτος, ερωτος ηλωειου ψυχ' ερωτος, &c.

Plato: ημεις η ερωτος διαζομω αν' ιωης εαν ατιπας, οη δε ημ' ημ' ερωτος ερωτος' μειο' ερωτος παθος, ελωτος' ερωτος η, μη ημ' ημ' ερωτος σιωηη εω.

Philæmon: ορωτος ημ' ερωτος, ερωτος ημ' ερωτος, ερωτος ημ' ερωτος, ερωτος ημ' ερωτος, ερωτος ημ' ερωτος.

Lucianus, in dialogo ερωτος, scribit: ερωτος ερωτος ημ' ερωτος, ερωτος ημ' ερωτος, ερωτος ημ' ερωτος, ερωτος ημ' ερωτος, ερωτος ημ' ερωτος.

Athenæus quoque li. 1. 3. ex Licymnij Chij, & aliorum auctoritate docet amates oculos potissimum inspicere, in oculis itaque debere amoris sedem constitui: Causa fortassis, insita cuique φιλαυτια: in oculis vero aliorum nostram cernimus imaginem. his adde quæ scripsi Herculis Octauum. 452.

Fodiantur oculi. dixit, atque irâ furit. Ardent minaces igne truculento gena,

Oculiq; vix se sedibus retinent suis. 960 Violentus, audax, mutus, iratus, ferox.

Tantum cruentus gemit, & dirum fremens Manus in ora torsit: at contra truces

Oculi steterunt, & suam intenti manuum Vltro insequuntur, vulnere occurrunt suo.

965 Scrutatur avidus manibus vncis lumina, Radice ab imâ funditus vulsos simul

Evoluit orbis: hæret in vacuo manus, Et fixa peritus unguibus lacerat cauos

Altè recessus luminum, & inanes sinus: 970 Senuitq; frustra, plusq; quam sat est furit.

Tantum est periculum lucis. attollit caput, Causiq; lustrans orbibus celi plagas,

Noctem experitur: quicquid effosis malè Dependet oculis, rumpit, & victor deos

975 Conclamat omnes. parcite en patria, precor: Iam iussa feci, debitas pœnas tuli,

Inuenta thalamis digna nox tandem meis. Rigat ora fœdus imber, & lacerum caput

Largum reuulsis sanguinem venis vomit.

CHORVS.

Anapæstici.

980 Fatîs agimur, cedit fatîs. Non sollicitæ possunt cura

Mutare rati stamina fusi: Quicquid patimur mortale genus,

Quicquid facimus, venit ex alto: 985 Seruatq; sua decreta colus

Lacheis: durâ reuoluta manu, Omnia certo tramite vadunt:

Primusq; dies dedit extremum. Non illa Deo vertisse licet,

990 Quæ nexa suis currunt causis. Iti cuique ratus, prece non vllâ

Mobilis, ordo multis ipsum Timuisse nocet: multi ad fatum

Venere suum, dum fata timent. 995 Sonnere fores, atque ipse suum

Duce non vllô molitur iser, Luminis orbis.

965 Scrutatur. Staius, in Thebaide, de Oedipo: Impia iam merita scrutatus lumina dextra.

967 Evoluit orbis. Ouid. 2. Metam. Vertis ad hunc corui Dea bellica luminis orbis.

Prudentius Cathemerinon, hymno 9. Mox apertis hæc medala lux reducta est orbibus.

hoc est oculis; qui quodammodo orbe, & quasi circulo circumscribuntur. ideo Græci κύκλος appellant. Sophocles, in Oedipo tyranno:

αρωτος ερωτος δεσποτα των αυτων κυκλων.

980 Fatîs agimur, &c. Stolidi veteres non poetæ tantum (Homerus Iliad. ζ'. Apollon. Argonaut. & Euripides in Ione, Aeschylus in Prometheus vinclo, Virgilius li. 10) sed etiam teste Cicerone lib. de fato, & lib. 2. de diuinar. ex Philosophis Democritus, Heraclides, Empedocles crediderunt cuncta fato fieri. quod pertinet illud:

Quod fore paratum est, id summum exsuperat Iouem.

id ipsum scribunt Herodotus in Clio, Lucianus in Ioue ελωτος ημ' ερωτος, & Linius lib. 78.

Sed, vt inquit D. Gregorius in Homilia Epiphaniæ, absit à cordibus fidelium, vt fatum, an sit, in quo sit, quibus imperet, an ineuitabile sit, differuit Iacob. Carpentarius commentarij in Alcinoium de doctrina Platonis cap. 19. digressionem vndecimam.

cc

cc

998 Bene habet, peractum est. Medea
 actu 5.
 Bene est, peractum est.
 Agamemnon, actu 5.
 Habet, peractum est.
 Herc. Octavo, actu 4.
 Gemit, peractum est.
 & actu 5.
 Habet, peractum est.

1006 Cadmea mater. Agamemnon

1017 Solem auium. In plerisque manu-
 scriptis legitur solem alium. sic Virgilius:
 Atque alio patriam quarunt sub soleia-
 centem.
 Horatius:
 — quid terras alio calentes
 Sole mutamus?

1028 Mundum. mundi appellatione præ-
 tertotum, singulas etiam partes venire ad-
 montui. nunc addo & aliam significationem.
 Sex Pompeius scribit: Mundus, ut ait Capito
 Atreius in lib. sexto Pontificali, ter in anno
 patere solet, diebus his, postridie Volcanalia
 & A. D. tertium NON. Octob. & A. D. Sextum
 Id Nouem. Qui quid iradicatur, sic refert
 Cato, in commentariis iuris ciuilibus. Mundo
 nomen impositum est ab eo mundo qui su-
 pra nos est. Forma enim eius est, ut ex iis qui
 intrauerunt cognoscere potui, ad similes illi.
 eius inferiorem partem, veluti consecratam
 Diis Manibus, clausam omni tempore, nisi
 iis diebus, qui superscripti sunt, maiores te-
 nuerunt: quos dies etiam religiosos iudica-

OE D. Bene habet, peractum est. iusta per solui patri.
 Iuuant tenebra. quis Deus tandem mihi
 Placatus, atra nube perfundit caput? 1000
 Quis scelera donat? consciuum euasi diem.
 Nil parricida dextera debes tua:
 Lux te refugit. vultus O Edipodem hic decet.
 CH. En ecce rapido seu a prosiluit gradu
 Iocasta vecors: qualis attonita & furens 1005
 Cadmea mater abstulit gnato caput,
 Sensitque raptum. dubitat: afflictum alloqui
 Cupit, pauetque iam malis cessit pudor.
 IO. Cupiunt, & horrent ora. nam quid te vocem?
 Gnatumne? dubitas? gnatus es gnati pudet. 1010
 Immitis oro gnate, quod auertis caput,
 Vacuosque vultus? OE D. quis frui tenebris vetat?
 Quis reddit oculos? matris, en matris sonus.
 Perdidimus operam. congregi fas amplius
 Haud est. nefandos diuidat vastum mare, 1015
 Dirimatque tellus abdita: & quisquis sub hoc
 In alia versus sidera, ac solem auium
 Dependet orbis, alterum ex nobis ferat.
 IO. Fati ista culpa est, nemo fit fato nocens. "
 OE D. Iam parce verbis mater, & parce auribus. 1020
 Per has reliquias corporis trunci precor,
 Per inauspicatum sanguinis pignus met,
 Per omne nostri nominis fas & nefas.
 IO. Quid anime corpes? socia cur scelerum dare
 Pœnas recusas, omne confusum perit 1025
 Incasta per te iuris humani decus.
 Morere, ac nefastum spiritum ferro exige.
 Non si ipse mundum concitans diuim pater
 Corusca seu a tela iaculetur manu,
 Vnquam rependam sceleribus pœnas pares, 1030
 Mater nefanda. mors placet, mortis via
 Queratur: agedum commoda matri manum.
 Si parricida es, restat hoc operi vltimum,
 Rapiatur ensis. hoc iacet ferro meus
 Coniux. quid illum nomine haud vero vocas? 1035
 Socer est. utrumne pectori infigam meo
 Telum, an patenti conditum iugulo imprimam?
 Eligere nescis vulnus: hunc dextra, hunc pete
 Vterum capacem; qui virum & gnatum tulit.

1040 CH. Iacet perempta, vulneri immoritur manus,
 Ferrumque secum nimius eiecit crinor.
 OE D. Te fatidice, te praesidem veri Deum
 Compello, solum debui fati's patrem:
 Bis parricida, plusque quam timui nocens,
 1045 Matrem peremi: scelere confecta est meo.
 O Phœbe mendax! fata super au'i impia.
 Pauit ante gressu sequere fallaces vias,
 Suspensa plantis efferens vestigia,
 Cœcam tremente dextera noctem rege.
 1550 I, gradere praeceps, lubricos ponens gradus,
 I, profuge, vade: siste, ne in matrem incidas.
 Quicumque fessi corpore, & morbo graues
 Semianima trahitis corpora: en fugio, exeo,
 Releuate colla, mitior cali status
 1555 Post terga sequitur: quisquis exilem iacens
 Animam retentat, viuidos haustus leuis
 Concipiat. ite, ferte depositis opem:
 Mortifera mecum vitia terris extraho.
 Violenta fata, & horridus mortis tremor,
 1060 Maciesque & atra pestis, & rabidus dolor
 Mecum, ite mecum. ducibus his vti libet.

uerunt. ea de causa; quod quo tempore ea, ce-
 quæ occulta & abdita religionis Deorum Ma- ce
 niunt essent, veluti in lucem quandam addu- ce
 cerentur & patefierent; nihil eo tempore in ce
 repub. geri voluerunt. Itaque per eos dies non ce
 cum hoste manus conferebant; non exerci- ce
 tus scribatur: non comitia habebantur: non ce
 aliud quicquam in repub. nisi quod vltima ce
 necessitas admonebat, administrabatur. In- ce
 regum locum Feti adscripti ex verifimili ce
 coniectura emendatis quæ corrupta erant, & ce
 suppletis iis quæ desiderabantur. Macrobius ce
 lib. 1. Saturnal. cap. 16 quoddam fragmentum ce
 Varionis profert, quod est huiusmodi: Mun- ce
 dus cum pater, Deorum tristium, atque infe- ce
 rum quasi ianua patet. Propterea non modò ce
 proelium committi, verum etiam delectum ce
 rei militaris causa habere ac militum (forte ce
 legend. militatum) proficisci, nauem soluere, ce
 uxorem liberum querendorum causa duce- ce
 re, religiosum est. Ex Plutarcho, in vita Ro- ce
 muli, didici, hunc mundum seu fossam istam, ce
 in comitio, in ipso vrbis centro, Etrusco ritu, ce
 Romuli tempore factam fuisse: hoc enim Græ- ce
 ea Plutarchi verba sonant. Porro non assen- ce
 tior cuidam amico meo, homini erudito, ce
 existimanti de hoc mundo intelligendum ce
 ænigma illud Virgilianum;

Die quibus in terris, & eris mihi magnus
 Apollo, †

† Tres pateat cali spaciū non amplius vlnas. placet enim interpretatio Andreae Alciati lib. 1. parerg. ca. 18.
 1040 Iacet perempta. sibi repugnat poeta. nam in Thebaid. Iocastam vitam introducit. 1049 Cœcam. vel
 à Virgilio, vel à Lucretio hoc epithetum accepit: quorum vterque illud nocti tribuit, vtroque tamen aptis Sene-
 ca fuit vltus. 1050 I, gradere. m. s. libri vna voce, ingredere. 1051 I, profuge. idiplum O Edipus, in Attij
 Phœnissis, facere iubetur, ut ex fragmento superstiti patet, videlicet: Iussit proficisci exiliū quouis gentium,
 Ne scelere tuo Thebani vastos agri. Egredere, exi, effer te ex urbe, elimina.
 1058 Mortifera mecum, &c. iccirco cum amici illum mortuum Thebis sepelire pararent, prohibiti sunt à The-
 banis id facere, veritis ne in pristinas calamitates inciderent. Lyfimachus Alexandrinus in historia Thebana:
 Οιδίπου ἢ τελευτήσαντι ἢ καὶ τῶν φίλων ἐν Θήβαις θάπτειν αὐτὸν ἀναγκάσειον, ἐκάλουν οἱ Θηβαῖοι, ἀλλ' ἵνα πρὸς τὴν
 ἱερῆναι συμφορῆς ὡς ἄνευ ἀσπίδος. οἱ ἢ κημίσαντες αὐτὸν εἰς ἕνα τόπον ἢ βοιωτῶν κημίσαντες ἐκείνους αὐτὸν
 γηνομένων ἢ εἰς τὴν κρήνην κατέκτανον αὐτοὺς πνύον, οἱ ἠθέλοντες αἰτίαν εἶναι τῆν Οιδίπου πατρίω, ἐκείνους τὸς φί-
 λους ἀναγκάσειον αὐτὸν ἐκείνους ἡρώδης. οἱ ἢ λαοσφύλλοι τῶν συμβάντων, ἀνελάοντες ἐκείνους εἰς Ἐπειὸν βεβλήμενοι εἰς
 λάτρην τὴν πατρίω ποιήσαντες, κατὰ ἀπαιτοῦς, ἵκερὸν ἐν ἱερῆναι Δήμητι ἢ ἀγκυλοῦντες τὸν τόπον. κατὰ φωνῆς ἢ ἡλωμῆ-
 ρου, πέμψαντες οἱ τὸν Ἐπειὸν καθιγόντες, τὸν θεὸν ἐπιγράσαντες τῶν ποιῶν. ὁ δὲ θεὸς εἶπε, μὴ κινῆν τὸν ἵερον τῶν θεῶν,
 διότι αὐτῶν τέλει τῶν. 1060 Atra pestis. — atram. Immitis passim dumosa per auia pestem.
 inquit Silius: cui Carolus Sigonius, in lib. de dialogo, post multa sæcula, aduersus multorum sententiam, in poë-
 tis locum suum præclare restituit; quemadmodum & Lucano Scaliger pater, Terentio in Comicis Nauagerius,
 Senecæ in Tragicis Bartholomæus Riccius. Rabidus dolor. ait Papinius: Si damnis rabidum queat
 exsaturare dolorem.

THEBAIS. Thebaidem tragediam olim Latinè Attius scripsit. Heroicis versibus Græcè Thebaides scripserunt Antimachus & Menelaus Aegæus; quorum imitatorum fuisse Statium Papinium suspicor: sanè Antimachonò est dissimilis, utriusque enim tumor reprehenditur. Ponticus etiam, testibus Ouidio ac Propertio, hoc argumentum tractavit. hac tragedia noster multa ex Euripidis Phœnissis accepit.

9 *Noxa*. delicti quomodo frequenter apud Iurecòsultos (vide l. 3 r. D. de verb. signific. & ibi Alciat. & Brechtium, & lexicographos in voce *noxa*) & apud Sallustium ac Livium sumitur. Pro corpore quoque ipso quod nocuit, ex Iustiniani sententia §. 1. instit. de noxal. action. contra Fr. Balduinum sumi posse docet Anton. Continus ad d. §. 1. cui adde, sic apud Comicos scelus pro scelesto poni. Sufficiet vnum Terentij in And. testimonium:

Vbi illic scelus est, qui me, &c.

12 *Prærupta præterit*. c. v. l. habent, præterit.

14 *Actæon*. de Actæone vide Nonnum Dionysiac. Anaximenes lib. 2. de picturis antiquis prodidit Actæonè ab ineunte quidem ætate venationis studiosum fuisse; adolescentem verò, cum illius studij periculosos eventus perpenderet, multum de studio pristino remisisse, periculorum magnitudine deterritum: unde ortum rumorem cerui figuram illum induisse. attamè quia naturam expellere nequibat, canes dilexisset ita, ut domi illos ociofos alere non grauaretur: quo pacto cum facultates omnes dilapidasset, natam fabulam, à canibus suis Actæonem fuisse laceratum. auctor Fulgent. 3. Mytholog. Vt est, existimo pœtas illo commento nos ab earum rerum studio deducere voluisse, quæ nudam voluptatem sine utilitate continent. Aliter sentit Natalis lib. 6. Mythol. cap. 24.

18 *Prætulit fixum caput*. Penthei, cuius obitus ab Euripide in Bacchis est petendus. Monet ea fabula rectores civitatum non frangere concitari populi impetus, sed sedare; & quæ longa consuetudine radices egerint vitia, non vno impetu extirpare, verùm paulatim labefactando tandem illa tollere. si enim multitudinis irate rabies spectetur, quavis illa fera truculentior in illos ut plurimum sevit qui salutaria còsilia adferunt. Erit ergo prudentis occasionem expectare; & non antè iratisse offerre, quam primi illi furoris impetus, qui ne in ipsorum quidem sunt manu, resederint. Periti sanè medici morbos nonnullos lentis remediis solent persanare. Si hac Pœtheus perperam dixerit, non eum tam crudeliter laniasent Mænades; quæ finguntur illarum ferarum formas induisse, quarum naturam exprimebant. Indicant præterea ebrios insanis persimiles esse; qui nec amicis, nec fratribus, nec filiis suis parcunt. 20 *Zethi iuventus*. hoc est, Zethus ipse. Hellenismus, imò & Hebraismus. sic Claudianus, in

Thebais.

TRAGOEDIA III.

MVTILA.

PERSONÆ.

Oedipus. Antigone.
Nuncius. Iocasta.

ACTVS PRIMVS.

OEDIPVS. ANTIGONE.



ÆCI parentis regimem, ac festi
unicum
Patris leuamen gnata; quam tanti
est mihi
Genuisse vel sic, desere infaustum

patrem:

In recta quid deflectis errantem gradum?

Permitte labi, melius inueniam viam

Quam quero solus, qua me ab hac vita extrahat,

Et hoc nefandi capitis aspectu leuet

Calum atque terras, quantulum hac egi manu?

Non video noxa conscium nostra diem,

Sed videor, hinc iam solue inherentem manum,

Et patere cecum, quæ volet, ferri pedem.

Ibo, ibo, quæ prærupta præterit iuga

Meus Citharon; quæ per agrati celer

Per saxa montis iacuit Actæon, suis

Non præda canibus; quæ per obscurum nemus,

Silvamq; opaca vallis instinctas deo

Egit sorores mater, & gaudens malo

Vibrante thyrso prætulit fixum caput;

Vel quæ cucurrit corpus inuisum trahens

Zethi iuventus; quæ per horrentes rubos

Tauri

Tauri ferocis sanguis ostentat fugas:
Vel quæ alta maria vertice immerso premit,
Inoq; præcept, quæ scelus fugiens suum,
Nonumq; faciens, mater insiluit freto
25 *Mersura gnatum, seq; felices, quibus*
Fortuna melior tam bonas matres dedit.
Est alius istis noster in siluis locus,
Qui me reposcit: hunc petam cursu incito,
Non hæsitabit gressus; huc omni duce
30 *Spoliatus ibo, quid moror sedes meas?*
Montem Citharon redde, & hospitium mihi
Illud meum restitue, ut expirem senex,
Vbi debui infans. recipe supplicium vetus
Semper cruenta, saue, crudelis, ferox,
35 *Cum occidis, & cum parcis: olim iam tuum*
Est hoc cadaver: perage mandatum patris,
Iam & matris. animus gestit antiqua exsequi
Supplicia. quid me gnata pestifero tenes
Amore vincitum? quid tenes? genitor vocat.
40 *Sequor, sequor, iam parce: sanguineum gerens*
Insigne, regni Laius erepti furit,
Et ecce inanes manibus in festis petit
Foditq; vultus, gnata genitorem vides?
Ego video. tandem spiritum inimicum exue
45 *Desertor anime; fortis in partem tui,*
Omitte pœnas languidas longa moræ,
Mortemq; totam admittite. quid segnis irabo?
Quid vno? nullum facere iam possum scelus.
Possum miser. prædico, discede à patre.
50 *Discede virgo, timo post matrem omnia.*
AN. Vis nulla genitor à tuo nostram manum
Corpore resoluet, nemo me comitem tui
Eripit unquam. Labdaci claræ domum,
Opulenta ferro regna germani petant:
55 *Pars magna patris optimo è regno mea est,*
Pater ipse: non hunc auferet frater mihi,
Thebana raptò sceptrâ qui regno tenet:
Non hunc cæterus alter Argolicas agens.
Non si reuulso Iuppiter mundo tonet,
60 *Mediumq; nostros fulmen in nexus cadat,*
Manum hanc remittam: prohibeas genitor licet,
Regam abnuentem, dirigam inuitum gradum.
In plana tendis? vado: prærupta expetis?
Non obsto, sed præcedo: quous vtere

Rufin. *flammam Chimæra, vim Hydra, famem Scylla* posuit, pro Scylla, Hydra, Chimæra. Sic verò se res habet: Zethus & Amphion agnita matre sua Antiope; quæ Dyrcæ, Lyci vxor, persequatur; Dyrcæ iuro alligatam, eo concitato, miserabilem in modum discerpserunt. Zethi potius quam Amphionis meminit: quia Amphion, utpote humanior, à tali crudelitate alienior videretur.

21 *Immerso*. aliàs legitur *immerso*. videtur aliquid deesse.

23. *Scelus fugiens suum*. Ino, resario scelere, Orchomeniis immissa fame, Nephelies filios interimere tentarat: ideo Athamantem fugiebat.

26 *Tam bonas matres*. meliorem matrem purat eam quæ filium occidit, quam quæ filio concumbat.

48 *Quid vno?* sententia est: cur vno? cum, ad quod natus sum, amplius peccare nò possum? possum tamen natam meam stuprare. possum ergo scelus facere. discede à me nata dum virgo es, ne te violam. cum enim nec à matre me abstinerim, nullam non aufim.

Duce

I 2

Duce è duobus, omnis eligitur via.
 Perire sine me non potes: mecum potes.
 Hic alta rupes arduo surgit iugo,
 Spectatq; longè spacia subiecti maris.
 Vis hanc petamus? nudus hinc pendet silex,
 Hic scissa tellus faucibus ruptis hiat:
 Vis hanc petamus? hinc rapax torrens cadit,
 Partesq; lapsi montis exesas rotat,
 In hunc ruamus? dum prior, quò vis, eo;
 Non deprecor, non hortor, exstingui cupis;
 Votumq; genitor maximum mors est tibi?
 Si moreris, antecedo: si vivis, sequor:
 Sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca,
 Viteasq; magno pectore arumnas doma.
 Resiste, tantis in malis vinci malum est.
 OE D. Vnde in nefandâ specimen egregium domo?
 Vnde ista generi virgo dissimilis suo?
 Fortuna credis? aliquis est ex me pius.
 Non esset unquam (fata bene novi mea)
 Nisi ut noceret, ipsa se in leges novas
 Natura vertet, regeret in fontem citas
 Revolutus undas amnis, & noctem afferet
 Phœbea lampas, heesperus faciet diem:
 Vt ad miserias aliquid accedat meas.
 Pij quoque erimus. unica Oedipo est salus,
 Non esse saluum: liceat ulcisci patrem
 Adhuc inultum, dextra quid cessas imers
 Exigere pœnas? quicquid exactum est adhuc,
 Matri dedisti, mitte genitoris manum
 Animosa virgo: funus extendis meum,
 Longasq; vini ducis exsequias patris.
 Aliquando terrâ corpus inuisum tege.
 Peccas honestâ mente: pietatem vocas,
 Patrem insepultum trahere, qui cogit mori
 Nolentem, in aquo est, quiq; properantem impedit.
 Occidere est, vetare cupientem mori.
 Nec tamen in aquo est: alterum grauius reor.
 Malo imperari, quam eripi mortem mihi.
 Desiste cœpto virgo, ius vitæ ac necis
 Mea penes me est, regna deserui libens,
 Regnum mei retineo, si fida es comes,
 Ensem parenti trade, sed notum nece
 Ensem paterna tradis; an gnati tenent
 Cum regno & illum? faciet, ubicunq; est, scelus.

65
70
75
80
85
90
95
100
105
Ibi

71 Rapax, proprium torrentis epithetum. Lucretius & Virgilius fluuios rapaces dixerunt.
 72 Torrens, torrens, inquit Festus, significat fluuium subitis imbribus concitatum, qui alioquin siccitatibus exarescit. Græcè, teste I. C. dicitur τὸ ῥαπιδόν. I. R. D. de flumin.
 74 Deprecor. Ouidius: Sape precor mortem, mortem quoque deprecor idem.
 85 Reget in fontem, sic Ouid. in Trist. In caput antè suum labentur ab aquore retro
 Flumina, conuersis solq; recurret equis, & cec.
 87 Phœbea lampas. Sol. Virg. 3. A. Encid. Argolici clypei aut Phœbea lampadis instat.
 Euripides: εἰ σ' ἢ μίσησσι λαμπρῆς ὄψεσσι φέδ.
 89 Unica Oedipo deest salus. Non esse saluum, sic in o. v. legitur, vulgò excusum est, unica Oedipoda est salus, & c. simile autem est illi;
 Vna salus victis, nullam sperare salutem.
 95 Longasq; vini ducis exequias patris, penè est simile Ciceroniano illi, pro Quintio; Huic acerbitissimum viuo videnti que funus ducitur.
 99 In aquo est, alludit ad dictum Horatij: Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.
 101 Nec tamen in aquo est. Alfenius & Daniel existimant Senecam dicere, plus peccare eum qui inuitum occidit, quam qui nolentem seruat; contra Bernardinus, hūc quam illum peccare grauius; cuius sententiam sequor, loquitur enim Oedipus, cui mois erat optatissima.

Ibi sit: relinquo, gnatus hunc habeat meus;
 110 Sed vterque, flammam potius, & vastum aggerem
 Componere: in altos ipse me immittam rogos.
 Ereptam ad ignes funebrem ascendam struem,
 Pectusq; soluam durum, & in cineres dabo
 Hoc quicquid in me vixit, ubi sauum est mare?
 115 Duc, ubi sit altus prarutum saxis iugum,
 Vbi torta rapidus ducat Ismenos vada:
 Duc, ubi ferae sint, ubi fretum, ubi praeceps locus,
 Si dux es, illic ire morituro placet,
 Vbi sedit alta rupe semifero dolos
 120 Sphinx ore nectens, dirige huc gressu pedem:
 Hic siste patrem, dira ne sedes vacet,
 Monstrum reponere maius: hoc saxum insidens
 Obscura nostra verba fortuna loquar,
 Qua nemo soluat, quisquis Assyrio loca
 125 Possessa regi scindis, & Cadmi nemus
 Serpente notum, sacra quo Dirce latet
 Supplex ad aras; quisquis Euroten bibis,
 Spartamq; fratre nobilem gemino colis,
 Quicumque Elim, Parnasson, & Bœotios
 130 Colonos agros vberis tondes soli,
 Aduerte mentem: saua Thebarum lues
 Luctifica cecis verba committens modis,
 Quid simile posuit? quid tam inextricabile?
 Aui gener, patrisq; rinalis sui,
 135 Frater suorum liberum, & fratrum parens,
 Vno auia partu liberos peperit viro,
 Ac sibi nepotes, monstra quis tanta explicet?
 Ego ipse, victa spolia qua Sphingis tuli,
 Herebo, sati tardus interpres mei.
 140 Quid perdis vltra verba? quid pectus ferum
 Mollire tentas precibus? hoc animo sedet,
 Effundere hanc cum morte luctantem diu
 Animam, & tenebras petere, nam sceleri hac meo
 Parum alta nox est, Tartaro condiduiuat,
 145 Et si quid vltra Tartarum est, tandem libet,
 Quod olim oportet, morte prohiberi haud queo.
 Ferrum negabis? noxias lapsa vias
 Cludes? & arctis colla laqueis inseri
 Prohibebis? herbas, que ferunt lethum, auferes?
 150 Quid ista tandem cura proficiet tua?
 Vbique mors est, optimè hoc cauit Deus,
 Eripere vitam nemo non homini potest:

112 Adscendam struem, in vno m. f. inueni, conscendam.
 116 Rapidus, verum fluuij epithetum. Attius in Epigonis; — rapidum flumen Inachi. Virgilius, rapidum Oaxem; noster alibi, rapidum Hebrum.
 122 Saxum insidens, in m. f. continetur, saxo.
 124 Assyrio, Cadmo, Phœnici, Zenodotus Stoicus: εἰ δὲ πύργου θοίνισσα, τίς ἐφ' ὄνθη; ἢ καὶ ἡ Κἀδμῶν κένθη; ἢ φ' ἔρακταν Ἐλίας ἔχθη σελίδα.
 126 Sacra, execrabilis.
 130 Tondes, hanc vocem Latini translatione ad agros traxerunt, sicut apud Virgilium & Ouidium videre est, Græcos secuti; qui κείρω non hominibus modò aut pecoribus, sed & ciuitatibus, arboribus, fruticibus ac agris accommodarunt. Pindarus etiam longè alta in re: ἀλνχέων κείρον μιλνθῆα ποίω.
 134 Ripalis, Donatus, in Eunuchum Terentij, & Acron in Artem poet. Horatij prodiderunt riuales propriè esse, qui in agris riuum habent communem, & per eundem riuum aquam ducunt. vnde ad amatores eandem precantes translatum vocabulum fuit.
 At I 3

153 At nemo mortem. nihil necesse est exempla congere corum, qui vel inedia, vel capitis in parietem illusione, vel spiritus retentione, vel simili modo seipfos necarunt. solum adscribam elegans epigramma Martialis de Portia Brutis

Coniugis audisset factum cum Portia Brutis, Et subtrahit sibi quareveret arma dolor; Non illi scitis, aut, mortem non posse negari? Credideram satis hoc edocuisse patrem. Dixit: Et ardentes audio bibit ore fauillas: I num, & ferrum turba molesta nega.

180 Quam praestitisti. non vult aliud dicere, nisi longè audacius se oculos obliuisc manus suis excacandos, quam manus illos enulserint. dixit idem supra iniquis:

cum reluctantem manum Pressere vultus

185 Habitu quoque regni flore pollentem inclyo. hæc est pura puta v. l. o. lectio. Regni flora. Bacides vates:

ἡ τὸ τε δὴ Σπαρτίας ῥῶ ἀπ' ἀγλαῶν ἰνὸν ὀλεῖται,

Μεσολών εἰ, αὐτῆς οἰκῆσε ἡμεῖς παύσασθαι.

190 Non est, ut putas, virtus pater, &c. legerat poeta doctis. Aristotelē lib. 3. Ethic. ad Nicomach. cap. 7. scribentem, τὸ εἶ δὲ πῶς ἡσυχία φέρωνται πέναν, ἢ ἔρωτες, ἢ π λυπηρῶν, ἢ ἀνδρείου, ἢ καὶ μάχων, ἢ εἰδῶν, καὶ ἀκρίβειαν τὸ φέρειν τὰ ἐπίπνοια, καὶ ἔχ' ἢ ἡ ἰσχυρὸν ἰσχυρῶν, ἢ καὶ φέρων ἡσυχῶν. Nonnulla Iud. Dam. hauderius V. C. in praxi rerū criminal. ca. 88. nu. 1. 2. quibus addo sequentia. apud Sallust.

in Iugurth. ait Atherbal: Vtinā emori fortunis meis honestus exitus esset, ne viuere contentus viderer, si defessus malis iniuriæ contentus cessissem. nunc quia neque viuere libet, neque mori sine dedecore licet, &c. Iul. Caesar, de bello Gallico lib. 7. Animi est, inquit, ista mollities, non virtus, inopiam paulisper ferre non posse, qui se morti vitro offerant facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. Q. Curtius de gestis Alexandri lib. 5. Fortium virorum est magis mortem contemnere, quam odisse vitam. sæpe medio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignaui. Diuus Augustinus in lib. de Ciuitate Dei, Catonic Vicensis factum timori, quam fortunadini ascribit. apud Euripidem Hercules Furens sic ratiocinatur:

ἔοικε φέρων ἢ, καὶ εἰς ἡ κακῶσιν ἀν, μὴ δειλίαν ὀφθα τῶν καλῶσιν φάσθαι. πῶς οὖν φέρων ἢ ὅστις ἔχ' ἢ φέρωνται, ἔσθ' αὐτῶσ ἀν δ' ἐπὶ αὐτῶσ ἢ φέρωνται βίβλ. ὅμοιοι τῶσ ἢ φέρωνται.

At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent. Nil quaro. dextrā noster & nudā solet Bene animus uti: dextra nunc toto impetu, Toto dolore, viribus totis veni:

Non destino unum vulneri nostro locum: Totus nocens sum: quā volēs, mortem exige. Effringe corpus, corq; tot scelerum capax Euelle, totos viscerum nuda sinus:

Fractum incitatis ictibus guttur sonet, Laceratē fixis unguibus vena fluant. Aut dirige iras, quō soles. hæc vulnera Rescissa multo sanguine ac tabe irriga:

Hanc extrabe animam, duram, inexpugnabilem. Et tu parens, ubicumque pœnarum arbiter Aestas mearum (non ego hoc tantum scelus Vllā expiari credidi pœna satis

Vnquam; nec istā morte contentus fui, Nec me redemi parte, membratim tibi Volui perire) debitum tandem exige. Nunc soluo pœnas, tunc tibi inferias dedi.

Ades, atque inertem dexteram introversus preme. Magisq; erurge timida tum paruo caput Libauit haustu, vixq; cupientes sequi Eduxit oculos. hæret etiam nunc mihi Ille animus, hæret; cum recusantem manum

Pressere vultus. audias verum Oedipe: Minus ermissi lumina andacter ruā, Quam praestitisti. nunc manum cerebro indue. Et ac parte mortem perage, qua cœpi mori.

AN. Pauca, o parens magnanime, miserēda precor Vt verba gnata mente placatā audias. Non te vi reducam veteris ad specimen dormus, Habitu quoque regni flore pollentis inclyo

Peto, aut ut iras tempore, aut ipsa mora Fractas, remisso pectore ac placido feras. Et hoc decebat roboris tanti virum, Non esse sub dolore, nec victum malis

Dare terga: non est, ut putas, virtus pater Timere vitam, sed malis ingentibus Obstare, nec se vertere, ac retro dare. Qui fata proculcauit, ac vitæ bona Protecit, atque abscidit, & casus suos Onerauit: ipsi, ceu video, nullo est opus,

Quare ipse mortem cupiat, aut quare petat.

155 160 165 170 175 180 185 190 195

Vtrum

Vtrumque timidi est velle: contempsit mori, Qui non cupiscit: cuius haud vltra mala Exire possunt, in loco tuto est situs.

200 Quis ians deorum (velle fac) quicquam potest Malis tuis adijcere? iam nec tu potes: Nisi hoc, ut esse te pates dignum nece. Non es, nec vlla peccus hoc culpa attingit. Et hoc magis te genitor infontem voca,

205 Quod innocens es, diis quoque inuitis. quid est, Quod te efferarit: quod nouos suffixerit Stimulos dolori? quid te ad infernas agit Sedes? quid ex his pellit: ut careas die? Careas. ut altis nobilem muris domum, Patriamq; fugias? patria tibi viuo perit.

210 Gnatos fugis, matremq; ab aspectu omnium Fortuna te summouit: & quicquid potest Auferre cuiquam mors, tibi hoc vita abstulit. Regni tumultus, turba fortuna prior

215 Abscesit ante iusta. quem genitor fugis? OE D. Me fugio, fugio conscium scelerum omnium Pectus, manumq; hanc fugio, & hoc celū, & deos: Et dira fugio scelera, qua feci nocens.

Ego hoc solum, frugifera quo surgit Ceres, Premo? has ego aur as ore pestifero traho? Ego laticis haustu satior, aut villo fruor Alma parentis munere? ego castam manum Nefandus, incestificus, exsecrabilis

220 Attrecto? ego villos aure concipio sonos, Per quos parentis nomen, aut gnati, audiam? Vtinam quidem rescindere has quirem vias, Manibusq; adactis omne, quo voces meant, Aditusq; verbis tramite angusto patet, Eruere possem: gnata, iam sensum tui,

225 Quæ pars meorum es criminum, infelix pater Fugissem: inhæret ac recrudescit nefas, Subinde & aures ingerunt, quicquid mihi Negastis oculi. cur caput tenebris graue Non mitto ad umbras Ditis æternas: quid hic

230 Manes meos detinco? quid terram grauo, Misusq; superis erro? quid restat mali? Regnum parentes, liberi, virtus quoque, Et ingenij sollertis eximium decus

235 Periere: cuncta fors mihi infesta abstulit: Lachryma supererant, has quoque eripui mihi. Abstiste.

240

200 Quis iam Deorum (velle fac) quicquam, &c. videtur ad Ouidij imitationem scriptum, apud quem lib. 14 Metamorph.

Agmon

Feruidus ingenio, tum veris & cladibus asper, Quid superest, quod ians patientia nostram recuset

Ferre viri dixit, quid habet Cytherea, quod vltra (Velle puta) faciat? nam dum peiora temuntur,

Est locus in voto: fors autem ubi pestimarerum, Sub pedibus timor est, securaq; summa malorum.

205 Quod innocens es, Diis inuitis. nam supra dixit, non esse nocentem, qui sponte nocens non est.

215 Abscesit ante iusta. sic vulgò ut plurimum legitur. in meo m. f. est à te iusta. optime ceteri codices scripti; abscesit ante iusta. hoc est, ante exsequias, ante suprema funera, ante obitum: quam scripturam etiam Bernardinus agnoscit. Brissonius de verb. significat. lib. 10. funerum sollemnia scribit à Latinis iusta dici, quod lege duodecim tabularum præscripta essent. scio lege 12. tab. sollemnia funerum fuisse præscripta, eaque eleganter describit Iacobus Reuardus ad leg. 12. tab. cap. 15. verū inde nominis rationem deduci non placet. cur non enim legitima potius dicta sunt? ego iusta vocari crediderim, quia iustum sit & æquum illa mortuis fieri.

222 Alma parentis. Cereris. Virgilius 1. Georg.

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus, &c.

Eumque versum imitatus Octavius Aug. si modo eius sunt carmina quæ vulgò circumferuntur nomine edicti de cōseruato. A Eneid.

Liber & alma Ceres succurrite, vester in aruis

Miles erat — Apuleius lib. 11. de asino. Sine tu Ceres alma, & frugum parens.

*Abstiste. nullas animus admittit preces,
 Nouamq; pœnam sceleribus querit parem.
 Et esse par quæ poterit: infanti quoque
 Decreta mors est. fata quis tam tristia
 Sortitus unquam? uideram nondum diem,
 Vterique nondum solueram clusi moras;
 Et iam timebar. protinus quosdam editos
 Nox occupauit, & noua luci abstulit.
 Mors me antecessit, aliquis intra viscera
 Maternalethum præcoquis fati tulit.
 Sed nunquid & peccauit: obstrusum, abditum,
 Dubiumq; an essem, sceleris infandi reum
 Deus egit: illo teste damnauit parens,
 Calidog; teneros transtulit ferro pedes,
 Et in alta nemora pabulum misit feris,
 Auibusq; auidis, quas Citharon noxius
 Cruore sæpe regio tinctas alit.
 Sed quem deus damnauit, abiicit pater,
 Mors quoque refugit: præstiti Delphis fidem.
 Genitorem adortus impiâ strauit nece.
 Hoc alia pietas redimet. occidi patrem,
 Sed matrem amauit. proloqui hymenæum pudet,
 Tadasq; nostras. has quoque inuitum pati
 Te coge pœnas: facinus ignotum, efferum,
 Inusitatum fare, quod populi horreant,
 Quod esse factum nulla non atas neget,
 Quod patricidam pudeat. in patrios toros
 Tuli paterno sanguine aspersas manus,
 Scelerisq; precium maius accepi scelus:
 Leue est paternum facinus, in thalamos meos
 Deducta mater, ne parum scelerum foret,
 Fœcunda, nullum crimen hoc matris potest
 Natura ferre. si quod etiamnum est iamen,
 Qui facere possint, dedimus. abiici necis
 Precium paternæ sceptrum, & hoc iterum manus
 Armauit alias: optimè regni mei
 Fatum ipse noui, nemo sine sacro feret
 Illud cruore. magna præfagit mala
 Paternus animus. iacta iam sunt semina
 Cladis futuræ. sperniter pacti fides.
 Hic occupato cedere imperio negat:
 Ius ille, & isti fœderis testes deos
 Innocat, & Argos exsul, atque urbes mouet
 Graias in arma. non leuis fœsis uenit*

245

250

255

260

265

270

275

280

Ruina

248 *Nex occupauit.* non repugnabo, si quis uolet ex v. l. reponere *nox.* tum propter sequens *luci*, tum etiam quia Aeschylus in Agamemnon. & frequenter Catullo, Virgilio, Horatio & Ouidio, *nox* mortem significat.
 250 *Præcoquis.* o. v. l. habent, *præcoquis.* Afranius, in *Novus*:

Adpessu dominatum demens præmaturæ præcoquem.
 Noxius Comicus:

Huic puella præcoquis libido inest.
 Columella lib. 1. *Præcoquem* maturitatem trahunt. dicitur ergo etiam *præcoquis.*

251 *Abstrusum* m. *obstrusum.* quod vocabulum etiam in Claudiano membranis inueni, & in Prudentij m. f. inuenisse se, Victor Giffelinus mihi affirmavit.

257 *Attractus.* v. l. *tinctus.* nihil mutuo.

265 *Inusitatum fare.* Winckeliani collegij m. f. *inuisitatum* esse.

274 *Qui facere possunt.* in cod. scriptis, hisque de meliore nota, legitur *possunt.* de Eteocle & Polynice loquitur; quos Euripides, Ouidius, Seneca & Papinius Oedipi & Iocastæ filios fuisse scripserunt: sed hoc refellit, in Bœoticis, Pausanias, fretus testimonio auctoris Oedipodiorum carminum, contenditque illos Oedipi ex Euryganea filios fuisse.

277 *Sacro.* nefario, scelesto. sic Virgilius, auri famem sacram, & Catullus, sacrum libellum, dixerunt.

278 *Magna præfagit mala Paternus animus.* parentum præfagia nec uana, nec inania esse solere varij poetæ docuerunt. exemplo Cereris, Claudianus in lib. de raptu Thetidis, Papinius in Achilleide; Dædali, Ouid. in Metamorph.

285 *Ruina Thebis: tela, flamma, vulnera
 Instant, & istis si quod est maius malum:
 Vt esse genitos nemo non ex me sciat.
 AN. Si nulla genitor causa uiuendi tibi est,
 Hac una abunde est: ut pater gnatos regas
 290 Grauius furentes. tu impij belli minas
 Auertere vnus, tuq; uacordes potes
 Inhibere iuuenes, ciuibus pacem dare,
 Patria quietem, fœderi læso fidem.
 Vitam tibi ipse si negas, multis negas.
 295 OED. Illis parentis vllus, aut equi est amor,
 Auidis cruoris, imperij, armorum, doli,
 Diris, scelestis; breuiter ut dicam, meis?
 Certant in omne facinus, & pensi nihil
 Ducunt, ubi illos ira præcipites agat:
 300 Nefasq; nullum, per nefas nati, putant:
 Non patris illos tangit afflicti pudor,
 Non patria: regno pectus attonitum furit.
 Scio quò ferantur, quanta moliri parent:
 Ideoq; lethi quæro maturi uiam,
 305 Morig; propero, dum in domo nemo est mea
 Nocentior me. gnata quid genibus meis
 Fles aduoluta? quid prece indomitum domas?
 Vnum hoc habet fortuna, quo possim capi,
 Inniectus aliis. sola tu affectus potes
 310 Mollire duos, sola pietatem in domo
 Docere nostra, nil graue aut miserum est mihi,
 Quod te sciam voluisse. tu tantum impera.
 Hic Oedipus Agea tranabit freta,
 Iubente te, flammisq; quas Siculo vomit
 315 De monte tellus, igneos voluens globos,
 Excipiet ore; seq; serpenti offeret,
 Quæ sæua furto memoris Herculeo furit,
 Iubente te præbebit alitibus iecur,
 Iubente te vel uiuet.*

ACTVS SECVNDVS.

N V N C I V S. O E D I P Y S.

A N T I G O N E.

320 *NVN. Exemplum in ingens, regiâ stirpe edite,
 Thebæ pauentes arma fraterna inuocant,
 Rogantq; testis arceas patriis faces.
 Non sunt mina, iam propius accessit malum.
 Nam regna repetens frater, & pactas vices,
 325 In bella cunctos Græciæ populos agit,*

304 *Leti.* sine aspirationis nota inuenitur Romæ in lapide, in domo Attilij Delphinij: *Hæus oculo errante quei aspicias leti domus,* &c.

317 *Sæua.* de hoc dracone ait Varro, Meleagris; adde Hydram Lerneâ & draconem Hesperidum, quod bestia fuerit immanes.

Furto memoris. quia Hercules aurea mala custodiae eius commissa auerit. Lucretius: *Aurea; Hesperidum seruans fulgentia mala,*
Asper, acerba tuens, immani corpore serpens,
Arboris amplexus stragem

Lucanus: *Abstulit arboribus precium, memoriq; labore*
Alcides, passusq; inopes sine pondere ramos,
Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.

Agroetas, in Libycis, ait, non poma fuisse, sed oues fului coloris: ortam verò fabulam ex ambigua significatione vocis *μῦλα.*

324 *Pactas vices.* de quibus L. Atrius, in Phœnissis:

*Vicissitatemq; imperitandi tradidit:
 Ne eorum diuidia discordes dissipent,
 Disturbent tantas & tam opimas ciuium Diuitias.*

Septe-

K

326 *Septena*. vide Aeschylum, in tragodia, Septem ad Thebas; ex qua nonnulla Seneca in hac tragodia accepit.

Septena muros castra Thebanos premunt. Succurre, prohibe pariter & bellum, & nefas.
OE D. *Ego ille sum, qui scelera committi vetem? Et abstineri sanguine à caro manus Doceam? magister iuris, & amoris pater Ego sum? meorum exempla facinorum appetunt. Me nunc sequuntur, laudo & agnosco libens: Exhortor, aliquid ut patre hoc dignum gerant. Agite ò propago clara, generosam indolem Probate factis, gloriam ac laudes meas Superate, & aliquid facite, propter quod patrem Adhuc iuuet vixisse. facietis scio, Sic estis orti. scelere defungi haud leui, Haud vstato, tanta nobilitas potest.*
Ferte arma, facibus petite penetrales deos, Frugemq; flamma metue natalis soli, Miscete cuncta, rapite in exitum omnia, Deicite passim mœnia, in planum date, Templis deos obruite, maculatos lares Conflate: ab imo tota concidat domus, Vrbs concremetur: primus à thalamis meis Incipiat ignis. AN. mitte violentum impetum Doloris, ac re publica exorent mala, Auctoriq; placida liberis pacis veni.

317 *Facietis scio, Sic estis orti*. qui dixit supra;

Nefasq; nullum per nefas nati putant.
339 *Nobilitas*. in malam & in bonam partem sumi potest: hic in malam sumitur.

351 *Placidaq; Virgilius, Aeneid. 8.*
— *placida populos in paceregebat.*

359 *Ruptis exesa*. alibi ait:
Num latuis infans rupis exesa specus?

361 *Rumoris vagi*. Ovidius:
— *non ista vagis rumoribus audis.*

363 *Felix Agaue*. hoc loco in multis v.l. alia scena constituitur; alij vulgatis consentiunt.

365 *Cruenta nati Manas*. Persius:
Et raptum vitulo caput ablatura superbo Bassaris, & lyncem Manas flexura corymbis.

Agaue, ut noxter, *Mænadem* appellat. vide Apollodor. lib. 3. Bibl.

330
335
340
345
350
355
360
365

ACTVS TERTIVS.

IOCASTA. NVNCIVS.

IOC. *Felix Agaue, facinus horrendum, manu, Qua fecerat, gestavit, & spoliū tulit Cruenta nati Manas in partes dati.*
Fecit scelus: sed misera non ultra suum Scelus hoc cucurrit. hoc lene est, quod sum nocens:
Feci

Feci nocentes. hoc quoque etiamnum lene est: Peperi nocentes, decrat arumnis meis,
370 *Vi & hostem amarem. bruma ter posuit niues, Et tertiā iam falce decubuit Ceres; Ut exsul errat gnatus, & patriā caret, Profugusq; regum auxilia Graiorum rogat: Gener est Adraſti; cuius imperio mare*
375 *Quod cingit Iſthmon, regitur. hic gentes suas, Septemq; secum regna ad auxilium trahit Generi. quid optem, quidve decernam, haud scio. Regnum reposcit: causa repetentis bona est, Mala, sic petentis. vota qua faciam parens?*
380 *Vtrumque natum video. nil possum piē Pietate saluā facere: quodcunque alteri Optabo nato, fiet alterius malo. Sed vtrumque quamuis diligam affectu pari, Quō causa melior, sorsq; deterior trahit,*
385 *Inclinat animus, semper in firmo fauens. Miseros magis fortuna conciliat suis. NVN. Regina; dum tu flebiles quæstus ciet, Terisq; tempus, tota nudatis stetit Accies in armis: ara iam bellum cient,*
390 *Aquilaq; pugnam signifer motā vocat: Septena reges bella dispositi parant, Animo pari Cadmea progenies subit. Curſu citato miles hinc atq; hinc ruit. Vide, ut atra nubes pulvere abscondat diem,*
395 *Fumog; similes campus in calum erigat Nebulas, equeſtri fracta quas tellus pede Submittit: & si vera metuentes vident, Infesta fulgent signa: surrectis adest Frons prima telis, aureā clarum notā*
400 *Nomen ducum vexilla præscriptum ferunt. I, redde amorem fratribus, pacem omnibus, Et impia arma mater opposita impedi. Pergē, ò parens, & concita celerem gradum: Compeſce tela, fratribus ferrum excute,*
405 *Nudum inter enses pectus infestis tene: Aut solue bellum mater, aut prima excipe. IO. Ibo, abo, & armis obuium opponam caput, Stabo inter arma. petere qui fratrem volet, Petat ante matrem. tela, qui fuerit pius,*
410 *Rogante ponat matre: qui non est pius, Incipiat à me. fernidos inuenes annus*

370 *Vi & hostem amarem*. ut eum, qui patriæ meæ bellum infert, amare non desiderem.

Bruma ter posuit niues, Et tertia iam falce decubuit Ceres. ita quoque Rhianus annos descripsit:

Ἔτος δὲ τὸ τρίτον τῆς ἑβδόμης ἐστὶν ἡ ἀκαταρσία.

hoc est, ut vertit Romulus Amasæus, fidelis & elegans Pausaniæ interpretis:

Servarunt inter cadentis deuiæ montis Castra bis vnderas herbas, totidemque pruinas.

ita noxter alibi:
— *decies niuibus Canuit Ide, Ide nostris*

Nudata rogis, & Sigais Trepidus campis decies secuit Messor aristas.

375 *Cingit Iſthmon*. in vno cod non vafde antiquis characteribus descripto, inuenio, *tingit Iſthmon.*

390 *Aquilaq; num Græci aquilas inter signa militaria habuerunt*, quod poëta hic videtur velle innuere; num verò ex Romanorum more locutus? hoc arbitror.

392 *Cadmea progenies*. Thebani. supra scripti in Herc. Fur. actu 2. Cadmea proles. est hoc ab Aeschylo sumtum: qui Thebas καὶ μὲν πόλιν, & Thebanum exercitum, στρατὸν καὶ μὲν ἔβην vocat.

397 *Si vera metuentes vident*. pavor enim metusque sic augent omnia, ut quæ, etsi non sunt, esse cogitas, aut ut sint vereris, quasi essent re vera, videre te putes.

400 *Vexilla*. Paulus ex Festo, vexillum, inquit, dimi nutium à velo, videntur autem vexilla fuisse propriè vela, seu flammulæ illæ, quæ etiamnum hodie equitibus præferuntur. Sanè Vegetius lib. 2. cap. 1. scribit, equitum alas dici vexillationes, ab eo quod velis, id est, flammulis vtantur idem penè ad verbum Modestus in lib. de rc milit. qua de re consule B. Briffonium de verb. signific. lib. 19. & P. Præterium thesauri Iuris ciuilibis & Canonici lib. 20.

Tenebo. nullum teste me fiet nefas:
 Aut si quod, & me teste, committi potest;
 Non fiet unum. NVN. signa collatis micant
 Vicina signis, clamor hostilis fremit,
 Scelus in propinquo est, occupa mater preces.
 IOC. Et ecce motos fletibus credas meis,
 Sic agmen armis, iugne compositis venit,
 Procedit acies tarda, sed properant duces.
 Quis me procella turbine insana vehens
 Volucer per auras ventus etherias aget?
 Qua Sphinx, vel atra nube subtexens diem
 Stymphalis, avidis pradetem pennis feret?
 Aut qua per altas aëris rapiet vias
 Harpyia, saevi regis obseruans famem,
 Et inter acies proiciet raptam duas?
 NVN. Vadit furenti similis, aut etiam furit.
 Sagitta qualis Parthica velox manu
 Excussa fertur; qualis insano ratis
 Premente vento rapitur; aut qualis cadit
 Delapsa calo stella; cum stringens polum
 Rectam citatis ignibus rumpit viam:
 Attonita cursu fugit, & binas statim
 Diduxit acies: victa maternâ prece
 Hasere bella. iamq; in alternam necem
 Illinc & hinc miscere cupientes manus
 Vibrata tela continent dextrâ suâ:
 Paci fauetur, omnium ferrum latet,
 Cessatq; telum vibrat in fratrum manu.
 Laniata canas mater ostendit comas,
 Rogat abnuentes, irrigat fletu genas:
 Negare matri, qui diu dubitat, potest.

423 Præpetem. Virgilius:
 Præpetibus pennis ausus se credere calo.

428 Parthica. hoc ait, quia Parthi erant
 boni sagittarij. Vnde Parthi nomen sortiti
 fuerint, docet Rodericus Archiepiscopus To-
 letanus, lib. 1. rerum in Hispan. gestarum
 cap. 11. de Tanai Scytharum rege sic scribēs:
 Reuerens ferè totam Asiam subiugavit, &
 Formi regi Medorum tunc sibi caro ad per-
 soluendum tributum subditam esse fecit; ex
 cuius exercitu victore nonnulli, prouincias
 subditas contuentes in omni fertilitate pol-
 lete, deserto suorum agmine, in Asia parti-
 bus resederunt. Ex quorū genere dicit Pom-
 peius Trogius Parthorum profāpam descen-
 disse. vnde & lingua Scythica Parthi, id est,
 fugaces siue exules, dicuntur: suoq; generi
 respondentes, inter omnes pænè Asiæ natio-
 nes soli sunt sagittarij & acerrimi bellatores.
 De nomine verò Parthorum aliqui etymo-
 logiam traxerunt, vt dicerentur Parthi, quasi
 parentum fugaces, quia à parentibus recessē-
 runt.

ACTVS QVARTVS.

IOCASTA. POLYNICES.

IO. In me arma & ignes vertite, in me omnis ruat
 Vnam inuentus, quæque ab Inachio venit
 Animosa muro, quæq; Thebana ferox
 Descendit arce: cuius atque hostis simul,
 Hunc petite ventrem, qui dedit fratres viro.
 Mea membra sparsim spargite, ac diuellite,
 Ego vtrunque peperit: ponitis ferrum ocyus
 Ac dico: & ex aquo mihi dextras datis?
 Date, dum pia sunt: error inuitos adhuc
 Fecit nocentes: omne fortuna fuit

444 Ab Inachio. ab Argis.

448 Parsim. in quatuor v. Inuenio, spar-
 sim. qua voce, si bene memini, L. Silenna
 vsus fuit, id retinendum.

415

420

425

430

435

440

445

450

Pec-

Peccantis in vos crimen: hoc primum nefas
 Inter scientes geritur. in vestra manu est,
 455 Vtrum velitis. sancta si pietas placet,
 Donate matrem pace: si placuit scelus,
 Maius paratum est. media se opponit parens:
 Proinde bellum tollite, aut belli moram.
 Sollicita cui nunc mater alterâ prece
 460 Verba admonebo: misera quem amplectar prius?
 In vtramque partem ducor affectu pari.
 Hic absuit: sed, pacta si fratrum valent,
 Nunc alter aberit: ergo iam numquam duos,
 Nisi sic, videbo. iunge complexus prior
 465 Tu, tot labores, totq; perpeffus mala,
 Longo parentem fessus exilio vides,
 Accede propius: clude vagina impium
 Ensem, & trementem, iamq; cupientem excuti
 Hastam solo defige. maternum tuo
 470 Coire pectus pectori clypeus velat:
 Hunc quoque reponere vinculo frontem exue,
 Tegmenq; capitis triste belligeri leua;
 Et ora matri redde. quò vultus refers,
 Acieq; pauidâ fratris obseruas manum?
 475 Affusa totum corpus amplexu tegam,
 Tuo cruari per meum fiet via.
 Quid dubius hares? an times matris fidem?
 PO. Timeo. nihil iam iura natura valent:
 Post ista fratrum exempla, ne matri quidem
 480 Fides habenda est. IO. redde iam capulo manum,
 Astringe galeam, laua se clypeo ingerat,
 Dum frater exarmatur, armatus mane.
 Tu pone ferrum, causa qui es ferri prior.
 Si pacis odium est, furere si bello places:
 485 Inducias te mater exiguas rogat,
 Ferat vt reuerso post fugam nato oscula,
 Vel prima, vel suprema. dum pacem peto,
 Audite inermes. ille te, tu illum times:
 Ego vtrunque, sed pro vtroq; quid strictum abnuis
 490 Recondere ensem? qualibet gaude morâ.
 Id gerere bellum cupitis, in quo est optimum
 Vinci. vereris fratris infestis dolos?
 Quoties necesse est fallere, aut falli à suis;
 Potiare potius ipse, quam facias, scelus.
 495 Sed ne verere: mater insidias & hinc,
 Et rursus illinc abiget. exoro, an patri

456 Donato matrem pace. tres lib. scripti
 habent; donato matri pacem. sicque legit
 Badius, restatus alteram illam, lectionem
 Vallæ placuisse.

464 Iunge complexus prior. hoc inde est,
 quia Euripides, in Phœnissis, eodem modo
 Polynici priores loquendi partes defert.

469 Maternum tuo, &c. Euripides
 ἀμφίβραχια μωσὶν ἀλένασι κρατῶν,
 πρηνέδων τ' ἔργων

479 Ne matri quidem. Polynices apud
 Euripidem:
 τίποτις εἰς τὴν μητέρα, καὶ πάλαιδ' ἀγα-

496 Patri Iuideo vestro si non exorem,
 cur autem? eff. cit ille oculorum iacturâ ne
 pugnam vestram videret: ego verò hanc in-
 tuenti cogar.

Inui- K 5

duorum mensum fecerit mentionem. l. 101. D. de diuers. reg. iur. antiq. ibi enim multi codices, mensum, non, mensium, habent. 536 Labores. recte ergo apud Claudianum lib. 2. de laudibus Sullionis scriptum fuit: Et sacri Maria partus, Lucina labores solatur

Vteri labores, perq; pietate inclytas
Precor sorores, & per irati sibi
Genas parentis, scelere quas nullo nocens,
Erroris a se dira supplicia exigens,
Hauisti, nefandas maenibus patriis faces
Auerte: signa bellici retro agminis
Fleste. ut recedas; magna pars sceleris tamen
Vestri peracta est. vidit hostili grege
Campos repleri patria, fulgentes procul
Armis cateruas, vidit equitatu leui
Cadmea frangi prata, & excellos rotis
Volitare proceres, igne flagrantibus trabes
Fumare, cineri qua petunt nostras domos:
Fratresq; (facinus quod nouum & Thebis fuit)
Inseruentes: totus hic exercitus
Et populus omnis, & utraque hoc vidit soror,
Genitrixq; vidit: nam pater debet sibi,
Quod ista non spectauit. occurrat tibi
Nunc Oedipus; quo iudice, erroris quoque
Poenae petuntur. ne, precor, ferro erue
Patriam, ac penates: ne ue, quas regere expetis,
Euerte Thebas. quis tenet mentem furor?
Petendo patriam perdis. ut fiat tua,
Vis esse nullam? quin tuae causae nocet
Ipsum hoc; quod armis ueris infestis solum,
Segetesq; adustas sternis, & totos fugam
Edis per agros. nemo sic vastat sua.
Quae corripit igne, quae meti gladio iubet,
Aliena credis? rex sit e vobis vter,
Manente regno quarite. hac telis petes,
Flammisq; tecta? poteris has Amphionis
Quassare moles? nulla quas struxit manus,
Stridente tardum machina ducens opus.
Sed conuocatus, vocis & cithara sono,
Per se ipse turres venit in summas lapis.
Hac saxa franges victor? hinc spolia auferes,
Victosq; duces patriis aequales tuis?
Matres ab ipso coniugum raptas sinu,
Sauus catenam miles imposui a trahet:
Vt adulta virgo, mista captiuo gregi,
Thebana nuribus munus Argolicis eat?
An & ipsa palmas vincita post tergum datas
Mater triumphis praeda fraterni vehar?
Potestne cines latus exitio datos

540

545

550

555

560

565

570

575

Videre

560 Quod armis ueris infestis solum. placet haec lectio o. i. ammen v. l. habent; quod armis nostris infestis solum. nonnulli vero vulgati; quod armis ueris infestis solum.

566 Has Amphionis. Eutripides, in Phocenis; Αμφονίας δὲ ποτ' εἰς ὑμῶν αἰὲς ἦλθον ἠεὶ κινίδας. φέρουσιν τε ταῦτα θεῶν, καὶ τὰς Αμφονίας τε λυγρὰ ὑπο, πύργῳ ἢ ἰέσῃ, &c.

580 Videre passim? maenibus charis potes
Hostem adiuuere? sanguine & flamma potes
Implere Thebas? tam ferum & durum geris
Sauumq; in iras pectus, & nondum imperas?
Quid sceptrum facienti? pone uasanos, precor,
585 Animi tumores, teq; pietati refer.
PO. Vt profugus errem semper? ut patria arcear,
Opemq; gentis hospes externa sequar?
Quid paterer aliud, si sefellissem fidem,
Si peterassem? fraudis alienae dabo
590 Pœnas? at ille premium scelerum feret?
Iubes abire. matris imperio obsequor:
Da, quod reuertar. regia frater meus
Habitet superba: parua me abscondat casa;
Hanc da repulso. liceat exiguo lare
595 Pensare regnum. coniugi donum datus
Arbitria thalami dura felicitis feram,
Humilisq; socerum lixa dominantem sequar?
In seruitutem cadere de regno, graue est.
IO. Si regna queris, nec potest sceptro manus
600 Vacare seuo: multa, quae possunt peti
In orbe toto, qualibet tellus dabit.
Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga,
Qua lata terris spacia frugiferis iacent,
Et qua trahens opulenta Pactolus uada,
605 Inundat auro rura; nec latis minus
Maendros aruis flectit errantes aquas,
Rapidusq; campos fertiles Hebrus secat.
Hinc grata Cereri Gargara, & diues solum,
Quod Xanthus ambit niuibus Ideis tumens.
610 Hinc, qua relinquit nomen Ionij maris,
Fauces Abydi se stros opposita premit.
Aut, qua latus iam propior Orienti dedit,
Tutamq; crebris portibus Lyciam videt:
Hac regna ferro quare, in hos populus ferat
615 Socer arma fortis: has paret sceptro tuo,
Tradatq; gentes. hoc adhuc regnum puta
Tenere patrem. melius exsilium est tibi,
Quam reditus iste. crimine alieno exsulas,
Tuo redibis. melius usus viribus,
620 Noua regna nullo scelere maculata appetes.
Quin ipse frater, arma comitatus tua,
Tibi militabit. vade, & id bellum gere,
In quo pater materq; pugnant tibi

593 Superbus. in o. v. l. scriptis & excusis legitur, superba
596 Arbitria thalami. qui enim ditiores uxorem ducit, dominam ducit cui seruiat, teste Aristotele lib. 8. ethic. cap. 10. Vnde Euripides, in Menalippe;

ἄσπευτοί σι δὲ ἡ δόξα κρείστος γάμος, ἢ πολλὰ χεῖματ', ὅσα ἐπίστανται γαμῶν. τὰ δ' ἡγεμονίας ἢ κακοῦντ' οὐ δ' ἀμείσι. δουλοὶ τοῖν ἄνδρα, καὶ ἐπ' ἐς' ἐλάττωσιν.

Anaxandrides: ἢ ἢ γὰρ πένης ἀν, τὸ γαμῶνα χεῖματ' λαβῶν, ἐξ ἡ δ' ἄσπευτοί, ἢ γαμῶν. ἢ ἐπ, ἢ ἐπὶ δούλῳ καὶ πένης

idem sentiunt Plautus in Menæchmis, in Milite glorioso, in Aulularia, & in Afinaria, Aelius Fuscus & Silius Bassus apud Senecam Philosophum lib. 2. controuersiar. ubi sortafsis Siliij Bassi, pro Salei Bassi, legitur. Ceterum quod in precedenti versu dixit, coniugi donum datus; non multum distat ab his Menandri;

ἢ ταν πένης ἀν, καὶ γαμῶν πὶς ἐλάττωσιν, τὰ μὲν γαμῶν ἐπὶ δ' ἐχρηται χεῖματ', αὐτῶν δ' ἰδῶσιν, ὅσα καὶ ἐν τῷ λαβῶν.

598 In seruitutem cadere de regno graue est. quia, ut ait Xenophon, ἢ ἢ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ ἀγαθὰ, οὐτὲ καλεῖται, ἀσπὲρ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ πρηθῆναι λυπηρῶν.

602 Nota Baccho Tmolus. ait Baccho nota, quia Tmolus Lydiae mons maximam vini copiam gignit, vel quia eum superauit Bacchus. Mutianus ter consul, tradit in Tmolii vertice habitantes centum & quinquaginta annos viuere.

604 Quae trahens opulenta Pactolus uada. Oedipi actu 2. Diuites Pactolus uexit te Lydium unda Aurea torrenti deducens flumina ripa. Terentius Varro, in lege Mania, Non hos Pactolus aureas undas agens Eripit unquam e miseris.

608 Grata Cereri Gargara. Virgilius r. Georg. — ipsa sua mirantur Gargara menses. omnino vide Macrobius Saturnal. libro 5. cap. 20.

Fauere

L.

626 Dubias Martis incerti vices. belli exitus incertos esse scripsit Cicero in epistolis ad familiares duobus locis, semel in epist. ad Atticum, Philippica 10. & 13. in orat. pro Milone, & in orat. pro M. Marcello. Thucydides lib. 2. ἄδπλα δὲ τὰ τῶν πολέμων. Livius lib. 30. Nusquam minus quam in bello eventus respondent.

629 Fortuna belli. sic passim scriptores loquuntur, idque quia in bellis maximè fortuna dominatur, teste Cicerone pro Marcello. Ennius, in Annal.

Quorum virtuti belli fortuna pepercit. Sallust. in Catilin. Optimum ratus in tali re fortunam belli tentare. Idem, in orat. Lepidi; Quos fortuna belli consumerat. Quintus Curtius lib. 5. Experto belli fortunam. Ouid. 7. Metamorph.

pendebat adhuc belli fortuna — 630 Exaequat duos. apud Claudianum ait Stilicho;

Qui stetit aequatur campo — 633 Fuisse fac. hæc etiam ab Euripide sumfit, sed meliustractavit.

645 Ne metus, pœnas equidem soluet graues, Regnabit. PO. hæc est pœna? IO. si dubitas, ano Patriq. crede. sic in o. v. l. legitur. in vulgatis existant edita hoc modo: Ne metue, pœnas equidem soluet graues, Regnabit. hæc est pœna. si dubitas, ano Patriq. crede.

664 Imperia precio quolibet constant bene. Euripides:

ἄνευ δὲ δυνάμει ἡγεμονίᾳ καὶ ἐπιπέσει ἀδύνατον ἀδινεῖν τὴν ἀρχὴν ἀποστῆναι ἡγεμόνων. hos versus auctor est Suetonius lib. 1. sic à Cicerone conuersos fuisse:

Si violandum est ius, imperij gratia Violandum est: aliis in rebus pietatem colas.

quæ cum Cæsar Iulius continuo haberet in ore, omnia iura diuina & humana, inquit Cicero lib. 1. offic. peruerit, propter eum quem sibi opinionis errore fluxerat principatum. Merito Ennius scripsit:

Nulla sancta societas, nec fides regni est.

Porro ab hoc versu cetera desiderantur, ut arbitror, non tam iniuria temporis, quam quia auctor ea non composuerit: sed vel morte præuentus, vel aliam ob causam extremam huic tragœdiæ manum imponere vel non voluerit, vel non potuerit: certè nò imposuit.

Fauere possint. regna cum scelere, omnibus Sunt exsiliis grauiora. nunc belli mala Propone, dubias Martis incerti vices.

Licet omne tecum Gracia robur trahas, Licet arma longè miles ac latè explicet: Fortuna belli semper ancipiti in loco est.

Quodcumque Mars decernit: exaequat duos, Licet impares sint, gladius: & spes, & metus Sors caeca versat. premium incertum petis,

Certum scelus. fuisse fac votis deos Omnes tuis: cessere, & auersi fugam Pettere ciues, clade fume stã iacens

Obtexit agros miles: exsules licet, Victorq. fratris spolia deiecti geras, Frangenda palma est. quale tu id bellum putas,

In quo execrandum victor admittit nefas, Si gaudet? hunc, quem vincere infelix cupis, Cum viceris, lugebis. infausas age

Dimitte pugnas. libera patriam metu, Luctu parentes. PO. sceleris & fraudis sua Pœnas nefandus frater, ut nullas ferat?

IO. Ne metue, pœnas & quidem soluet graues. Regnabit. PO. hæc est pœna? IO. si dubitas, ano Patriq. crede: Cadmus hoc dicet tibi,

Cadmiq. proles. sceptrâ Thebarum fuit Impune nulli gerere, nec quicquam fide Rupta tenebat illa: iam numeres licet

Fratrem inter istos. PO. numero, & est tanti mihi Cum regibus iacere. IO. te turba exulum Asscribo: regna, dummodo inuisus tuis.

PO. Regnare non vult, esse qui inuisus timet. Simul ista mundi conditor posuit Deus, Odiurn, atque regnum. regis & magni reor

Odia ista premere. multa dominantem vetat Amor suorum: plus in iratos licet. Qui vult amari, languidã regnet manu.

IO. Inuisa nunquam imperia retinentur diu. PO. Præcepta melius imperij reges dabunt. IO. Exsilia tu dispone. PO. pro regno velim Patriam, penates, coniugem flammis dare.

Imperia precio quolibet constant bene. Deest in hac Tragœdia finis.

625 630 635 640 645 650 655 660

Hippolytus.

TRAGŒDIA III.


PERSONÆ.

Hippolytus. Chorus. Phædra. Theseus. Nuñcius. Nutrix.

ACTVS PRIMVS.

HIPPOLYTUS.

Anapæstici.



TE, umbrosas cingite silvas, Summag. montis iuga Cecropj, Celeri plantâ lustrate vagi: Quæ saxa solo Carpeneto Subiecta iacent; quæq. Thriasius

Vallibus amnis rapidâ currens Verberat undâ: scanðite colles Semper canos niue Riphaâ. Hac hac aliq. quâ nemus altâ 10 Textitur alno, quâ prata iacent, Quâ rorifera muicens aura Zephyrus vernas enocat herbas. Vbi per glacies lenis Ilissus; Vbi Meander super aquales 15 Labitur agros piger, & steriles Amne maligno radit arenas. Vos, quâ Marathon tramite læuo Saltus aperit; quâ comitata Gregibus paruis nocturna petunt 20 Pabula facta: vos, quâ tepidis Subditus austris, frigor a mollit Durus Acarnan. alius rupem Dulcis Hymetti; paruas alius Calcet Aphydnas. pars illa diu 25 Vacat immunis, quâ curuati

HIPPOLYTUS. sic tragœdias inscripserunt, Euripides, cuius existat & Lycophron, cuius interiit. Sopatri Hippolytum citat Athenæus. Hippolyti historice planè similem Communiq. cuiusdã refert Plutarchus in Parallelis, ex Dosithei Italica historia. 4 Solo. deserto. Solinus Polyhist. cap. 41. Quod à Tigrane Armenio subactum & diu solum. ceterum ista Hippolyti verba πρὸς Ἰνῶν campini sunt simillima: quale fuit venatorium pœma, quod Eriphanis pœtria Menalce amore capta fertur composuisse: cuius historiam Elearchus descripsit.

8 Nive Riphaa. Lucanus; Riphaas huc solue niues — 12 Zephyrus vernas. Claudianus, de Zephyro;

— pater ô gratissime veris, &c. ac paullo post; — ille nosso madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fecundo rore maritat; Quaq. volat vernus sequitur color, omnis in herbas Turget humus, medioq. patent conuexa sereno, Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro Imbuat, & dulci violas ferrugine pingit. Poind in antiq. Parisiensi, sequens versus; ubi per glacies lenis Ilissus, quem agnosciunt quidam v. l. non habetur.

15 Piger. propter crebros flexus & reflexus. Seneca: Quales incertâ vagus Maander undâ ludit, & cedit sibi.

Ouidius autem; Non secus ac liquidis Phrygius Maander in undis Ludit, & ambiguo lapsu restititque, fluitq.

16 Maligno. cur maligno? an quia non fatis tetras, quas solum radit, undis suis inrigat & fecundat; sed tantum leuiter aspergit, nunquam eodẽ loco stabilis permanens? an maligno, hoc est, doloso, seu tortuoso? sanè Anna Alexiad. lib. 4. στρογγύλιον ποταμὸν ἀπὸ ἑνὸς ἑστῆς καὶ ἀπὸ ἑνὸς στρογγύλιον vocat.

22 Durus Acarnan. nofter ducum, Statius asperum, non alia opinor de causa, quam quia Acarnanes strenuũ bellatores fuerunt. unde Pindarus:

Litora Ἀχαιοῦ ἢ πελαγονίᾳ διασπείρει.

† 23 Dulcis Hymetti. dulcis propter mellis copiam. Iuuenalis; — dulcisq. senex vicinus Hymetto. 25 Quæ curuati litora Ponti Saronem urget. Pompenius Mela lib. 1. Acgæum statim pelagus vaite longum

114 *Genitrix tui me, &c.* Euripides, Hippolyto;
 Φει. ὁ τλημων, οἱον μῦτερ ἡρώδης ἕρον;
 Τεσ. ὁ ἐγὼ τάλανον, τέκνον, ἢ τί φησὶ τόδῃ;
 Paliphaes amor à Marone, in Sileno, describitur: fabulam verò ἀμνηστικῆς exposuit Natalis lib. 6. Mytholog. c. 5.
 116 *Torvus.* proprium tauri epithetum. nam à tauro fit torvus, & à ferocia taurorum torvitas dicta est, teste Sex. Pompeio.

127 *Iungitur semper nefas.* ideo Euripides in Hippol. ait;
 ἄλλοτὶ σὺ τῷ κατὰ δόμους.
 128 *Clara. o. v. l. cara,* sed alterum malo.
 131 *In primo obstitit.* amandi pericissimum Nasonis præceptum est amori venienti occurrere, ne serò medicina paretur,
 Cùm mala per longas invaluere moras.
 135 *Verè insolens.* duom. scod. veri. iidem paucis verbis interpositis *aggrauas*, pro *grauas*.

*Fatale miserae matris agnosco malum:
 Peccare nos ter nouit in siluis amor.
 Genitrix tui me miseret: infando malo
 Correpta, pecoris efferi saeuum ducem
 Audax amasti. toruus, impatiens iugi,
 Adulter ille, ductor indomiti gregis:
 Sed amabat aliquid: quis meas misera Deus,
 Aut quis inuare Dædalus flammæ queat?
 Non, si ille remeet arte Mopsopiâ potens;
 Qui nostra cacâ monstra conclusit domo;
 Promittat vllam casibus nostris opem.
 Stirpem perosa solis inuisti Venus,
 Per nos catenas vindicat Martis sui,
 Suasq; probris omne Phæbeum genus
 Onerat nefandis: nulla Minois leni
 Defuncta amore est. iungitur semper nefas.
 NVT. Thesea coniux, clara progenies Iouis,
 Nefanda casto pectore exturba ocyus,
 Extingue flammæ, ne ve te dira spes
 Præbe obsequentem. quisquis in primo obstitit,
 Repulitq; amorem; tutus ac victor fuit:
 Qui blandiendo dulce nutrit malum;
 Serò recusat ferre, quod subit, iugum.
 Nec me fugit, quàm durus, & veri insolens,
 Ad recta flecti regius noli tumor.
 Quemcunque dederit exitum casus, feram:
 Fortem facit vicina libertas senem.
 [Obstare primum est velle, nec labi via:
 Pudor est secundus, nosse peccandi modum.]
 Quò misera pergis? quid domum infamè grauas,
 Superasq; matrem? maius est monstro nefas:
 Nam monstra fato, moribus scelera imputes.
 Si, quòd maritus supera non cernit loca,
 Tutum esse facinus credis, & vacuum metu;
 Erras. teneri crede Lethæo abditum
 Thesea profundo, ferre perpetuam Stygem.
 Quid ille? lato maria qui regno premit,
 Populisq; reddit iura centenis pater,
 Latèrè tantum facinus occultum sinet?
 Sagax parens um est cura. credamus tamen
 Astu doloq; tegere nos tantum nefas.
 Quid ille, rebus lumen infundens suum
 Matris parens? quid ille, qui mundum quatit,
 Vibrans coruscâ fulmen Aethraum manu*

Sator

*Sator deorum? credis hoc posse effici,
 Inter videntes omnia vt lateas auos?
 Sed, vt secundus numinum abscondat fauor
 Coitus nefandos, vtq; contingat stupro
 Negata magnis sceleribus semper fides:
 Quid pœna præsens, conscius mentis pavor,
 Animusq; culpâ plenus, & semet timens?
 Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.
 Compesce amoris impij flammæ precor,
 Nefasq; quod non vlla tellus barbara
 Commisit unquam, non vagus campis Geta,
 Non inhospitalis Taurus, aut sparsus Scythes.
 Expelle facinus mente castificâ horridum,
 Memorq; matris, metue concubitus nouos.
 170 Miscere thalamos patris & gnati apparatus,
 Vterq; prolem capere confusam impio?
 Perge, & nefandis verte naturam ignibus.
 Cur monstra cessant? aula cur fratris vacat?
 Prodigia toties orbis insueta audiet,
 175 Natura toties legibus cedit suis;
 Quoties amabit Cressa. PH. quæ memoras scio
 Vera esse nutrit: sed furor cogit sequi
 Peiora: vadit animus in præceptis sciens,
 Remeatq; frustra sana consilia appetens:
 180 Sic cum grauatam nauis aduersâ ratem
 Propellit vndâ, cedit in vanum labor,
 Et victa prono puppis aufertur vado.
 Quod ratio poscit, vincit ac regnat furor,
 Potensq; totâ mente dominatur Deus.*

» rã nos à scelere abhorrere, quòd nulli non etiam inter
 » tuta timor est. Multos fortuna liberat pœnâ, metu ne
 » minem. quare? quia infixâ nobis eius rei auersatio est,
 » quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi
 » fit etiam latentibus, quia coarguit illos conscientia, &
 » ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium tre
 » pidare. Malè de nobis actum erat, quòd multa scelera
 » legem & iudicem effugiunt & scripta supplicia, nisi illa
 » naturalia & grauiâ de præsentibus soluerent, & in lo
 » cum patientiæ timor cederet. hæc Seneca. nonnulla
 » quoque hac de re Cicero lib. 1. de legib. scripsit.
 172 *Ignibus.* Horatius lib. 1. carmin. ode 27.
 — Venis
 Non erubescendis adurit ignibus.
 sed sanè poëtis familiare vique adeò est ignem pro
 amore & venerea libidine ponere, vt putidum sit exem
 plis id confirmare. Sacræ etiam litteræ eodem quando
 que modo ignem accipiunt. legitur Iobi 31. Ignis vs-

161 *Quid pœna præsens, conscius mentis pavor.* hæc plurimum v. lib. scriptura mihi placet. huc spectant ista Iuuenalis Sat. 13.
 Exemplo quodcūq; malo committitur, ipsi
 Difficet auctori. prima est hæc vltis,
 quòd se
 Iudice nemo nocens absoluitur: improba
 quamuis
 Gratia fallacis prætoris vicerit vnam.
 Et eadem Satyra;
 — cur tamen hos tu
 Euasisse putes, quos diri conscia facti
 Mens habet attonitos, & furdo verberæ
 cadit
 Oculum quatiente animo toriore fla
 gellum: &c.
 multa huc pertinentia Cicero Orat. in Pisonem, & in paradoxis, quæ apud illum legi malo. In quibusdâ lib. conscientia nocens pavor.
 163 *Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.* ascribam Senecæ Philosophi verba, & quibus hæc sententia desumpta videtur, & quorum collatione facilius intelligitur. locus est epist. 98. Tuta scelera esse, secuta non possunt. quare? quia prima illa & maxima peccantium est pœna, peccasse. Nec vllum scelus (licet illud fortuna exoneret muneribus suis, licet tueatur ac vindicet) impunitum est, quia sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus & hæc & illa (secundæ pœna) premunt ac sequuntur, timere semper & excusare & securitati diffidere. Illic diffidentius cum Epicuro, vbi dicit nihil iustum esse naturâ, & crimina vitanda esse, quia metus vitari non possit hæc consentiamus, mala facinora conscientia flagellari, & plurimum illi tormentorū esse, eo quòd perpetuò illam sollicitudo virget ac verberat, quòd sponsoribus securitatis suæ non potest credere. Hoc enim ipsam argumentum Epicuri est, natu-

que ad perditionem omnia deuorans, & omnia eradicans genimina. & illud Psalmo 57. Super dicit ignis, & non viderunt Solem. Sic enim ignem D. Augustinus loco interpretatur.
 177 *Sed furor cogit sequi Peiora.* Euripides.
 τὴν ἡρώδης ἰσχυρὰ ἀμείδου καὶ ἀπρόσωπον,
 ὅτι καταρτοῦ πόθῳ εἶ.
 apud Ouidium Medea inquit:
 — scio meliora, probosq;
 Deteriora sequor —
 Petrarca;
 Cerco del vincer mio nouo consiglio
 Et veggio il piè più, & al piglior m'appiglio.
 180 *Sic cum grauatam.* Virgil. 1. Georg.
 Non aliter quàm qui aduersa viæ sumine lembum
 Remigijs subigit, si brachia fortè remisit,
 Atque illum in præceptis prono rapit Alueus am-

185 Regnat. Euiptides Amorem deorum
 omnium supremum esse cecinit, his versibus:
 ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεῶν κελύφ' ἕξει,
 ἡδὴ τῶν ἀπάντων δαιμόνων ὑπερπύων,
 ἢ σκαυῖς ἐστὶν ἢ κελῶν ἄμυρθεῶ.
 αἶθε οἶδ' ἐὼν μέγιστον ἠδ' ἁπάντων θεῶν.

& Ouidius, de amore:
 Regnat, & in superos ius habet ille deos.
 187 Gradinus istas belliger. non sine cau-
 sa addit belliger. quia Romani Martem se-
 uientem, & bellum ac cedes spirantem, Gra-
 diuum; eundem verò tranquillum ac pacifi-
 cum, Quirinum appellabant, ut præter cere-
 ros docet Siluester Aldobrandinus in com-
 mentar. lib. 1. Institutionum Iustiniani Im-
 peratoris pag. 16. Vnde verò Gradinus dica-
 tur, docet Festus; & Iulianus Aurel. lib. 1. de
 cognom. deorum cap. 6 & Lilius Syntag. 10.
 191 Ipsumq. v. l. la sumq.
 192 Figit sagittâ certior missâ puer. apud
 Ouid. Phœbus sic queritur:
 Certa quidem nostra est, nostra est tamen
 una sagitta
 Certior, in vacuo qua pectore vulnera
 fecit.

huc ergo respicit Seneca. Qui Cupidini sa-
 gitas tribuit, quia formosi eminus feriunt.
 Xenophon δῶσιν ἡμ. ἀ, ἴσως ἢ καὶ οἱ ἔρωτες
 πρὸς ταῦτα αἰετὶ κελῶσται, ὅτι καὶ πέρριπτον
 οἱ κελῶι πῆρα δύνουσι.
 201 Vana ista demens animus. Archias
 poeta, quem Cicero defendit;
 ἔχ' ὁ ἔρωσις ἀδικεῖ μετ' ὅστων ἡσέσθαι, ἀλλ' ἀνό-
 λωσται,
 ἢ ὑμῶσις ἀνδρῶστων ἑσθ' ὁ ἔρωσις ἀποφρασις.
 satis confirmans ea, quae noster poeta hoc lo-
 co sapientissimè scribit, huc refer illud diuini
 poetae;
 — an sua: uig. deus fit dira cupido.

Michaël Marullus, de amore:
 Qui calo dignati? homines. qua causa
 coëgit?
 Mitior auctore est credita culpa deo.
 205 Hunc illa ex ciborum copie & varie-
 tate nasci amorem testatur Phocyllid.
 ἐστὶν ἀγαθὸν πλεονάζον ἐφ' ὅθνησιν ὄνειμαρ.
 ἢ πικρὰ ἢ τευφὴ πᾶσις ἀμείστος ἔλκεῖ ἔρωσις.
 D. Hieronymus, ad Furiam de viduitate

seruandâ: Adolescuntia, seruente cibus corpore, de castitate secuta est? neque verò hæc dicens condemno cibos,
 206 quos Deus creauit ad vtendum cum gratiarum actione: sed iuuenibus ac puellis incensua assero voluptatum. Non
 207 Aethnæi ignes, non Vulcania tellus, non Vesuuus & Olympus tantis ardoribus aestuant, ut iuueniles medullæ vi-
 208 no plene & dapibus inflammatae. In quibus verbis vox Olympus superuacua aut mendosa est, aut notandū Olym-
 209 pto idem quod Aethnæ olim accidisse, quod de Olympo ad mare rubrum sito traditur. Omnino consulenda cen-
 210 seo vetera exemplaria, quæ vulgaris semper sunt fideliora. Gratianus etiam distinctione 44. cap. 1. ita scripsit, si
 211 memini: Venus namque ingluuius ad luxuriam prouocat facile, & omne bonum opus dissoluat.
 208 Cur in penates rariùs tenues subit? an quia, teste Apulcio lib. 5. asini, sobrietas Veneris est inimica? Sine
 Cerere & Baccho, ait ille, friget Venus. Athenæus lib. 6. ex Euripide, ἐν πλυστροσὺν ἑὸς ἔρωσις, αὐτὸς ἀπάντων δ' ἔ.
 Idem lib. 1. ἐν πλυστροσὺν ἑὸς ἔρωσις, αὐτὸς ἀπάντων δ' ἔρωσις.

Hic volucer omni regnat in terrâ potens,
 Ipsumq. flammis torret indormitis Iouem:
 Gradinus istas belliger sensit faces,
 Opifex trisulci fulminis sensit deus,
 Et, qui furentes semper Athnæis iugis
 Versat carinos, igne tam paruo calet:
 190 Ipsumq. Phœbum, tela qui neruo regit,
 Figit sagittâ certior missâ puer,
 Volitatq. calo pariter, & terris grauis.
 NVT. Deum esse Amorem, turpi seruitio fauens
 Finxit libido; quoq. liberior foret,
 195 Titulum furori numinis falsi addidit.
 Natum per omnes, scilicet, terras vagum
 Erycina mittit: ille per celum volans,
 Proterua tenerâ tela molitur manu,
 Regnumq. tantum minimus in superos habet. 200
 Vana ista demens animus asciuit sibi,
 Venerisq. numen finxit, atque arcus dei.
 Quisquis secundis rebus exultat nimis,
 Fluitq. luxu, semper insolita appetens,
 205 Hunc illa magna dira fortuna comes
 Subit libido: non placent sueta dapes,
 Non tecta sani moris, aut vilis cibus.
 Cur in penates rariùs tenues subit
 Hac delicatas eligens pestis domos?
 Cur sancta paruis habitat in tectis Venus, 210
 Mediumq. sanos vulgus affectus tenet,
 Et se coërcent modica? contra diuites,
 Regnoq. fulti, plura quàm fas est, petunt?
 Quod non potest, vult posse, qui nimium potest. "
 Quid deceat alto præditam solio vides:
 215 Metue ac verere scepra remeantis viri.
 PH. Amoris in me maximum regnum fero,
 Reditusq. nullos metuo, non unquam amplius
 Conuexa tetigit supera; qui mersus semel
 Adiit

220 Adijt silentem nocte perpetuâ domum.
 NVT. Ne crede, Diis cluserit regnum licet,
 Canisq. dirus Sygius obseruet fores:
 Solus negatas inuenit Theseus vias.
 PH. Veniam ille amori forsitan nostro dabit.
 225 NVT. Immitis etiam coniugi castæ fuit,
 Experta sauam est barbara Antiope manum.
 Sed posse flecti coniugem iratum puta:
 Quis huius animum flectet intractabilem?
 Exosus omne femina nomen fugit,
 230 Immitis annos celibi vitæ dicat,
 Connubia vitæ genus Amazonium scias.
 PH. Hunc in niuosi collis hærentem iugis,
 Et aspera agili saxa calcantem pede,
 Sequi per alta nemora, per montes placet.
 235 Resistet ille, seq. mulcendum dabit.
 NVT. Castosq. ritus Venere non castâ exuet.
 Tibi ponet odium; cuius odio forsitan
 Persequitur omnes. PH. precib. haud vincipotesse
 NV. Ferus est. PH. amore didicimus vinci feros.
 240 NV. Fugiet. PH. per ipsa maria, si fugiat, sequar.
 NV. Patris memeto. PH. meminimus matris simul.
 NV. Genus omne profugit. PH. pellicis careo metu.
 NV. Aderit maritus. PH. nempe Pirithoi comes.
 NV. Aderitq. genitor. PH. mitis Ariadne pater.
 245 NV. Per has senecta splendida duplex comas,
 Fessumq. curis pectus, & cara vbera
 Precor; furorem siste, teque ipsam adiuna.
 Pars sanitatis, velle sanari, fuit.
 PH. Non omnis animo cessit ingenuo pudor.
 250 Paremus altrix. qui regi non vult amor
 Vincatur. haud te fama maculari sinam.
 Hac sola ratio est, vnicum effugium mali:
 Virum sequamur: morte prauertam nefas.
 NV. Moderare alumna mentis effrema impetus,
 255 Animos coërce: dignam ob hoc vitâ reor,
 Quod esse temet autumas dignam nece.
 PH. Decreta mors est, quaritur fati genus:
 Laqueone vitam finiam, an ferro incubem?
 An missa præceps arce Palladiâ cadam?
 260 Pro castitatis vindicem ar memus manum.
 NV. Sic te senectus nostra præcipiti sinet
 Perire lethos siste furibundum impetum.
 Haud facile quisquam ad vitam reuocari potest.
 PH. Pro-

226 Antiope. idem Ouidius & Higynus
 tradunt. Sed Pausanias: Ἀντιόπη δ' ἔρωσιν
 ἑσθ' ἔπειτα ἠλθον Ἀμύκωνες Ἀντιόπη μὲν ὑπὸ
 Μολπυδίας τῆς ἐξ Ὀδύσει. Ceterum Clydimus
 historie scriptor creditit Amazona, quæ fuit
 Thesei vxor, Hippolytam vocatam fuisse; sed
 Plutarchus id referens, in Theseo, perpetuè
 Antiope vocat.

241 Patris memento. qui Scyllam per ma-
 re crinibus tractam male multauit. Virgilius
 in Ciri. alij aliter, ego sic intelligo.

245 Splendidas. capilli cani splendorem
 argenti æmulantur. Vnde Martialis:
 Et facies multo splendat alba pilo.

252 Hac sola ratio est. Crates primum a
 moris remedium aiebat esse famem, secun-
 dum tempus, tertium restim. Laert. in eius
 vita. Eam verò sententiâ sic Crates expressit:
 ἔρωτα πᾶσις λιμός. εἰ δ' ἐμὴ, ἔρωσις.
 εἰ μὴ δ' αὐτῶν τίνω φλόγα σβέση,
 μετὰ τὰ σὺν τὸ λοιπὸν ἠνάστα βροχέσθαι.

259 Arce Palladia. Athenis enim Pallas
 in arce colebatur, quia arcibus præfidere pu-
 tabant. Catullus:
 Diua quibus retinens in summis urbibus
 arces.

quo loco vide Muretum.

273 *Diva non mihi generata ponto.* Mureus: *ἡ θεὸς δὲ Κίρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ὄρους ἐστὶν Ἰαλιώρους.* Quidius:

— *quia mater amorum*
Nuda Cyberriacus edita fertur aquin.
idem affirmant præter Solinum in Ponticis, Virgilius, Tibullus, Aufonius, aliique. cur vero è mari nata fingatur, ex Porphyrii & Iuba auctoritate scribit Placiades Mytholog. lib. 2. Vide Eusebium lib. 3. Præparat. Euangel. cap. 3. Clementem Aegyptiū lib. 1. Pædag. Aristotelem lib. 2. Rhet. ad Theodect. & Heraclidem Ponticum, in allegoriis Homericiis.

274 *Quam vocat matrem geminus Cupido.* alter vulgaris, diuinus alter, de quibus Plato in Symposio, & latius egit Lucianus in dialogo *ἑρωτός*: vel *ἑρως καὶ εὐφρόνης*, de quibus Cælius Chalcagninus singularem libellum composuit, & quorum meminerunt Cælius Rhodigin. lib. 16. antiq. lect. & lib. 23 ac Augustinus Nymphus, de amore cap. 19, 60. & 98. eodem sensu noster ait Oedipi actu 3.

Concinis thedas geminus Cupido.
Horatius etiam Venerem seuam Cupidinum matrem vocauit, lib. 4. od. 1. & lib. 1. ode 19. quo loco Lambinus inquit: Multos esse vnus Veneris Cupidines, à nemine, quod sciam, traditur. ego verò à multis hoc traditum esse scio. Orpheus:

ὁμοίωτον σφῆλι πρὸς ἀνύμωτον ἀφρογενεῖς,
καὶ πηγῶν μιν ἀλλὰ βασιλείας, ἢς ἀπο πῦρος
ἀδύνατος ἀπὸ τοῦ ὄρους ἀνεβλάστησεν ἑρωτός.
Quidius lib. 1. Factor.

Amna sane dixi geminorum mater amorum. & 3. Amor.
Quare nouum vatem tenerorum mater amorum.

apud Stobæum Orphei existat hymnus in Venerem, vbi inter cetera nominatur *μῆτις ἑρωτός*. Non ignoro Claudianum scribere;

Mille pharetrari ludat in margine fratres
Ore pares, auro similes, gens mollis amorū.
Hos nympba pariunt, illum Venus aurea solum
Edidit.

Sed, vt ex ultimo, Claudianus Philostratum, alij alios sequi maluerunt.

276 *Iste lasciuus puer.* pueri figura Cupido fingitur. Molochus de amore fugitiuo: *ἔσθ' ὁ πῦρος.* Marull.

Quis puer hic? Veneris. plena qua causa pharetra:
Non bene prouisus certa quod arma mouet.
Cur sine veste deus? simplex puer odit opertum.
Vnde pueri: pueros quod facit esse senes.
Porro locus hic in scriptis cod. plerisque sic legitur:
Impotens flammis simul & sagittis

PH. *Prohibere ratio nulla periturum potest,*
Vbi quis mori constituit, & debet mori.
NVT. *Solamen annis vnicum fessis, hera.*
Si tam proteruus incubat menti furor,
Contemne famam: fama vix vero fauet,
Peius merenti melior, & peior bono.
Tentemus animum tristem & intractabilem:
Meus iste labor est, aggredi iuuenem ferum,
Mentemq; seuam flectere immitis viri.

CHORVS.
Sapphici & Anapæstici.

Diva non mihi generata ponto;
Quam vocat matrem geminus Cupido.
Impotens flammis simul & sagittis
Iste lasciuus puer, & renidens,
Tela quam certo moderatur arcu!
Labitur totas furor in medullas,
Igne furtiuè populante venas:
Non habet latam data plaga frontem;
Sed vorat tectas penitus medullas.

Nulla pax istī puero: per orbem
Spargit effusas agilis sagittas,
Qua q; nascentem videt ora solem,
Qua q; ad Hesperias iacet ora metas,
Si qua feruenti subiecta Cancro est,
Si qua Parrhasia glacialis Vrse

Semper errantes patitur colonos,
Nouit hos æstus. iuuenem feroces
Concitat flammæ, senibusq; fessis
Rursus exstinctos reuocat calores:
Virginum ignoto ferit igne pectus,
Et iubet calo superos relicto

Vultibus falsis habitare terras.
Thessali Phæbus pecoris magister
Egit armentum, postiq; plectro
Impari tauros calamo vocauit.
Induit formas quoties minores,

Iste lasciuus puer & renidens
Tela quam certo moderatur arcu!
Labitur totas furor in medullas,
Igne furtiuè populante venas.
& paulo post idem continent;
Qua q; nascentem videt ora solem,
Qua q; ad Hesperias iacet ora metas.

Ipse qui cælum nebulasq; ducit?
300 *Candidas ales modo mouit alas,*
Dulcior vocem moriente cygno:
Fronte nunc toruâ petulans iuuenens
Virginum strauit sua terga ludo,
Perq; fraternos noua regna fluctus,
305 *Vngulâ lentos imitante remos,*
Pectore aduerso domuit profundum,
Pro sua vector timidus rapinâ.
Arsit obscuri dea clara mundi
Noctē desertâ, nitidosq; fratres
310 *Tradidit currus aliter regendos.*
Ille nocturnas agitare bigas
Discit, & gyro breuiore flecti.
Nec suum tempus tenuere noctes,
Et dies tardo remeauit ortu,
315 *Dum tremunt axes grauiore curru.*
Natus Alcmenâ posuit pharetram,
Et minax vasti spoliū leonis,
Passus aptari digitis smaragdos,
Et dari legem rudibus capillis:
320 *Crura distincto reliquit auro,*
Luteo plantas cohibente socco:
Et manu, clauam modo quæ gerebat,
Fila deduxit properante fuso.
Vidit Perses, ditusq; ferax
325 *Lydia regni, deiecta feri*
Terga leonis, humerisq; quibus
Sederat alti regia cali,
Tenuem Tyrio stamine pallam.
Sacer est ignis (credite lasis)
330 *Nimumq; potens, quâ terra salo*
Cingitur alto; qua q; atherio
Candida mundo sidera currunt.
Hæc regna tenet puer immitis,
Spicula cuius sentit in imis
335 *Cerulus vndis grex Nereidum,*
Flammamq; nequit releuare mari.
Igenes sentit genus aligerum.
Venere instinctus suscipit audax
Grege pro toto bella iuuenens.
340 *Sic coniugio timere suo,*
Poscunt timidi prælia cerui,
Et mugiliu dant conceptis

299 *Nebulasq; ducit.* plurimæ membra na: *fecit*, pro *ducit*.
301 *Dulcior vocem moriente cygno.* Callimachus, Aeschylus, Theocritus, Aristophanes, Antipater, Euripides, Plato, Aristoteles, Aegyptij sacerdotēs, Philostratus, Oppianus, Tzetzes, Lucretius, Ouidius, Seneca, Martialis, nec non Cicero Tuscul. quaest. 5. Wottonus lib. 7. cap. 148. & Hieron. Cardanus de subtilit. libro 10. testantur cygnos cum cātu & voluptate mori. Athenæus verò, Aelianus, Plinius, & ex recentioribus Iul. Scaliger exercitat. ad Cardanum libro 15. nec non Brodeus comment. in Epigr. Græca, & Pierius lib. 23. Hieroglyph. totum illud fabulosum esse contendunt. quorū sententiam, quia veritati consentaneâ cōperio, lubes amplector.

Cygnus. sic Ouidius, in epigr.
Sic ubi fata vocat vatis abiectus in herbis
Ad vada Maanari concinit albus olor.
& Factorum 2.

Flebilibus numeris velati canentia dura
Traiectus penna tempora cantat olor.

304 *Perq; fraternos.* per mare Neptuni, qui apud Homerum Iliad. 4. ait:

ἔστι γὰρ τ' ἐν Κεχρύου εἰρη ἀδελφοί, οὐς
τέκετ' εἴη,
Ζεὺς καὶ ἑγὼ, τριτάτος δ' Ἀΐδης ἐν ἑργιστῶν
ἀνάσσει.
ἄσπιδά γ' ἀνὰ πῦρ δόδυσαι, ἔκαστος δ' ἑμ-
μορε τιμῆς.
ἦ τ' ἐργῶν ἑλέσθην πολλὴν ἀλὰ νεύεσθαι αἰεὶ
πολλοῦ μιν.

Nauius, in carmine belli Punici;
Summi deum regie fratrem Neptunum,
regnatores marium.

Mala regna. hoc malim propter maris naturam, quam noua regna, quod in Winckeliano cod. habetur.

308. *Arsit obscuri dea clara mundi.* Luna, testibus Theocrito eiol. 3. & 21. Catullo, & Ouidio, Endymionem, Calyces & Actij, seu Iouis F. amauit, eique in montibus Aetlenis concubuit, vt scribit Rhianus & Nicaner historicus. fictionis causam habes apud Plinium, in naturali historia.

Obscuri dea clara mundi. pleriq; eandē Lunam, Dianam, ac Proserpinā esse contendūt.

315 *Deiecta.* in meo m. l. est *reiecta*.
317 *Igenes sentit genus aligerum.* Virgil. 3. Georg.

Omnis aded genus in terris hominumq;
ferarumq;
Et genus equorum, pecudes, pictaq; uolucres

In furias, Veneremq; ruunt. amor omnibus idem.

318 *Venere instincti, quam magna: tres lib.*

Signa

M 2.

380. *Perfusa nives*. Sic Ovidius lib. 1. 2. mor. eleg. 8.
Suspensaq; diu lacryma fluxere per ora,
Qualiter abiciat de nive manat aqua.
 383 *Solitos amictus mente non sanã ab-*
nuit. de Scylla Valerius, in Cyri;
Non storace Idao flagrantis picta capillos,
Cognata non teneris pedibus Sicyonia ser-
uans,
Non niueo retinens baccata monilia collo-
 386 *Seres*. noſter, Hercule Octavo;
Qua Phœbeis subditus Euris
Legit Eois Ser arboribus.
 de serico multa Titaquellus in legibus con-
 nub. Quo verò tempore texendi serici arti-
 ficium Occidentis innotuerit, docet ex Or-
 thone Phrisingensi Biffonius, de verb. signi-
 ficat. lib. 17.
 389 *Diducat*. o. v. l. *deducat*, rectè: *deducat*
 autem pondere suo.
 490 *Assyrio*. odores Assyrij fuerunt in ma-
 gno pretio apud veteres. vnde Catullus;
Fragrantem Assyrio venit odore domum.
 Tibullus;
Nò soror, Assyrios cineri que dedit odores.
 Senecam de amono loqui existimo.
 394 *Hastile Theſſalicum*. Euripides,
Ἡστιάδος ἄγανος.
 397 *Atticum pulsans solum*. Lyfias ora-
 tor prodidit Amazonas primas mortalium
 equo vſas fuiſſe, & gratiã roboris periclitãdi,
 cum alia percurriſſe loca, tum Atticã etiam;
 in qua ãgre tandem vinci potuerint. Hella-
 nicus Lesbius ſcripſit illas, vt in Atticam per-
 uenirent, Thracium Boſporum gelu conſtri-
 ctum (qua de re vide Plutarchum, in The-
 ſeo) equis plauiſtris que traiciffe: quo tẽpore
 Antiope capta, poſtea Theſeo Hippolytum
 peperit, auctore, poſt Heraclidem Ponticum,
 Iſacio in Lycophronem.
 399 *Lunatã peliã*. Virgilius;
Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltiã.
 404 *Regina nemorum*. viri amantes, ſolem,
 feminã lunam precabantur. reſtes Seneca
 hoc loco, Euripides in Hippolyto, & Theo-
 critus *ἰδὸν β'*. cuius Scholiaſtes huius con-
 ſuetudinis varias rationes reddit, multa etiam
 Cælius lib. 5. c. 6.
Qua montes colis. Horatius;
Montium custos, nemorumq; virgo.
 410 *Hecate triformis*. Vide ſup. Med.
 verſ. 7. in Comment.
 414 *Inuert mentem*. o. v. l. *innecte*. eodem
 verò verſu ex iisdẽ duo deteriores; *aduerſus*.
 417 *Lunã cornua tribuuntur etiã* ab Oui-
 dio, Horatio, Lucano, Statio, Solino & Mar-
 tiano Capella: quorum testimonia profere
 nihil eſt neceſſe, iccirco pictores, ſculptores &

Tepido madescunt imbra perfusa nives.
Sed en patescunt regia fastigia.
Reclinet ipsa sedis aurata toro,
Solitos amictus mente non sanã abnuit.
 PH. *Remouete famula purpurã atq; auro illitas*
Vestes, procul sit muricis Tyrj rubor,
Qua fila ramis vltimis Seres legunt.
Breuis expeditos zona constringat sinus,
Cervix monili vacua: nec niueus lapis
Deducat aures, Iudici donum maris.
Odore crinis sparsus Assyrio vacet.
Sic temere iacta colla perfundant coma,
Humerosq; summos: cur sibus mota citis
Ventos sequantur. laua se pharetra dabit,
Hastile vibret dextra Theſſalicum manus.
Talis seueri mater Hippolyti fuit.
Qualis relictis frigidis ponti plagis,
Egit cateruas, Atticum pulsans solum
Aut Tanais, aut Maotis, & nodo comas
Coegit, emisitq; lunatã lauis
Profecta peliã: talis in siluas ferar.
 NVT. *Sepone queſtus. non leuat miseros dolor,*
Regina. sanus ecquis est flammis modus?
Agreste placa virginis numen dea.
Regina nemorum, sola que montes colis,
Et vna solis montibus coleris dea,
Conuerſe tristes omnium in melius minas.
O magna siluas inter & lucos dea,
Clarumq; celi sidus, & noctis decus;
Cuius retinet mundus alternã face,
Hecate triformis: en ades ceptis fauens,
Animum regentem tristis Hippolyti doma:
Amare discat, mutuos ignes ferat,
Det facilis aures, mitiga pedus ferum,
Innecte mentem: toruus, auersus, ferox,
In iura Venereis redeat, huc vires tuas
Intende. sic te lucidi vultus ferant,
Et nube ruptã cornibus puris eas.
Sic te regentem frena nocturni atheris
Detrahere nunquam Theſſali cantus queant,
Nullusq; de te gloriam pastor ferat.
Ades inuocata. iam fauet votis dea.
Ipsam intueor solenne venerantem sacrum,
Nullolatus comitante. quid dubitas? dedit

380
385
390
395
400
405
410
415
420

Tempus locumq; casus. utendum artibus.
 425 *Trepidamus? haud est facile mandatum scelus*
Audere: verum iusta, qui reges timet,
Deponat, omne pellat ex animo decus.
Malus est minister regj imperj pudor.

HIPPOLYTUS. NVTRIX.

HIP. *Quid huc seniles fessa moliris gradus*
 430 *O fida nutrix, turbidam frontem gerens,*
Et mœsta vultus? sospes est certè parens,
Sospesq; Phœdra, stirpis & gemina iugum.
 NVT. *Metus remitte. prospero regnum in statu est,*
Domusq; florens sorte felici veget.
 435 *Sed tu beatis mitior rebus veni:*
Namque anxiam me cura sollicitat tui,
Quod te ipse pœnis grauibus infestus grauas.
Quem fata cogunt, hic quidem viuat miser:
At si quis vltro se malis offert volens,
 440 *Seq; ipse torquet; perdere est dignus bona,*
Quis nescit vti. potius annorum memor,
Mentem relaxa, motibus festis facem
Attate fruire, mobili cursu fugit.
 445 *Nunc facile peccus, grata nunc iuueni Venus,*
Exsultet animus. cur toro viduo iaces?
Tristem iuuentiam solue. nunc luxus rape,
Effunde habenas. optimos vitã dies
Effluere prohibe propria descripsit Deus
 450 *Officia, & animum per suos ducit gradus.*
Latitia iuuenem, frons decet tristis senem.
Quid te coèrces, & necas rectam indolem?
Seget illa magnum fenus agricola dabit,
Quæcumque latis tenera luxuriat satis;
 455 *Arborq; celso vertice enitcet nemus,*
Quam non maligna cedit aut resecat manus.
Ingenia melius recta se in laudes ferunt,
Si nobilem animum vegeta libertas alit.
Truculentus, & siluester, & vita inscius,
 460 *Tristem iuuentiam, Venere desertã, colis.*
Hoc esse munus credis indictum viris,
Vt dura tolerent, cur sibus dormitent equos,
Et Marte seua bella sanguineo gerant?
 465 *Prouidit ille maximus mundi parens,*
Cum tam rapaces cerneret facti minas,

ceteri formarum exprimentarum artifices;
 Dianæ seu Lunæ duo semper veluti paruulã
 cornua affingunt. cuius moriseriam Clau-
 dianus de raptu Proserp. lib. 2. meminit;
 Hic Hyperionio solem de fomina nasci
 Ecceat & pariter Lunam, seu disparẽ
 forma,
 Aurora noctisq; duces. cunabula Tethys
 Præbet, et infantes gremio solatur anhelos,
 Cereleusq; sinus rosas radiatur alumna:
 Inualidum dextro portat Titana lacerto
 Nondum luce graud. nec pubescitibus aliẽ
 Cristatum radiis. primo clementior auro
 Fingitur, & tenevum vagis despuis ignẽ.
 Laua parte soror vitrei libamino potat
 Vberis, & paruo signantur tempora cornu.
 In his doctis. veribus exponendis Partha-
 sius & Cælius valde laborauerunt, nec tamen
 omnia sunt assecuti: ego fortassis aliquando
 latius id exlequat.
 432 *Stirpis & gemina iugum*. vtriusque
 matrimonij liberi, ego, Demophoon & An-
 tigonus: quos duos posteriores Phœdra The-
 ſeo peperit. Plutarch. in Theſ.
 437 *Grauas*. pro eo in q. v. l. est *domas*, &
 sequenti proximè verſu habetur; *Quem fa-*
ta cogunt, ille est cum venia miser.
 444 *Mobili cursu fugis*. ætatem iccirco
 Ouidius volatilem dixit. meritò. ætatis enim
 cursus idem qui temporis. at tempus non est
 omnino, vel vix & obſcurè est, quia alia eius
 pars præterit & non est, alia inſtat & nõdum
 est: & quod constat ex partibus que nõ sunt,
 vix videtur eſſe poſſe, auctore Ariſtot. lib. 4.
 Phytic. vnde Lucretius:
Tempus itẽ per se non est. sed rebus ab ipſis
Conſequitur ſenſus, tranſactum quid ſit
in auro,
Tum qua res inſtet, quid porro deinde ſe-
quatur.
Nec per se quemquam tempus ſentire fa-
tendum eſt,
Semotum ab rerum motu placidã quiete.
 447 *Iuuentiam Virgil. lib. 4. Aeneid.*
Solãna perpetua mœrens carpere iuuenta.
 448 *Optimos vitã dies*. vt enim matuti-
 num tempus dici pars potiõs sic iuuentus vi-
 tæ pars melior existimanda est.
 450 *Ducit. m. l. duxit*, quemadmodum
 deſcripſit.
 455 *Euincit. v. l. in futuro.*
 464 *Prouidit, &c.* hunc verſum citat Ra-
 phaël Cumanus ad l. r. au. 4. D. ſolut. matri-
 monio. ſed mendosè.

Tem-

V

*Vt damna semper sobole repararet noua.
Excedat, aegedum, rebus humanis Venus,
Quae supplet ac restituit exhaustum genus,
Orbis iacebit squallido turpis situ, 476
Vacuum sine ullis classibus stabit mare,
Alesq; calo deerit, & siluis fera,
Solis & aer. peruius ventis erit.
Quam varia lethi genera mortalem trahunt, 477
Carpuntq; turbam; pontus, & ferrum, & doli.
Sed fata credas deesse? sic atram Styga
Iam petimus ultro. calibem vitam probet 478
Sterilis iuuentus: hoc erit, quicquid vides,
Vnius aui turba, & in semet ruet.
Proinde vita sequere naturam ducem,
Vrbem frequenta; ciuium caetus cole. 480
HIP. Non alia magis est libera, & vitio carens,
Ritusq; melius vita qua priscos colat;
Quam qua, relietis manibus, siluas amat.
Non illum auaræ mentis inflammat furor,
Qui se dicant montium in fontem iugis; 485
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non pestilens inuidia, non fragilis fauor:
Non ille regno seruit, aut regno imminens
Vanos honores sequitur, aut fluxas opes,
Spei metusq; liber. haud illum niger 490
Edaxq; liuor dente degeneri petit:
Nec scelera populos inter atque vrbes sita
Nonit, nec omnes conscius strepitus pauet:
Haud verba fingit: mille non quarit tegi
Diues columnis, nec trabes multo insolens 495
Suffigit auro. non cruor largus pius
Inundat aras, fruge nec sparsi sacra
Centena niuei colla submitunt boues:
Sed rure vacuo potitur, & aperio aethere
Innocuus errat: callidam tantum feris 500
Struxisse fraudes nouit, & fessus graui
Labore, niueo corpus Ilisso fouet.
Nunc ille ripam celeris Alpei legit:
Nunc nemoris alti densa metitur loca,
Vbi Lerna puro gelida perlucet vado, 505
Sedemq; mutat. hic aues querula fremunt,
Ramiq; ventis lenè percussî tremunt,
Veteresq; fagi. iuuat hic aut amnis vagi
Preßisse ripas, cespitè aut nudo leues*

§02 Ilisso. sic in o. v. l. legitur, & est Ilissus Platonî, Ptolemæo, Eustathio, Melæ, Plinio & Papinio notus:

§06. Sedemq; m. f. sedesq;. Aues querula. Claudianus; Et murmur querula blandius alite;

§08 Iuuat aut amnis, &c. Horatius; — nunc leui membra sub arbuto Stratum, nunc ad aqua lenè caput sacra.

Duxisse

510 *Duxisse somnos: siue fons largus citas
Defundit vndas, siue per flores novos
Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.
Excussa siluis poma compeſcunt famem,
Et fraga paruis vulsa dumeris cibos
515 Faciles ministrant. regios luxus procul
Est impetus fugisse: sollicito bibant
Auro superbi. quam iuuat nudâ manu
Captasse fontem? certior somnus premit,
Secura duro membra versantem ioro.
520 Non in recessu furta, & obscuro improbus
Quarit cubili, seq; multiplici timens
Domo recondit: athera ac lucem perit,
Et teste calo viuit. hoc equidem reor
Vixisse ritu prima quos, mistos deis,
525 Profudit atas: nullus his auri fuit
Cecus cupido, nullus in campo sacer
Diuisit agros, arbiter populis lapis.
Nondum secabant credula pontum rates:
Sua quisque norat maria. non vasto aggere
530 Crebraq; turre cinxerant vrbes latas:
Non arma saua miles aptabat manu,
Nec torta clusas fregerat saxo graui
Balistâ portas: iussa nec dominum pati
Iuncto ferebat terra seruitium boue.
535 Sed arua per se facta, poscentes nihil
Pauere gentes: silua natiuas opes,
Et opaca dederant antra natiuas domos.
Rupere fœdus, impius lucri furor,
Et ira praeceps, quaq; succensas agit*

516 Est impetus fugisse. hanc phrasim apud Nasōnem lib. 2. 5. 6. 8. & 9. Metamor. & passim in epist. & alibi, plus decies obseruauit.

Sollicito bibant. m. f. bibunt. Sollicitum verò aurum accipe, quemadmodum apud Tibullum;

Somnus sollicitas desicit antefores. 518 Celer somnus. aliquot membranæ; certior somnus.

526 Cecus cupido. cæcum vocat, quia quâ eo exagitatur, cæci fiunt; neq. quid pulcrum, quid turpe, quid vtile, quid perniciosum videre possunt. quamobrem amorem cæcum pingi voluerunt Aristoteles lib. 7. Ethicor. ad Nicomachum cap. 9. (si modo ipse, & non Nicomachus, quod Ciceroni in lib. de finibus placuit, operis illius auctor est) & Orribasius Euporist. lib. 1. c. 22. quod scilicet coitus prudentiæ & ingenij animique robori plurimum obicit: omnis autem à Venere abstinentia animi vires maximè corroboret, teste Simplicio in Ezechir. Epist. cap. 43. Non ignoro fuisse nonnullos qui aliam rationem istius fictionis tradiderint, eosque magni nominis viros Aristotelem probl. 4. cap. 2. & 3. & ibi Pet. Aponensem, & c. 3. Galenū lib. 4. & τὸν 8. Actium Tetrabib. 2. ferm. 3. cap. 40: qui omnes putarunt amorem cæcum dici, quia immodica libido oculis plurimum noceat. Sed & Stephanus Foreatulus, in Cupidine iuri sperito, & alij nonnulli rectè hanc fictionem excogitatam fuisse negarunt; amorem oculatum pingi debere censeantes, verum his omiſſis ad alia pergamus.

Nullus in campo sacer. Iuuenalis; Aut sacrum effodit medio de limite saxū. Sed quare sacrum? an quia Numa Terminū pro Deo coli, eiq; hostias inanimas credi voluit, atque illi templum constituit, vt Plutarchus in Numa & in Romauis, Ouid. 2. Fa-

storum docent? postmodum tamen etiam agnam illi immolari consueuisse videtur colligi ex illo Horatij;

Et agna fastus casa Terminalibus. Prudentius quoque (nifallor) in libris contra Symmachum auctor est extis gallinæ Terminali fieri solitum. Porro ea sacra sub die fiebant. nam vt Paulus festi abbreviator scribit; Terminis quo loco colebatur, super eum foramen patebat in recto, quod nefas esse putarent Terminum intra tectum consistere, idem Paulius; Terminali, inquit, sacrificabant, quod in eius tutela fines agrorum esse putabant. denique Numa Pompilius statuit eum qui Terminum exarasset, & ipsum, & boues sacros esse. Vnde apparet rectius hanc Numæ legem conceptam fuisse à Lud. Charonda in lib. Veterum leg. Rom. quam à Ioanne Oroscio in l. 5. num. 29. D. de Iustit. & iure. quam legem falsò Balduinus, in commentario de τὸν 8. Iustiniani, statim in principio, duodecim tabulis tribuit.

527 Diuisit agros arbiter populis lapis. Tibullus: — non fixus in agris. Qui reget certis finibus arua lapis. potuit etiam noster hoc ab Ouidio lib. 3. amor. eleg. 7. aut lib. 2. Pastor. desumere. De finib. & terminis fratres Aruales cognouisse docet Cuiacius lib. 1. 1. obseruat. cap. 5.

528 Nondum secabant. Tibullus lib. 1. Nondum caruleas pinus contemserat vndas. Effusum ventis præbueratq; sinum. 530 Vrbes lacus. hoc est, fossæ perpetuam habentes aquam, l. vni. D. vt in sum. publ. l. vn. in fin. D. de ripa munien. meus codex scripsit & alter collegij Winckeliani habent, vrbes latas, quod non recipio. natum ex; lacus.

534 Iuncto ferebat terra. & hoc quoque Tibullus lib. 1. eleg. 3. tradidit, ad cuius imitationem hæc fortassis scripta sunt, vel sanè ad Hesiodi.

N

Speculare; lucem merge, & in tenebras fuge.
 Cur dextrâ diukm rector atque hominum vacat
 Tua? nec trisulcâ mundus ardescit face?
 In me tona, me fige, me velox cremet
 Transactus ignis, sum nocens, merui mori:
 Placui nouerca, dignus an supris ego?
 Sceleriq; tanto visus ego solus tibi
 Materia facilis? hoc meus meruit rigor?
 O scelere vincens omne femineum genus!
 O maius ausa matre monstriferâ malum,
 Genitrice peior! illa se tantum stupro
 Contaminauit, & tamen tacitum diu
 Crimen biformi partus exhibuit notâ;
 Scelusq; matris arguit, vultu truci,
 Ambiguus infans: ille te venter tulit.

O ter quaterq; prospero fato dati,
 Quos hausit, & peremit, & leitho dedit
 Odium, dolusq; genitor inuideo tibi.
 Colchide nouerca maius hoc, maius malum est.

PH. Et ipsa nostra fata cognosco domus,
 Fugienda petimus, sed mei non sum potens.
 Te vel per ignes, per mare insanum sequar,
 Rupesq; & amnes, vnda quos torrens rapit.
 Quacunque gressus tuleris, hac amens ferar:
 Iterum superbe genibus aduoluo iuis.

HIP. Procul impudicos corpore à casto amoue
 Tactus, quid hoc est? etiam in amplexus ruit?
 Stringatur ensis, merita supplicia exigat.
 En impudicum crine conuerto caput
 Lauâ reflexi, iustior nunquam focis
 Datus iuis est sanguis, arcitenens dea.

PH. Hippolyte, nunc me compotem voti facis,
 Sanas furentem, maius hoc voto meo est;
 Saluo vt pudore manibus immortalis tuis.

HIP. Abscede, viue, nequid exores. & hic
 Contactus ensis deserat castum latus.
 Quis eluet me Tanais? aut quæ barbaris
 Maotis vndis Pontico incumbens mari?
 Non ipse toto magnus Oceano pater
 Tantum expiarit sceleris. ô silua! ô fera!

NV. Deprensa culpa est, anime quid segnis stupes?
 Regeramus ipsæ crimen, atque vltro impiam
 Venerem arguamus, scelere velandum est scelus.
 Tutissimum est in ferre, cum timeas gradum.

680

685

690

695

700

705

710

715

688 Biformis, meus vet lib. biformi, melius pmaino.

691. O terq; quaterq; prospero fato dati. Homerus Odyll. 4.

Oraculum Clarium, apud Paulaniam: τριτομάκκαρες κείνοι ηγί τετρατάκκαρες εσανται.

Virgilius 1. Aeneid.

— ô terq; quaterq; beati propter numeri septenarij perfectionem.

694 Colchide. Medea, quæ nouerca fuit tua, longè peior hæc mea nouerca, illa te occidere tentauit, hæc me ad incestum inuitat.

697 Te vel per ignes, per mare insanum sequar, Rupesq; Horatius:

Impiger extremos currit mercator ad indos,

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

In Euangelio; Circuitis mare & aridam.

699 Amens ferar, sic quidam m. f. alij agar, nonnulli sequar.

714 Non ipse toto. Catullus: Suscipit, ô Gelli, quantum non vltima Tethys,

Non genitor vndarû abluat Oceanus, Seneca, in Hercule Furente actu 5.

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica:

Violentus vnda Tigris, aut Rhenus ferax,

Tangitve Ibera turbidus gaza fluens Abluere dextram poterit? Arctoum licet Maotus in me gelida transfundat mare,

Et tota Tethys per meas currat manus; Hæretis altum facinus —

Ausa

720 Ausa priores simus, an passa nefas,
 Secreta cum sit culpa, quis restis sciet?
 Adeste Athene, fida famulorum manus
 Fer opem, nefandi raptor Hippolytus stupri
 Instat, premittiq; mortis intentans metum;

725 Ferro pudicam terret, en præceps abit,
 Ensemq; trepidâ liquit attonitus fugâ.
 Pignus tenemus sceleris, hanc mæstam prius
 Recreate, crinis tractus, & lacera coma,
 Vt sunt remaneant: facinoris tanti notas

730 Referte in urbem, recipe iam sensus hera.
 Quid te ipsa lacerans omnium aspectum fugis?
 Meus impudicam facere, non casus, solet.

CHORVS.

Sapphici & Choriambici, insertis duobus Adoniis, & tribus Dactylicis.

Fugit insana similis procella,
 Ocyor nubes glomerante Coro,
 735 Ocyor cursum rapiente flammâ;
 Stella cum ventis micat orbe pleno;
 Porrigit ignes.
 Conferat tecum decus omne præscutum
 Fama miratrix senioris eui:

740 Pulchrior tanto tua forma lucet,
 Clarior quanto micat orbe pleno;
 Cum suos ignes coeunte cornu
 Iunxit, & curru properante pernox
 Exserit vultus rubicunda Phœbe,

745 Nec tenent stella faciem minores.
 Qualis est, primas ferens tenebris
 Nuncius noctis, modo lotus vndis
 Hesperus; pulsus iterum tenebris
 Lucifer idem.

750 Et tu thyrsigerâ Liber ab Indiâ,
 Intonsâ iuuenis perpetuum comâ,
 Tigres pampineâ cuspide territans,
 Ac mirâ cohibens cornigerum caput,
 Non vinces rigidas Hippolyti comas.

755 Ne vultus nimium suspicias tuos,
 [Omnes per populos fabula distulit,]
 Phædra quem Bromio prætalerit soror,
 Anceps forma bonum mortalibus,

737 Corripit. o. v. l. porrigit. hoc est, quosdam ex se radios quasi emittit.

741 Clarior quanto. eadem similitudine vtitur Horatius: — micat inter omnes Iulium sidus, velut inter ignes Luna minores.

742 Suos ignes. sui vox proprietatem & dominium quoddam in re significat. at lunam dictam volunt, quod luce luceat aliena. qua in sententia apud Plutarchum, in lib. contra Colotē epicureū, est Parmenides hoc versu: Νουρι φάσσι γαίαν ἀλάτρου, ἀλάτρου φάσσι.

vnde ait Catullus, in secular. carmine; — notho est dicta lumine luna.

Errantne ergo Seneca? nequaquam. quia Epicuro, vt in eius vita scribit Laërtius, placuit fieri posse, vt Luna, & à seipsâ, & à Sole lumen habeat. Chaldaei verò lunam proprij & perpetui luminis composit esse voluerunt, si Apuleio in lib. de Deo Socratis credimus.

747 Modò lotus vnda Hesperus. antiqui credebant humore siderum splendorem accendi. ex qua etiam opinione noster Apollo cecinit:

Qualis vbi Oceani per fusus Lucifer vnda Exulit os sacrum —

Eum noster potius hoc loco imitatus fuit, quam Homerum Iliad. 21.

751 Intonsâ iuuenis. Tibullus: Solis æterna est Baccho Phœboq; iuuenta.

Nâ decei intonsi crinis vtrumq; Deū.

753 Cornigerum caput. Euripides Bacchū vocat ἄκων κωνίτην, Orpheus δὴν ἄκων, Sophocles βέντην. Propertius lib. 3.

Quod superest vita per te & tua cornua viuam,

Virtutisq; tua Bacche potis a ferar.

Consule Athenæum lib. 11. δὴ πρὸ σοφ. Eustathium Iliad. 8. & Nicandri in Alexipharmac. Scholiasten.

758 Anceps forma bonum. hoc & sequentem cum floribus comparationē multi poetæ vsurparunt. Seneca Herc. Oetziactu 2.

Vt alta siluas forma verantes alit, Quas nemore nudo primus inuestit tepor.

At cum solutos expulit Boreas notos, Et saua totas bruma discussit comas,

Deforme foliis aspiciu truncus nemus: Sic nostra longum forma percurrens iter Deperdit aliquid semper & fulget minus.

Theocritus, c. 1. ἐγὼ δὲ: ἢ τὸ πῶδον κελὸν ἐστὶ, ἢ ὁ χροῖν & αὐτὸ κελὸν ἐστὶ, ἢ τὸ ἰόν κελὸν ἐστὶ, & παρὰ τῆς ἰδίων τὸ κελὸν ἐστὶ, ἢ παρὰ τῆς κελῶν.

Exiguè

ἀ δὲ ἄνδρα λυγρὰ, καὶ τὰ κενεῖα ἀνίκια παρὰ τῆς, &c.
 Virgilius:
 Collige virgo rosas, dum flos nouus & noua pubes,
 Et memor esto annuum sic properare tuum.
 Ouidius 2. de arte:
 Forma bonū fragile est, quantumq; accedit ad annos,
 Fit minus, & spacio carpitur illa suo:
 Nec semper viola, nec semper lilia florent,
 Et riget amissā spina relicta rosa.
 Nemesianus, ecloga vlt.
 Non hoc semper eris, perdunt & gramina flores,
 Perdit spina rosas, nec semper lilia cadunt,
 Nec longum tenet vna coma, nec populus umbras.
 Donum forma breue est.
 Iul. Scaliger:
 Aspice conspicuos cali vernantis honores;
 Cum facit hos in te quos imitetur habet.
 Hos tibi ver Venus ipsa suo sinxere labores,
 764 Et noctem membranæ; & noctes.
 Breuibus æstiuā nox breuior hyberna.
 Ouidius 2. de Ponto:
 Longa dies citior brumali tempore, noxq;
 Tarāior hyberna solstitialis erit.
 sequitur enim:
 Quam tibi nostrarū veniant obliuia rerū.
 adde quæ dicam infra Agamem. nu. 53.
 766 Grata capiti. quia capitis dolorem
 leniunt.
 772 Tempus sed. in o. v. l. continetur; tem-
 pus te.
 775 Te nemore abditum, &c. Claudian.
 Cum, post labores, sub platani voles
 Virentis umbra, vel gelido specū
 Torrentiorē fallere Syrium,
 Et membra somno fessa resolveris;
 O quantus vret tum Dryadas calor!
 Quas æstuantēs, ancipit gradus,
 Furtiuā carpent oscula Naiades!
 778 Solita propter Hylam hoc dicitur; cuius
 raptus, Theocriti, Propertij, & M. Flaminij
 scriptis notissimus est. recte ait solita. nam ex
 vno actu consuetudo præsumitur, vt colli-
 gunt dd. nostri ex l. Mela, D. de alimen. leg.
 nescio quā recte.
 781 Panes quas. in exemplari Ascensiano
 versus hic non habetur.
 782 Stellifero polo. poeta, nescio quis;
 Et maria & terras stelliferumq; polum.
 783 Sidus post veteres Arcadas editum.
 Luna. Aristophanis. Scholiastes refert Arca-
 des ante Lunam natos fuisse: ideo à Lyco-
 phrone ἀστέλλωσι dicuntur. Apollonius
 Argonaut. d.
 Ἀστὴρ δὲ, εἰ δὲ ἀστέρας σελήνης ἰδέονται.
 Nonnus, Dionys. m.
 Ἀστὴρ δὲ ἐπὶ τῆς σελήνης ἰδέονται ἢ μὲν
 ἀστὴρ ἐστὶν ἢ φάειδοντος, ἢ δὲ φάος ἢ αἰ-
 δῶν.

Cuitorum simili tempore seruit opus.
 Candida luteolis arriant lilia calthia:
 Luteola at violis calthula pallidulis.
 Vis & Acidalio lucentes sanguine flores,
 Ipsa videre tuas luce referre genas?
 Quidnā opus est, qua flos florū es, tibi mittere flores?
 Quam paruo vt videas tempore forma viget.
 eleganter etiam Marullus, inique tantum à Scaligero
 contemptus:
 Has violas atq; hæc tibi candida lilia mitto,
 Legi hodie violas, candida lilia heri.
 Lilia, vt instantis moneatur virgo senectæ,
 Tam citò qua lapsis marcida sunt folijs:
 Ille vt vere suo doceant ver carpere vita,
 Inuida quod miseris tam breuo Parca dedit.
 Angerianus:
 Si quaris donum, quid vult sibi tale corolla?
 Vt vivet hæc, paruo tempore forma vires.

Exigui donum breue temporis,
 Vt velox celeri pede laboris.
 Non sic prata nouo vere decentia
 Astatis calidæ dispoliat vapor,
 Sæuit solstitio cūm medius dies,
 Et noctem breuibus præcipiat rotis.
 Languescunt folio vt lilia pallido,
 Et grata capiti deficiunt rosæ.
 Vt fulgor, teneris qui radiat genis,
 Momento rapitur, nullaq; non dies
 Formosi spoliū corporis abstulit.
 Res est forma fugax, quis sapiens homo
 Confidat fragilib; dum licet, utere.
 Tempus te tacitum subruunt, horaq;
 Semper præteritā deterior subit.
 Quid deserta petis? intior auis
 Non est forma locis: te nemore abditum
 Cūm Titan mediuū constituit diem,
 Cinget turba licens, Naiades improba,
 Formosos solitæ claudere fontibus:
 Et somnis facient insidias tuis
 Lascina nemorum multiuaga dea,
 Panes quas Dryadas montiuagi petunt.
 Aut te stellifero despiciens polo
 Sidus, post veteres Arcadas editum,
 Currus non poterit flectere candidos:
 Et nuper rubuit, nullaq; lucidis
 Nubes sordidior vultibus obstitit.
 At nos solliciti lumine turbido,
 Tractam Thesalicis carminibus rati.

Tinnus-

Tinnitus dedimus. tu fueras labor,
 790 Et tu causa mora: te dea noctium
 Dum spectat, celeres sustinuit vias.
 Vexent hanc faciem frigora parcius,
 Hæc solem facies rariū appetat,
 Lucebit Pario marmore clarior.
 795 Quam grata est facies torua viriliter,
 Et pondus veteris triste supercili!
 Phæbo colla licet splendida compares:
 Illum casaries, nescia colligi,
 Perfundens humeros ornat, & integit:
 800 Te frons hirta decet, te breuior coma
 Nullâ lege iacens: tu licet asperos
 Pugnacesq; deos viribus arceas,
 Et vasti spacio vincere corporis,
 Aquas Herculeos iam inuenis toros,
 805 Martis belligeri pectore latior.
 Si dorso libeat cornipedis vehi,
 Frenis Castoreâ mobilitor manu
 Spartanum poteris flectere Cyllarum.
 Amentum digitis tende prioribus,
 810 Et totis iaculum dirige viribus:
 Tam longè, dociles spicula figere,
 Non mittent gracilem Cretes arundinem.
 Aut si tela modo spargere Parthico
 In celum placeat, nulla sine alite
 815 Descendent tepido viscere condita,
 Pradam de medijs nubibus afferes.
 Raris forma viris (secula prospice)
 Impunita fuit: te melior deus
 Tutum prætereat, formaq; nobilis
 820 Deformis senij limina transeat,
 Quid sinat inausum femine præceps furor?
 Nefanda iuueni crimina insoni parat.
 In scelere quarit crine lacerato fidem,
 Decus omne turbat, capitis humectat genas:
 Instrui-

760
765
770
775
780
785

Eudoxus ἐν γῆς περιόδῳ:
 Ἄρκαδες δὲ καὶ οἱ ἄλλοι τῆς σελήνης γερῶντες.
 Iccirco Strabo lib. vi i i. δοκεῖ ἢ πάλαι αὐτοῦ
 ἔσθην εἶναι τὰ Ἄρκαδες τῶν Ἑλλήνων.
 Pausan. Eliacor. d. docet Arcades semper idē
 solum incoluisse: quare, vt & Athenienses, à
 scriptoribus ἀρκάδες vocantur. & hoc ve-
 rum, cetera falsā, quemadmodum & quod ab
 Ouid. r. 2. & 5. Fast. & à Seneca. alibi traditur;
 Flete Herculeos Arcades obitus,
 Nondum Phæbo nascente genus.
 789 Tinnitus dedimus. solebant antiqui
 pelium tinnitu & tubarū strepitu deficienti
 lunæ auxiliari, vt præter poetās passim, docet
 Tacit. lib. 1. & Plutar. in vita Paulli Aemilij.
 794 Lucebit Pario marmore clarior. Ho-
 ratius r. carminum:
 Fuit me Glyceramitor
 Splendens Pario marmore pulerius.
 Ouid. lib. 1. amorum:
 Astitit illa gemens albo & sine sanguine
 vultu,
 Caduntur Parii qualia saxa iugis.
 796 Et pondus veteris triste supercili.
 præfici homines grauitate ac maiestate maxi-
 mâ, habitu, vultu, oculis, contracto superci-
 lio tristitiam quandam, & morum seuerita-
 tem præ se ferebant. Vnde quis appetere præ-
 sca dicebatur, qui se, moresque suos illi vete-
 rum tetricæ viuendi disciplinæ ab omni re-
 missione animi, & morum lepore maximè
 alienat conformare studebat. talis hîc propo-
 nitur Hippolytus: de quo infra,
 Vbi vultus ille, & sita maiestas viri,
 Atque habitus horrens, præscæ Græcique
 appetens;
 Morumq; senium triste, & aspectu graue?
 Hinc apparet quare dixerit, veteris supercili.
 cui simile est illud Maronis, in Copa:
 Ab pereant cui sunt præscæ supercilia,
 quo loco necesse non est cum Fulvio Vrsino
 reponere crista. Sic enim in Græco epi-
 gram. quod refert Adrian. Puluæus ad leg.
 Atiniam cap. 12.
 ἢ δὲ ἄτε μὲν ἐμὲ λέγει, ἢ δὲ ἐμοὶ βίβλον ἐκεί-
 νην,
 ἢ τὴν ἐπιπέφυος γὰρ ἐπιτοκῶτον.
 quod vertit Alciatus hoc modo:
 Ille anceps, & aptus per multa volumina,
 tandem

Sustulit hac vetulum voce supercilium. Tam quod Seneca ait pondus, Horatius Sophoclis & Euripidis imi-
 tatione nubem appellauit. 798 Casaries. Apollo ab Orpheo laudatur à coma: ἡρωσκόμοι κατὰ τῆς φή-
 ρας, ἡρωσκόμοι τ' ἀναφαίνων. 807 Cyllarum. Claudianus, de 4. consular. Honorij A. Seruiretq; iuis,
 compositis Castore, frenis Cyllarum — 809 Amentum. Sex Pompeius, Amentum, inquit, quibus
 vt mitti possint vincuntur iacula siue solearum lora. ex Græco, quod est ἀμειγῆς, sic appellata, vel quia aptantes
 ea ad mentum trahunt. virtut Prudent. in Psychomach. 817 Raris forma viris, &c. forma eximia periculosa
 est. ait quidam, τὸ δὲ πρὸς κάλλος καὶ ψόρων πολλῶν γίμει. virorum quibus forma multum nocuit exempla Mu-
 retus in variis, & Canterus in nouis lectionibus, collegerunt. 822 Insoni parat. o. m. f. insoni parat.
 823. In scelere. emendo, suadentibus pleisque membraanis, & scelere.

825 *Fraude*. quidam, arte, reponit. Scio à Martiale artem feminam pro fraude Peni: tamen mihi religio est, ab omnium omnino librorum scriptura tam temere rescribere.

829 *Candore pallentem*. quidam lib. scriptis; *pallore candentem*.

Instruitur omnis arte femineâ dolus.
Sed iste qui suam est regium in vultu decus
Creans, & alta vertice attolens capus?
Vt ora timent paria Perithoo gerit,
Ni languido candore pallerent gena,
Staretq; rectâ squalor inculcus comâ.
En ipse Theſeus redditus terris adest.

ACTVS TERTIVS.

THESEVS. NVTRIX.

TH. *Tandem profugi noctis aterna plagam,*
Faſtoq; manes carcere umbrantem polum.
Vt vix capitum sufferunt oculi diem?

835. *Iam quarta*. ait Theſeus ſc quattuor annis apud inferos fuiſſe.

836 *Libra composuit*. Manilius: *— equantem tempora libram.*

qua de rediximus in Notis ad Claudianum pag. 22. quo loco *ſed puzen usq; 730. m. i. ſcribendum.*

840 *Mersus malorum*. o. ferè v. l. *ſenſu malorum*. hac ſententia, malorum ſenſum Alcides mihi ademit, hoc eſt, malis me liberavit. vulgati, *Mersus*. & ſic Moguntin.

Iam quarta Eleuſis dona Triptolemi ſecat,
Paremq; toties Libra composuit diem,
Ambiguus ut me ſortis ignota labor
Detinuit inter mortis & vita mala.

835

Pars una vita manſit exſtincto mihi.
Senſus malorum ſinis Alcides fuit,
Qui cum reuulſum Tartaro extraheret canem,
Me quoque ſuper nas pariter ad ſedes tulit.

840

Sed feſſa virtus robore antiquo caret,
Trepidantq; gressus: heu labor quantus fuit
Phlegethonte ab imo petere longinquum athera,

845

Pariterq; mortem fugere, & Alcidem ſequi!
Quis fremitus aures flebilis pepulit meas?
Expromat aliquis. luctus, & lachryma, & dolor,
Et limine in ipſo mæſta lamentatio,

850

Hospitia digna prorsus inferno hospite.
NVT. *Tenet obſtinatum Phadra conſilium necis,*
Fletusq; noſtros ſpernit, ac morti imminet.

855

TH. *Quæ cauſa lethi? reduce cur moritur viro?*
NVT. *Hæc ipſa lethum cauſa maturum attulit.*
TH. *Perplexa magnum verba neſcio quid tegunt,*
Effare aperte, quis grauet mentem dolor.

860

NVT. *Haud pandit ulli, mæſta ſecretum occultit,*
Statuitq; ſecum ferre, quo moritur, malum.
Iam perge quaſo, perge, properato eſt opus.
TH. *Reſerate cluſos regy poſtes laris.*

THESEVS. PHAEDRA.

TH. *O ſocia thalami, ſiccine aduentum viri,*
Et expetiti coniugis vultum excipis?

Quin

859 *Iam perge*. hic verſus in membranis etiamnum Nutrici, ſequens verò Theſeo tribuitur.

860 *Poſtulares*. lege cum m. ſ. omnibus; *poſtes laris.*

Quin enſe viduas dexteram, atque animum mihi
Reſtituis, & te quicquid è vita fugat

825

865 *Expromis?* PH. *heu per tui ſceptrum imperi,*
Magnanime Theſeu, perq; natorum indolem,
Tuosq; reditus, perq; iam cineres meos;
Permitte mortem. TH. *cauſa quæ cogit mori?*
PH. *Si cauſa lethi dicitur, fructus perit.*

830

870 TH. *Nemo iſtud alius, me quidem excepto, audiet.*
Aures pudicas coniugis ſolas times?
Effare, ſido pectore arcana occultam.

PH. *Alium ſilere quod voles, primus ſile.*
TH. *Lethi facultas nulla continget tibi.*

875 PH. *Mori volenti, deeſſe nunquam mors poteſt.*
TH. *Quod ſit luendum morte delictum, indica.*

PH. *Quod vino.* TH. *lachryma nonne te noſtra*
movent?

PH. *Mors optima eſt perire, dum lachrymant ſui.*
TH. *Silere pergit: verberare ac vinculis anus*

880 *Altrixq; prodet, quicquid hæc fari abnuat.*
Vincite ferro, verberum vis extrahat
Secreta mentis. PH. *ipſa iam labor, mane.*

TH. *Quidnam ora mæſta auertis, & lachrymas*
Subito coortas, veſte pratentâ obtegis? (genis)

885 PH. *Te te creator calitum, teſtem inuoco,*
Et te coruſcum lucis atheræ inbar,
Ex cuius ortu noſtra dependet domus:
Tentata precibus reſtiti, ferro ac minis
Non ceſſit animus, vim tamen corpus tulit.

890 *Labem hanc pudoris eluet noſter cruor.*
TH. *Quis, ede, noſtri decoris euerſor fuit?*

PH. *Quæ rere minime.* TH. *quis ſit, audire expeto.*
PH. *Hic dicit enſis, quem tumultu territus*
Liquit ſuprator, ciuium accuſum timens.

895 TH. *Quod facinus, heu me, cerno? quod monſtrum*
Regale paruis aſperum ſignis ebur (intuor?)
Capulo reſalget, gentis Atthæ decus.
Sed ipſe quoniam euasit? PH. *hi trepidum fugâ*
Videre famuli concitum celeri pede.

THESEVS.

900 *Prò ſancta pietas, prò gubernator poli,*
Et qui ſecundum in fluctibus regnum tenes;
Vnde iſta venit generis inſandi lues?
Hunc Graia tellus aluit, an Taurus Scythes,
Colchusve Phæſis? redit ad auctores genus,

873 *Alium ſilere quod voles, primus ſile.* Seneca Philoſoph. in lib. de moribus: *Quod tacitum eſſe velis, nemini dixeris. Si enim tibi non imperaſti, quomodo ab alio ſilentium ſperas?*

875 *Mori volenti deeſſe nunquam mors poteſt.* Thebaid. act. I.

— morte prohiberi hant quo.
Ferrum negabit? noxias lapſo vias
Cludes? & artis colla laqueis inferi
Prohibebis? herbas, qua ſeruat lethum auferes?
Quid iſta tandem cura proficiet tua?
Vbi que mors eſt, optimè hoc cauſit Deus
Eripere vitam nemo non homini poteſt,
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

906 *Armigera*. v. l. *armifera*. scilicet Amazonum; quas Diodorus Siculus, quod utraque mamma; Eustathius, quod altera tantum careant, appellatas putat.

910 *Fera quoque*, &c. Aristoteles, Plinius, & Oppianus exempla suppeditant. ideo Iustinianus eum, qui hac copula se fecerat, ait Nouel. 12. *νεώτερον ἀρεθῆν ἢ τῆν ἀνδρῶν, καὶ τριακτὰ μὲν ἐπιθρομῆν, ὀπίωτα ποδῶν ἔτιν ἀλόγων δὲ τῶν ζῴων.*

914 *Morumque senium triste*. senes graues sunt vt plurimum & terribiles, hinc morum senium pro tristitia & grauitate ponitur: & quia hoc hominum genus cunctis molestum est, senium pro molestia accipitur. Titinnius:

Quot pestes, senia, & iurgia se semet diebus emigrarunt.

sic legitur apud Nonium: sed pro *semet*, velim reponi, *septem*, vel, *hiscemet*, vel, *se meis adibus*, vt alij.

922 *Ordiri virum*? Claudianus: *Ordirisque virum non luxuriante iuuenta.*

926 *Matrem reliqui*. non magis enim illi, quam nouercae pepercisses.

929 *Orbemque nostris*. hic de loco in quo degunt Antipodes, non de ipsis Antipodibus agitur.

936 *Abstrusa*. Winckelian. cod. *obstrusa*.

942 *En perage*. sic apud Euripid. Hippol. actu 4. Theseus Neptunum precatur: *ἀλλ' ὄ τ' ἀρετῆς Πόσειδον, &c.*

943 *Lucidum diem*. alibi ait: *Hesperia Teibys lucidum attollit diem.*

946 *Supremum*. tertium. Cicero de offic. lib. 1. ait: Nam si, vt in fabulis est, Neptunus, quod Theseo promiserat, non fecisset; Theseus Hippolyto filio non esset orbat. ex tribus enim optatis, vt dicitur, hoc erat vltimum, quod de Hippolyti interitu iratus optauit: quo impetrato, in maximos luctus incidit.

Stirpemque primam degener sanguis refert. 905
Est prorsus iste gentis armigera furor,
Odisse Veneris fœdera, & castum diu
Vulgare populus corpus. ô tetrum genus,
Nullaque victum lege melioris soli:
Fera quoque ipse Veneris euitant nefas, 910
Generisque leges inscius seruat pudor.
Vbi vultus ille, & ficta maiestas viri,
Atque habitus horrens, prisca & antiqua appetens;
Morumque senium triste, & aspectu graue?
O vita fallax, abditos sensus geris, 915
Animisque pulchram turpibus faciem induis.
Pudor impudentem celat, audacem quies,
Pietas nefandum, vera fallaces probant,
Simulantque molles dura. siluarum incola 920
Ille efferatus, castus, intactus, rudis,
Mihi te reseruas? à meo primum toro
Et scelere tanto placuit ordiri virum?
Iam iam superno numini grates ago,
Quid ista nostra cecidit Antiopæ manu:
Quod non ad antra Stygia descendens, tibi 925
Matrem reliqui. profugus ignotas procul
Percurre gentes: te licet terra vltimo
Summota mundo dirimat Oceani plagis,
Orbemque nostris pedibus obuersum colas;
Licet in recessu penitus extremo abditus 930
Horrisera celsi regna transferis poli,
Hiemesque supra positus, & canas niues,
Gelidi frementes liqueris Boreæ minas
Post te, furentes sceleribus pœnas dabis. 935
Profugum per omnes pertinax latebras premam:
Longinqua clusa, obstrusa, diuersa, inuia
Emetiemur: nullus obstabit locus.
Huc vota mittam, tela quò mitti haud queunt. 940
Scis, vnde redeam. genitor equoreus dedit,
Vt vota prono trina concipiam Deo,
Et inuocata manus hoc sanxit Styge.
En perage donum triste regnator freiti,
Non cernat vltra lucidum Hippolytus diem,
Adeatque manes inuents irato patre.
Fer abominandam nunc operam nato parens. 945
Nunquam supremum numinis munus tuis
Consumeremus, magna ni premerent mala.
Inier profunda Tartara, & Ditem horridum,
Et

Et imminentes regis inferni minas;
950 *Voto pepercì. redde nunc pactam fidem*
Genitor. moraris? cur adhuc vnda silent?
Nunc atra ventis nubila impellentibus
Subtexe noctem, sidera & calum eripe:
Effunde pontum, vulgus equoreum cie,
955 *Fluctusque tumidos ipso ab Oceano voca.*

CHORVS.

Dimetri, Anapæstici, Monometer vnaus.

O magna parens natura deum,
Tuque igniferi rector Olympi,
Qui sparsa citò sidera mundo,
Cursusque vagos rapis astrorum,
960 *Celerique polos cardine verfas;*
Cur tibi tanta est cura perennes
Agitare vias aetheris alii?
Vt nunc cana frigora brumæ
Nudent siluas; nunc arbutis
965 *Redeant umbræ, nunc æstiuæ*
Colla Leonis, Cererem magno
Ferore coquant, viresque suas
Temperet annus? sed cur idem,
Qui tanta regis; sub quo vasti
970 *Pondera mundi librata suos*
Ducunt orbis; hominum nimium
Securus ades, non sollicitus
Prodesse bonis, nocuisse malis?
Res humanas ordine nullo
975 *Fortuna regit, spargitque manu*
Munera cæcâ, peiora fouens.
Vincit sanctos dira libido,
Fraus sublimi regnat in aula:
Tradere turpi fasces populus
980 *Gaudet, eosdem colit atque odit.*
Tristis virtus peruersa tulit
Pramia recti: castos sequitur
Mala paupertas, vitioque potens
Regnat adulter: ô vanè pudor,
985 *Falsumque decus!*
Sed quid citato nuncius portat gradu,
Restatque maestus lugubrem vultum gerens?

972 *Non sollicitus Prodesse bonis, nocuisse malis* vetus querela, quam profequitur Euripides Hecub. actu 3. Claudianus in Rufin. lib. 2. & omnium elegantissime Propheeta regius Pl. 73. *Quam bonus Israel Deus, &c.*
987 *Restatque maestus lugubrem vultum gerens.* & mihi sanè secundus iste, qui in excubiis, minus placet.

ACTVS

ACTVS QVARTVS.

NVN. CIVS. THESEVS.

NVN. O Sors acerbâ & dura famulatus grauis,
Cur me ad nefandos nuncium casus vocas?

TH. Ne metue clades foriiter fari asperas,
Non imparatum peccus arumnis gero.

NVN. Vocem dolori lingua luctifica negat.
TH. Proloquere, qua sors aggrauet quassam domũ.

NVN. Hippolytus (heu me!) flebili leibo occubat.
TH. Gnatum parens obuisse iam pridem scio,

Nunc raptor obiit: moris effare ordinem.
NVN. Vt profugus urbem liquit infesto gradu;

Celerem citatis passibus currum explicans,
Celsos sonipedes ocyus subigit iugo,
Et ora frenis domita substrictis ligat.

Tum multa secum effatus, & patrium solum
Abominatus, saepe genitorem ciet,

Acerq; habenis lora permissis quatit:
Cum subito vastum tumuit ex alto mare,

Crenitq; in astra: nullus inspirat salo
Ventus, quieti nulla pars caeli strepit,

Placidumq; pelagus propria tempestas agit.
Non tantus aufter Sricula disturbat freta,

Nec tam furenti pontus exurgit sinu
Regnante coro, saxa cum fluctu tremunt,

Et cana summum spuma Leucatem ferit.
Consurgit ingens pontus in vastum aggerem,

Tumidumq; monstro pelagus in terram ruit.
Nec ista ratibus tanta construitur lues,

Terris minatur. fluctus haud cursu leui
Prouoluitur: nescio quid onerato sinu

Grauis vnda portat, qua nouum tellus caput
Ostendet astris? Cyclas exoritur noua?

Latuere nube numen Epidauri Dei,
Et scelere peira nobiles Scironides,

Et qua duobus terra comprimitur fretis.
Hec dum stupentes querimur, en totum mare

Immugit: omnes undique scopuli astrepunt:
Summum cacumen rorat expulso salo,

Spumat vomitq; vicibus alternis aquas:
Qualis per alta vehitur Oceani freta,

Fluctus refundens, ore Phiseter capax.
Inborruit concussus vndarum globus,

990

995

1000

1005

1010

1015

1020

1025

Soluitq;

Soluitq; sese, & litora inuexit malum

1030 Maius timore. pontus in terras ruit,
Suumq; monstrum sequitur: hos quassat tremor.

TH. Quis habitus ille corporis vasti fuit?

NVN. Carulea taurus colla sublimis gerens,
Erexit altam fronte viridanti iubam.

1035 Stant hispida aures, cornibus varius color;
Et quem feri dominator habuisset gregis,

Et quem sub vndis natus, hinc flammam vomit,
Oculi hinc relucent: carulã insignis notã

Opima cernix, arduos tollit toros;
1040 Naresq; hiulcis haustibus patula fremunt:

Musco tenaci peccus ac palear viret,
Longum rubenti spargitur fuco latns.

Tum pone tergus, vltima in monstrum coit
Facies, & ingens bellua immensam trahit

1045 Squamosa partem: talis extremo mari
Pistrix citatas sorbet aut reddit rates.

Tremuere terra, fugit attonitum pecus
Passim per agros, nec suos pastor sequi

Meminit iuencos: omnis e saltu fera
1050 Discessit, omnis frigido ex sanguis metũ

Venator horret, solus immunis metu
Hippolytus artis continet frenis equos,

Pavidosq; nota vocis hortatu ciet.
Est alta ad Argos collibus ruptis via,

1055 Vicina tangens spacia suppositi maris:
Hic se illa moles acuit, atque iras parat.

Vt cepit animos, seq; praelentans satis
Pralusit ira; prapeti cursu euolat

Summam citato vix gradu tangens humum,
1060 Et torua currus ante trepidantes stetit.

Contra feroci gnatus insurgens minax
Vultu, nec ora mutat, & magnum intonat.

Haud frangit animum vanus hic terror meum,
Nam mihi paternus vincere est tauros labor.

1065 Inobsequentes protinus frenis equi
Rapuere currum; iamq; decerrantes via,

Quacumque pavidos rapidus euexit furor,
Hac ire pergunt, seq; per scopulos agunt.

At ille, qualis turbido rector mari
1070 Ratem retentat, ne det obliquum latus,

Et arte fluctus fallit: haud aliter citos
Currus gubernat, ora nunc pressis trahit

1054 Est alta. omnes membr. est arta.

1058 Pralusit ira. In Herc. Fur. pralusit
Hydra. In Troa. praludens tuis iam Troia
fatis.

1060 Toruusq;. supra præcessit, moles.
ideo lego ex membranar, & torua; vel ex
coniectura, taurusq;.

1064 Paternus vincere est tauros labor.
nam Theseus Marathonium taurum & Cnol-
sium Minotaurum interfecerat.

1069 At ille qualis. ait Euripides in Hip-
polyto:

καὶ δὲ αὐτὸς ὄψιν ἐπιπέσει αὐτῷ ἤσει
πολύς ἐπιπέσει, ἡγοῦσα ἡδ' ἰατρῶν ἄλλων.
ἐλκεσὶ δὲ, καὶ τὰς ἰατρῶν νοσήσας ἀνίγει,
ἰμασίν αὖτε τῶν ἰατρῶν ἀπέσει δ' ἐργασ.

Sanè totum hunc de morte Hippolyti locum
ab Euripide accepit.

Com-

991 Gero. m. f. fero. & sequenti versu lu-
stifera.

994 Hippolytus. paucis verbis, quæ postea
latius est declaraturus, comprehendit. vt Eu-
ripides:

Ἰππολύτου δὲ οὐκ ἔστιν, ὡς εἰπὼν ἔπειτα.

998 Cursum. tres lib. antiq. currum.

1001 Multa secum effatus. Euripides in
Hippolyto:

Ζεῦ, μή μὲρ εἶλω, εἰ γὰρ κός πέφυκ' ἀνίγει.
αἰδῶσι τοὺς ἡμῶς ὡς ἀπράξιδ' ἀπυλῆς,
ἢ βίαι δ' ἀνόντας. ἢ φάσιν δὲ δεικνύστας.

1004 Vastum ioumit ex alto mare.
hæc est membranarum lectio.

1013 Terras. ficantiq. libri, non terram.

1019 Latuere nube. Euripidem imitatur.
ille cum ingentem ortu monstri fluctum
sublatum fuisse dixisset:

— ὡς ἀφ' ἡμέτερου
Σκίερον δὲ ἀπυλῆς ἀπυλῆς τῶν ἐισαγῶν.
ἐκ γυναικῶν ἢ ἱερῶν, πύργων Ἀσκληπιῶν.

Constricta frenis, terga nunc torto frequens
 Verbere coërcet. sequitur assiduus comes,
 Nunc aqua carpens spacia, nunc contrà obuius 1075
 Oberrat, omni parte terrorem mouens.
 Non licuit ultra fugere. nam toruo obuius
 Incurrit ore corniger ponti horridus.
 Tum verò pauidâ sonipedes mente excitâ
 Imperia soluunt, seq. luctantur ingo 1080
 Eripere, reëtrq. in pedes iactant onus.
 In ora præceps gnatus implicuit cadens
 Laqueo tenaci corpus: & quanto magis
 Pugnât, sequaces hoc magis nodos ligat. 1085
 Sensere pecudes facinus, & curru leui
 Dominante nullo, quâ timor iussit, ruunt.
 Talis per auras non suum agnoscens onus,
 Soliq. falso creditum indignans diem,
 Phæthonta currus deuto excussit polo.
 Latè cruentat arua, & illisum caput 1090
 Scopulis resultat: auferunt dumi comas.
 Et ora durus pulchra populatur lapis,
 Peritq. multo vulnere, infelix decor.
 Moribunda celeres membra per uoluunt rotæ,
 Tandemq. raptum truncus ambustâ sude,
 1095
 Medium per inguen stipite eiecto tenet,
 Paulumq. domino currus affixo stetit:
 Hasere biuges vulnere, & pariter moram
 Dominumq. rumpunt. inde semianimem secant
 Virgulta, acutis asperi vepres rubis, 1100
 Omnisq. truncus corporis partem tulit.
 Errant per agros, funebris famuli manus,
 Per illa, quâ distractus Hippolytus, loca,
 Longum cruentâ tramitem signat notâ,
 Mæstiq. domini membra vestigant canes. 1105
 Necdum dolentum sedulus potuit labor
 Explere corpus. hoc cene est formæ decus?
 Qui modo paterni clarus imperij comes,
 Et certus heres, siderum fulsit modo.
 Passim ad supremos ille colligitur rogos, 1110
 Et funeri confertur. TH. ò nimium potens,
 Quanto parentes sanguinis vinclo tenes
 Natura; quàm te colimus inuiti quoque!
 Occidere volui noxium, amissum fleo.
 NV. Haud flere quisquam honestè, quod voluit, 1115
 potest.

1082 In lora præceps fusus. Badiana editio
 & Egnian. m. f. continet; præceps in ora gna-
 tus implicuit. m. f. autem reliquit; In ora præ-
 ceptus gnatus implicuit. &c. quos secutus sum.
 Lapiensis edit. In lora præceps fusus.

1102 Errant. meus lib. script. habet errat.

1112 Quanto parentes, &c. Aeschylus:
 τὸ προσκοίτης τοῦ θένον, ἢ δ' ὀμίλια.
 Idem in traged. ἐπὶ τῆς ἐπιθῆσεως simile
 quiddam scripsit, quod nunc non occurrit.

TH. Equi-

TH. Equidem malorum maximum hunc cumu-
 lum reor,
 Si abominanda casus optata efficit.
 NVN. Et si odia seruas, cur madent fletu genæ?
 TH. Quod interemi, non quod amissi, fleo.

CHORVS.

Anapestici Tetrametri, Choriambicus Tetra-
 meter vnus, Trimetri duo, Dimeter
 vnus, Sapphici quinque.

1120 Quanti casus humana rotant,
 Minus in paruis fortuna furit,
 Leuiusq. ferit leuiora Deus.
 Seruat placidos obscura quies,
 Præbet somnos casa securos. 1125
 Admota aetheris culmina sedibus
 Euros excipiunt, excipiunt Notos,
 Insani Boreæ minas,
 Imbriferumq. Corum.
 Humida vallis raras patitur
 1130 Fulminis ictus: tremuit telo
 Iouis altisoni Caucasus ingens,
 Phrygiumq. nemus matris Cybeles.
 Metuens calo Iuppiter alto
 Vicina petit. non capit vnquam
 1135 Magnos motus humilis tecti
 Plebeia domus:
 Circa regna tonat.
 Volat ambiguus
 Mobilis alis hora, nec vlli
 1140 Præstat velox fortuna fidem.
 Qui clara videt sidera mundâ,
 Nitidumq. diem, morte relicta,
 Luget mæstos tristis reditus,
 Ipsaq. magis flebile Auerno
 1145 Sedis patriæ videt hospitium.
 Pallas Athææ veneranda genti,
 Quod tuus calum; superosq. Theſeus
 Spectat, & fugit Stygias paludes,
 Casta, nil debes patrio rapaci:
 1150 Constat inferno numerus tyranno.
 Quæ vox ab altis flebilis tectis sonat,
 Strictaq. vecors Phædra quid ferro parat?

1139 Nec vlli Præstat velox fortuna fidem.
 Ennius, annal. 7.
 — multa dies in bello conficit vnus:
 Et rursus multa fortuna forte recumbunt:
 Hanc quaquam quemquam semper fortuna
 secuta est.
 Varro, Margopoli, &c. de xis:
 Fortuna nulli currum missum à carcere
 intimo
 Labi inoffensum per aquor ad candidum
 calcem finit.
 prior à me, posterior versus ab aliis emenda-
 tus. Firminian. Simphosius:
 O fortuna potens, quàm variabilis,
 Tantum iuris, atrox, qua tibi vindicatus,
 Eueritq. bonos, eligit improbos,
 Nec seruare potes muneribus fidem.
 Fortuna immeritos auget honoribus,
 Fortuna innocuos eladibus afficit;
 Iustos illa viros pauperie grauat,
 Indignos eadem diuitiis beat;
 Hac auferit iuuenes, & retinet senes,
 Iniusto arbitrio tempora diuidens:
 Quod dignis adimit, transit ad impios;
 Nec discrimen habet, rectæve iudicat,
 Inconstans, fragilis, perfida, lubrica;
 Nec quos clarificat, perpetuo fouet;
 Nec quos deseruit, perpetuo premit.
 Hæc Simphosius. in cuius versu tertio me-
 lius quadraret, erigis. dixit enim eueritq. q.
 quod huic opponitur.
 1149 Casta. Diana, virgo, intacta.
 Patrio. Plutoni.
 1150 Constat. quia Theſei loco illi cessit;
 Hippolytus.

ACTVS

P

ACTVS QVINTVS.

THESEVS. PHAEDRA.

TH. Quis te dolore percitum instigat furor?

*Quid en sis iste, quid vociferatio,**Planctusq; supra corpus inuisum volunt?*

PH. Me me profundi saeu dominator freti,

*Inuade, & in me monstra carulei maris**Emitte, quicquid intimo Tebys sinu**Extrema gestat, quicquid Oceanus vagis**Complexus undis ultimo fluctu tegit.**O dire Theseu semper! o nunquam tuis**Tuto reuerse! gnatus & genitor nece**Reditus tuos luere. perueris domum**Amore semper coniugum, aut odio nocens.**Hippolyte tales intuoꝝ vultus tuos?**Talesq; feci: membra quis saeuus Scimis,**Aut quis Procrustes sparsit? aut quis Crespius**Dadalea vasto claustra mugitu replens,**Taurus biformis, ore cornigero ferox**Diuisit? heu me! quò tuus fugit decor,**Oculiq; nostrum sidus? exanimus iaces?**Ades parumper, verbaq; exaudi mea.**Nil turpe loquimur, hac manu pœnas tibi**Soluam, & nefando pectori ferrum inseram,**Animaq; Phaedram pariter ac scelere exuam:**Et te per undas, perq; Tartareos lacus,**Per Styga, per amnes igneos amens sequar.**Placemus umbras, capitis exuias cape,**Laceraq; frontis accipe abscessam comam.**Non licuit animos iungere: at certè licet**Inxisse fata. morere, si casta es, viro;**Si incesta, amori. coniugis thalamos petam**Tanto impiatos facinore? hoc deerat nefas,**Vt vindicati sancta fruereris toro.**O mors amoris vna solamen mali,**O mors pudoris maximum le si decus.**Confugimus ad te, pande placatos sinus,**Audite Athenæ, tuq; funestâ pater**Peior nouercâ: falsa memoranti, & nefas,**Quod ipsa demens pectore insano hauseram,**Mentita finxi: falsa punisti pater,**Iuuenisq; castus eximime inceste iacet,**Pudicus, in sors. recipe iam mores tuos,*

1155

1160

1165

1170

1175

1180

1185

1190

Macro-

*Mucrone pectus impium iusto patet,**Cruorq; sancto soluat inferias viro,**Quid facere rapto debeas gnato parens*1195 *Disce ex nouercâ, condere Acherontis plagis.*

THESEVS. CHORVS.

Trochaici tetrametri, & Iambici senarij.

TH. Pallidi fauces Auerni, vosq; Tanarei specus,

*Vnda miseris grata Lethes, vosq; torpentes lacus,**Impiurapite, atq; mer sum premite perpetuis malis.**Nunc adeste saua ponti monstra, nunc vastu mare,*1200 *Vltimo quodcumq; Proteus aquoris abscondit sinu,**Meq; ouante scelere tanto, rapite in altos gurgites.**Tuq; semper genitor ira facilis assensor mea,**Morie dignum facinus ausus; qui nouâ natu nece**Segregem sparsi per agros; quiq; dum falsum nefas*1205 *Exequor, vindex sceleris incidi in verum scelus,**Sidera, & manes, & undas scelere compleui meo.**Amplius fors nulla restat: regna me norunt tria.**In hoc credimus, patuit ad calum via,**Bina vt viderem funera, & geminam necem?*1210 *Calebs & orbis, funebres vna face**Vt concremarem prolis ac thalami rogos?**Donator atræ lucis Alcide tuum**Diti remitte munus; creptos mihi**Restitue manes. impius frustra inuoco*1215 *Mortem relictam, crudus, & lethi artifex,**Exitia machinatus insolita, effera,**Nunc tibi met ipse iusta supplicia irroga.**Pinus coacto vertice attingens humum**Cælo remissa findat in geminas trabes,*1220 *Mittarq; præcepta saxa per Scironia.**Graviora vidi, quæ pati clusos iubet**Phlegethon, nocentes igneo cingens vado.**Quæ pœna maneat memet, & sedes, scio.**Umbræ nocentes cedite, & cervicibus*1225 *His his repositum degrauet fessas manus**Saxum, senis perennis Aëoli labor:**Me ludat amnis ora vicina alluens:**Vultur relicto transuolet Titio ferus,**Meumq; pœna semper accrescat iecur.*1230 *Et tu mei requiesce Pirithoi pater:**Hæc incitatis membra turbinibus ferat**Nunquam resistens orbe reuoluto rota.*

Debisce

P 2

1160 *Gnatus & genitor.* Hippolytus filius tuus, nunc genitor Aegæus, tunc cum ex Creta rediisti, quod elegantiss. & suauiss. carmine de Nupt. Pelei & Thetidis Carullus profecquitur.1162 *Amore. mei.**Odia.* Antiope vel Ariadnes.1166 *Dadalea.* Horatius:*— ceratis ope Dadalea**Nittur pemis vitreo daturus**Nomina ponto.*1177 *Abscessam comam.* moris erat ad sepulcrum cæsa coma mortuos quodammodo munerari, testes Homerus Odyss. 4. & Euripides in Iphigenia Taurica, & in Oreste, apud quem etiam Electra exclamatio diuersimode accipitur à Ioanne Casa, & P. Victorio epist. 1 & 2. lib. 1. epist. clarorum virorum, dico excusatum Lugduni à Gryphij hereditibus. ego Casam sequor.1183 *Sedamen.* in o. v. 1. legitur solamen, & versus hic proximè præcedenti præponitur.1189 *Falsa punisti.* m. f. habent vana punisti.1197 *Miseris grata.* quia illius potu malorum obliuio inducitur.1204 *Segregem.* hac voce Seneca Philosophus vtitur, item Alconius, Prudentius, Sardonius, alij.1205 *Verum nefas.* egregiè o. v. 1. scelus, præter Mogunt. qui, nefas.1218 *Pinus coacto.* ad supplicium alludit, quo, quem ipse sustulit Sinis, homines excabat. qua de re diximus ad Claudianum libro 2. in Rufinum.1223 *Quæ pœna.* vide Virgilium Aeneid. lib. 6.1226 *Senis.* Sisyphi.1227 *Ora.* Tantal.1230 *Pater.* Ixion.

1246 *Facinus*, membranz, *crimen*.
 1255 *Notas*, sic quidam m. f. alij, *nodos*.
 ceteri, *modos*.
 1261 *Ambesum*, dubito num melius an-
 ziq. cod. *abruptum*, habeant.
 1268 *Vota*, nonnulli v. *l. dona*.
 1275 *Gravisq; tellus*, extrema Troade Po-
 lyxena cadit, vt Achilli grauem factura ter-
 ram, ideo dictum hoc est, quia qui defunctis
 bene cupiebant, terram illis leuam dicebant.
 idque est quod in innumerabilibus sepulcro-
 rum monumentis scriptum extat; S. T. T. L.
 fit tibi terra leuis. Romæ, in domo Cælia:
Sit tibi terra leuis mulier dignissima vitæ.
 ibidem, in ædibus Attilij Delphini;
Rego ut discedens terram mihi dicas leuè.
 Euripides, in Alcesti.
 — *ἡρώρα σοὶ*
 — *ἡρώρα ἐν ἀναστάσει γυναικῶν* —
 Tibullus lib. 2. eleg. 4.
Et bene, discedens dicet, placidæq; quiescas,
Terraq; secura sit super ossa leuis.
 Ouidius:
Ossa quietæ precor tua requiescite in urna,
Et sit humus cineri non onerosa tuo.
 Pædo Albinouanus:
Nunc ego quid possit: tellus leuis ossa teneto,
Pendula librato pondus & ipsa tuum.
 Seneca, Troad. act. 3.
Patria tellus Heclorem leuiter premat.
 huc etiam respicit Iuuenalis:
*Dij maiorum umbris tenuem & sine pul-
 uere terram.*
 & Martialis lib. 5.
Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi
Terra grauis fueris, non fuit illa mihi.
 Et Barolomæus Naharrus Lamentation. 3.
Y mandares,
Quando mi huessa topares
Hecha de tristes agueros,
Si por encima passares,
Y de mi te recordares,
Hæc tuis piæ algoligeros.
 Cui verò male volebant, illi tumulum gra-
 uem & onerosum imprecabantur, quò scili-
 cet umbra hoc onere depressa, è sepulcro ne-
 quiret ad locum destinatum euolare. vnde
 Propertius:
Sit tumulus leua curto vetus amphora
collo,
Vrgeat huic supra vis caprifecæ tua.
 Idem:
Si fallo, cinis, bene sit mihi uterq; grauis.

Dehisce tellus, recipe me dirum chaos,
Recipe: hac ad umbras iustior nobis via est.
Gnatum sequor: ne metue, qui manes regis,
Casti venimus. recipe me aternâ domo
Non exiturum. Non mouent diuos preces:
At si rogarem scelera, quàm promi forent.
 CHO. *Theſeu querelis tempus aeternum manet:*
Nunc inſta gnato (solue, & absconde oculus
Disperſa fœdè membra laniatu efferro.
 TH. *Huc huc reliquias vehite cari corporis,*
Pondusq; & artus temere congestos date.
Hippolytus hic est? facinus agnosco meum.
Ego te peremi. neu nocens tantum semel,
Solusve fierem; facinus auſurus parens,
Patrem aduocauit. munere in patrio fr uor.
O trisſe fractis orbitas annis malum!
Complectere artus, quodq; de gnato est super,
Miserande mœſto pectore incumbens foue.
Diſiecta genitor membra laceri corporis
In ordinem diſpone, & errantes loco
Reſtitue partes. fortis hic dextra locus,
Hic leua frenis docta moderandis manus
Ponenda: leui lateris agnosco notas.
Quàm magna lachrymis pars adhuc noſtris abeſt!
Durate trepida lugubri officio manus,
Fletusq; largos ſiſtite arentes gena,
Dum membra gnato genitor annumerat ſuo,
Corpusq; ſingit. hoc quidem eſt formâ carens,
Et turpe, multo & vulnere ambeſum vndique:
Qua pars tui ſit dubito, ſed pars eſt tui:
Hic hic repone, non ſuo, at vacuo loco.
Hæc illa facies igne ſidereo nitens,
Inimica flectens lumina? hic cecidit decor.
O dira fata numinum! ô ſæuus furor!
Sic ad parentem gnatus ex voto redit?
En hæc ſuprema dona genitoris cape,
Sape efferendus. interim hæc ignes ferant.
Patefacite acerbâ cade funeſtam domum.
Mopſopia claris tota lamentis ſonet.
Vos apparatus regij flammam rogi:
At vos per agros corporis partes vagas
Anquirete. iſtam terra deſoſam premat,
Gravisq; tellus impio capiti incubet.

1235

1240

1245

1250

1255

1260

1265

1270

1275

L. ANN.

L. ANN. SENECAE IN HERCVLEM
 FVRENTEM
 ADVERSARIA.

TRAGŌEDIA V.

PERSONÆ.

Iuno. Megara.
 Amphitryon. Lycus.
 Hercules. Theſeus.

ACTVS PRIMVS.

I V N O.

Trimetri Iambici.



SOROR Tonantis (hoc enim so-
 lum mihi
 Nomen relictum est) semper alie-
 num Iouem;
 Ac templa summi vidua deserui-
 atheris,

Locumq; calo pulsa, pellicibus dedi.
 5 *Tellus colenda est. pellices calum tenent.*
Hinc arctos, aliâ parte glacialis poli
Sublime classes sidus Argolicas agit:
Hinc; quâ repente vere laxatur dies;
Tyria per vndas vector Europa nitet:

Illinc

affiduo honestis occupationibus vacantes; mox tamen ocio delinunt (nam somnus ille ocium est) in amoris recia
 incidunt; & iuuenum delenimentis captæ, libidini eorum obsequuntur. Callisto à Iunone, comperto scelere, in
 vřam mutatâ, & ab Arcade, quæ ex furto illo coitu conceperat, ad nec petitam fuisse poëtæ tradunt, i. adicantes
 eos, qui corporis voluptati se dedunt, brutorum induere habitum, & ne ab iis ipsis quidem esse securos, quorum in
 benevolentia maximam fiduciam ponunt. Siue, quod per scelus nati à nullo, quantumuis nefario, facinore sese
 abstineant. Postremo, Ioue miserante, in cælum translata Lycaonis filia, diuinam misericordiam, ac penitentiam
 fructum denotat. 7 *Agit*. in vno cod. antiq. *vehit* legitur. 9 *Tyria*. Tyriam vocat Europam; quem
 admodum eius fratrem Cadmum, vetus quidam poëta Tyrium vocauit. *Vector Europa*. Tyriam, inquit Cal-
 purnius Bassus in comment. Phænom. Cæsaris Germanici, quidam inter astra putant positum propter Iouem, ea
 quod in bouem fabulosè sit conuersus. Nigidij summæ auctoritatis grammatici alia fuit sententia, ea quoque à
 Basso refertur, cuius verba, quia vulgò non satis emendata existant, adscribam vt legi puro crebere. igitur scribit ille:
 Nigidius hunc ait Iouem à Neptuno fratre per gratiam abduxisse, qui in figura tauri sensum humanum habe-
 ret; quem Iupiter Sydonem misit, vt Europam, Agenoris filiam, ad se portaret: isque per pelagus Sydonem venit, et
 ibique Europam inter æquales suas ludentem in templo Aesculapij conspexit, eamque repentinò raptim colloca-
 tam, suo tergo deuexit ad Iouem, in insulam Cretam. ob hanc itaque causam Iupiter taurum sideribus dignatus
 est in mortali memoria inferre. Hæc Euripidi, teste Higyno, congruunt. Eratosthenes autem hunc eum esse
 putat, qui Pasiphaën iniit. de hoc tauro citantur à Probo & Pomponio Sabino, in 1. Georg. Virgilij, illa Getulici,
 in epigram. vereor vt mendosa, nam Pomponius ita citat: *Non aries illum verno feret aëre cornu,*
Gnosia nec gemini praciunt cornua taurum. Probus verò ita: *Non aries illum verno feret aëre cornu,*
Gnosia nec gemini praciunt cornua taurum.

P 3

CHORVS. Anapaestici.

Iam rara micant sidera prono
Languida mundo, nox victa vagos
Contrahit ignes, luce renata
Cogit nitidum Phosphoros agmen.
Signum celsi glaciale poli,
Septem stellis Arcades urse
Lucem verso temone vocant.
Iam caruleis euectus equis
Titan, summum prospicit Oetam,
Iam Cadmaeis inclyta baccis
Aspersa die dumeta rubent,
Phæbiq; fugit reditura soror.
Labor exoritur durus, & omnes
Agitat curas, aperitq; domos
Pastor gelidâ cana pruinâ,
Grege immisso, pabula carpit.
Ludit prato liber aperto
Nondum rupiâ fronte iuuenens,
Vacue reparant ubera matres,
Errat cursu leuis incerto
Molli petulans hœdus in herba.
Pendet summo stridula ramo,
Pennasq; novo tradere solî
Gestit, querulos inter nidos,
Thracia pellex, turbaq; circum
Confusa sonat, murmure misto
Testata diem, carbasa ventis
Credit, dubius nauita vitæ,
Laxos aurâ complente sinus.
Hic exesis pendens scopulis,
Aut deceptos instruit hamos;
Aut suspensus spectat pressâ
Premia dextrâ: sentit tremulum
Linea piscem, hæc, innocua
Quibus est vitæ tranquilla quies,
Et læta suo paruog; domus,
Spes & in agris.
Turbine magno spes sollicita
Vrbibus errant, irrepidig; metus.
Ille superbos aditus regum,
Durâq; fores, expers somni

117 Cogit nitidum. Ouid. 2. Metam.
diffugiunt stella quarum agmina cogit
Lucifer — id est, Phosphoros.
Martialis:
Phosphore redde diem, quid gaudia nostra
moraris?
128 Celsi poli. poli Arctici, qui nobis semper
sublimis: sed Antarcticum, sub pedibus
Stryx atra videt, manesque profundî. Virgil.
1. Georg.
131 Summum prospicit Oetam. cum sol à
montis cacumine occidit aut oritur, præ se
fert nobis spectem cacumen tangentis. ideo
ait præstantissimus Poëta:
Iamq; iugis summa surgebat Lucifer Ida.
&:
Sparge marite nuges, tibi de ferit Hesperus
Oetam.
144 Petulans hœdus. proprium hœdi epi-
thetum, qui naturâ petulans & lascivus est
admodum. Virgil. 2. Georg.
hœdiq; petulci
Floribus insultant.
154 Deceptos. à piscibus, qui vel eos con-
temserunt, vel potius, erepta callidè esca, il-
læsi effugerunt.
157 Innocua. non, quæ non nocet; sed cui
ab aliis non nocetur. Sernius 2. Aeneid. In-
nocuus, inquit, cui non nocetur: innoxius,
qui non nocet. Sed hæc plerumque poëtae
confundunt.
161 Spes sollicita. bene, sollicitæ. nam
qui sperat, inter gaudium & timorem verfa-
tur. speramus non bona solum, vt Gramma-
tici quidam somniant, sed & mala. Virg. 10.
Nunc etiam horribili visu portenta se-
quuntur,
Et socij amissi patierunt athera pennis,
Eluminibusq; vagantur aues (ben diru-
meorum
Supplicia) & scopulos lacrimosis vocibus
implent.
Hac aded ex illo mibi iâ speranda fuerunt
Tempore, cum, &c.
& quia vt bona, sic mala speramus, ideo spe-
rare pro timere, & spes pro lætitiâ ponitur.
Virgil. 1. Aeneid.
At sperate deos memores fandi atque
nefandi.
Idem 4. Aeneid.
Et nunc ego si potui tantum sperare dolore.

125

130

135

140

145

150

155

160

Colit;

165 Colit: hic nullo sine beatus
Componit opes gazis inhians,
Et congesto pauper in auro est.
Illum populi fauor attonitum,
Fluctuq; magis mobile vulgus,
170 Aurâ tumidum tollit inani.
Hic clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus, iras
Et verba locat. nouit paucos
Secura quies; qui, velocis
175 Memores aui, tempora nunquam
Reditura tenent. dum fata sinunt,
Viuite læti. properat cursu
Vita citato, volucrig; die
Rota precipitâ voluitur anni.

169 Fluctuq; magis mobile vulgus. vulgus
inconstantia fluminum fluctibus, & maris
procellis solet comparari. Herodotus, in Tha-
lia: ὁμίλου ἢ ἀρχῆς οὐδ' ἐν ἐπιπέδῳ ἀναστῆναι,
ἐπεὶ ὕβρις αὐτῶν ἐστίν. καὶ τῶν ἐπιπέδῳ ὕβρις φε-
ραῖος ἀνάσσει, ἐς δὲ ἡμεῖς ἀκρόασις ὕβριν ποιεῖν,
ἐστὶ ἐδάμῳ ἀναστῆναι. ὁ ἴδιος ἦν ἐπὶ ποιεῖν ἡ-
γνώσκων ποιεῖν, ἢ ἐπὶ ἀνάσσειν. καὶ ἦν ἐν
ἀνάσσει ἐπὶ ἐπὶ ἀνάσσει, ἢ ἐπὶ ἀνάσσει ἐπὶ ἐπὶ
ἐπὶ ἀνάσσει; ὅθεν τὸ ἐπιπέδον τὰ πρὸς ἡμᾶς
ἀνάσσει, καὶ τὸ πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ ἀνάσσει; Polyb.
lib. 11. παύσα δὲ ἐστὶ, διότι πᾶς ὄχλος ἐπι-
πέδῳ ἐπὶ ἀνάσσει, καὶ πᾶς πᾶν ἀνάσσει.
ὅθεν αἱ ἐπὶ τῷ ἀνάσσει τῷ ἀνάσσει, καὶ ἀνά-
σσει ἢ ἀνάσσει ἢ ἀνάσσει ἐπὶ ἀνάσσει
ἐπὶ ἀνάσσει καὶ ἐπὶ ἀνάσσει, ὅθεν ἐπὶ ἀνάσσει
ἐπιπέδον τὰ πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ ἀνάσσει, καὶ ἐπὶ
ἐπὶ ἀνάσσει ἐπὶ ἀνάσσει, καὶ ἐπὶ ἀνάσσει
ἐπὶ ἀνάσσει τὸν αὐτὸν ἦν τὸ πρὸς ἡμᾶς

Dura 90. ἀὶ καὶ φαίνεται καὶ γίνεται πρὸς τῶν
2000000, οἷος αὐτῶν ἐπὶ ἀνάσσει καὶ ἀνάσσει. Cicero in ea quæ est pro Muræna: Quod enim fre-
tum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantos astus habet, &
quantas perturbationes ratio comitiorum? Titus Livius lib. 27. Polybij locum supra citatum exprimit, his verbis:
Sed multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est: vt venti & auræ cient, ita aut tranquillum aut pro-
cellâ in vobis sunt. Mobile. Sic Horat. 1. carm. od. 1. Hunc si mobilium turba Quiritium. Sic Prudent.
ἐπὶ ἀνάσσει hymno 10. Tu ventilator urbis & vulgi leuis Proculla mentes inquietas mobiles.
Statius 2. Thebaid. — non mobile vulgus. 176 Dum fata sinunt. Varro ἐπὶ φιλονεικίας idem
monet: Properate viuere puerae, quas finit ætacula ludere. Tibullus, a quo noster hæc verba accepit:

As tu dum primi florat tibi temporis atas, Vere non tardo labitur illa pede. Interea dum fata sinunt,
179 Rota precipitâ voluitur anni. ad hanc annorum & temporis circumuolutionem haut dubiè purissimus
poëta Tibullus respexit: vt veribus, qui, quod summorum virorum pace dixerim, nulla de causa illis negotium
exhibuerunt, adeo vt de ipsorum integritate planè dubitarint viri alioquin sagacissimi: at nobis in primis elegantes
& admodum faciles videntur. ait Tibullus lib. 1. eleg. 4. — transeat atas Quam citò non segnis fiat re-
meatq; dies. nihil aliud volens innuere, quàm ætatem nostram transire tam citò: quàm dies, qui nunc stat,
hoc est, præsens consistere & conuiescere à reuolutione illa videtur, mox idem non segnis (hoc est, non segniter)
remeat, anno scilicet reuoluto, nam poëtae annum rotæ cuiusdam instar volui fingebant, vt hoc loco Seneca.
Aegyptij serpenti caudam voranti affimilant. Claudianus lib. 2. de laudibus Stilichonis:

Est ignota procul, nostraq; imperua menti, Vix adeunda deis, annorum squalida mater.
Immensa spelunca aus; qua tempora vasto Suppediat reuocatq; sinus, completitur antrum
Omnia qui placido consumit numine serpens, Perpetuumq; vivet squammis, caudamq; reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu. Papinius: In terga reuoluitur annus. Virgilius:

— atque in sese sua per vestigia voluitur annus. vnde & dictum cenfer Macrobius.
Hæc poëtarum de rota & serpente fictio, planè rationi naturæ cõuenit, illique circulorum circuitioni, ex qua die-
rum nocturniq; varietas & mensis anni que mensura procedit; de qua, post Platonem, Cicero in Timæo. Volsit
autem Seneca humanæ vitæ breuitatem ostendere, quàm vltra centesimum annum extendi Caius & Iustinianus
negarunt, lan vsus fructus, D. de vsu fructu. l. municipiis, D. de vsu & vsu leg. l. fin. C. de sacrosanct. eccles. qua de re
post Alexand. & Aretinum eleganter Orosius ad l. si quis ex argentiariis, col. 74 r. nu. 50. D. de eden. & Crinitus
de honest. discipl. lib. 7. c. 9. & Ioan. Corraus lib. 5. miscellan. cap. 18. & Iacobus Curtius ἐπὶ ἀνάσσει ad fratrem lib. 1.
cap. 36. Sanè complures centesimum ætatis annum excessisse, ex Plinio, Valerio Maximo, & aliis ab illis relatis,
constat, quibus ego addo Lucianum in Macrobiis; Phlegontem in lib. ἐπὶ ἀνάσσει, & Censorin. de die Na-
tali. Seres quoque ducentesimum ætatis annum superare, Strabo lib. 15. Hyperboreos millesimum Onesicritus,
Simonides, & alij produnt, quod fabulosum videtur. Herodotus, in Thalia, Aethiopes, quos κακροβίους vocant, cen-
tum & viginti annis viuere solere scripsit: eorundem vitam Solinus meæ editionis cap. 33. dimidio esse protensio-
rem nostrâ tradidit. vt omnino videatur is humanæ vitæ terminus octoginta annos constituisse, quod nec ratio-
ne, nec auctoritate nititur. Cautius Mela lib. 3. eorum vitam dimidio terè longiorem nostrâ tradit. quod ipsum de
incolis oppidi Acrothonis, fiti in cacumine montis Athus, idem Pomponius, Solinus, & Plinius lib. 7. natural. hist.
cap. 2. testantur, eiusque rei naturalem rationem licet videre apud Aristotelem problem. 7. section. 14. Quæ autem

Q2

AMPHITRYO, MEGARA.

A M. O socia nostri sanguinis, casta fide
 Seruans torum, natosq; magnanimi Herculis,
 Meliora mente concipe, atq; animum excita. 310
 Aderit profectio, qualis ex omni solet
 Labore, maior. ME. quod nimis miseri volunt,
 Hoc facile credunt. A M. imò quod metuumnt nimis,
 Nunquam amoueri posse, nec tolli putant. 315

Prona est timori semper in peius fides.
 ME. Demersus ac desossus, & toto insuper
 Oppressus orbe, quam viam ad superos habet?
 A M. Quam tunc habebat, cum per arenam plagam,
 Et fluctuantes, more turbati maris, 320
 Abiit arenas, bisq; discedens fretum,
 Et bis recurrens; cumq; desertam rate
 Depressus hasti Syrium breuib; vadis,
 Et puppe fixam, maria superauit pedes. 325

ME. Iniqua ratio maximis virtutibus
 Fortuna parcat: nemo se tuò diu
 Periculis offerre tam crebris potest.
 Quem saepe transit casus, aliquando inuenit.
 Sed ecce saeuus, ac minas vultu gerens,
 Et qualis animo est, talis incessu venit,
 Aliena dextram scepra concutiens Lycus, 330
 Urbis regens opulenta Thebanæ loca,
 Et omne, quicquid vberis cingit solo
 Obliqua Phocis, quicquid Ismenus rigat,
 Quicquid Citharon vertice excelso videt,
 Et bina findens Isthmos exilis freta. 335

LYCYS, MEGARA, AMPHITRYO.
 LY. Non vetera patria iura possideo domus,
 Ignauus heres: mobiles non sunt mihi
 Ani, nec altis inclytum titulus genus;
 Sed clara virtus, qui genus iactas suum,
 Aliena laudat. Rapta sed trepidam manu
 Scepra obtinentur: omnis in ferro est salus. 340
 Quod ciuib; tenere te inuitis scias,
 Strictus tuetur ensis, alieno in loco
 Haud stabile regnum est, vna sed nostras potest
 Fundare vires, iuncta regali face, 345
 Thalamosq; Megara. ducet è genere inclyto
 Nouitas colorem nostra, non equidem reor
 Fore ut recuset, ac meos spernat toros.

Quod

313 Facile credunt. Menander:
 Ἐπισην ἀποχρῶν ἐστὶν αἰθρηται φούσι.
 323 Pedes Naxalis Mytholog. lib. 7. c. 1.
 fabulatur aureum poculum ab Apolline Her-
 culem dono accepisse, atque eo Oceanum
 tranasse: Elifius Calentius, ætate sua poeta
 non omnino malus, lib. 1. eleg. æneam ol-
 lam fuisse docet:
 Sive quiddis ventis, ollaq; inuictus aëna
 Per mare, ad extremos Hesperia popu-
 los.
 omnino verisimilius est Senecæ nostri men-
 dacium.
 335 Findens. sunt v. l. in quibus scindens
 legitur.
 336 Non vetera. contrarium tamen tra-
 dit Euripides, in Hercule μεγαροβίη, his ver-
 sibus:
 νέραν δ' ἂν τις ἐστὶ καὶ μετὰ λόγῳ,
 ὡς ἴδ' ἔπειθ' ὁρίσκει δὴν ἡμίτῳ λυκῳ,
 πῶς ἐπ' αἰπυρρῶν τῆσδε δεσπ' ὄζων πόλει,
 πῶς λαοκροπάλῳ περὶ τὴν τυρρανίαν ἔχουσι
 ἀμφιλοῖ ἡδὲ ζῆτον, ἐκφυγὼν δῖος.
 ἔ τ' αὐτ' ὄνομα παῖς πατρὸς κελευμένη,
 καὶ μετ' ὄνομα ἂν, ἀλλ' ἔπειθ' ὀβριμῶς μετὰ
 κατείνε κρέοντα, καὶ κατὰ ἄν' ἔρχεται
 τῶσδε νοσεδσται πῶς δ' ἐπ' αὐτῶν πόλει.

Iulius Hyginus in fabulis, non quidem, vt
 arbitror, antiquus ille qui Augusti tempore
 vixit, & de Virgilio teste Gellio lib. 1. 6. & de
 vrbibus Italiae auctore Seruio 7. Aeneidos,
 scripsit, sed alius recentior; Lycum, inquit,
 Neptuni filium, quod Megaram, Creontis
 filiam, vxorem eius, & filios Theremachum
 & Ophitem occidere voluit, interfecit. Nunc
 ergo intelligimus vera esse quæ de Lyci ge-
 nere Seneca prodidit. antiqui enim eorum
 principum, qui incerto & obscuro genere nati
 erant, originem ad deos referre consueuerunt,
 vt de Hercule, Romulo & Remo, aliisque
 multis constat. Præterea inimanes & crue-
 les homines, Neptuni filios dicebant: quod
 de Polyphemo, Amyco, & multis nouissi-
 mum est. de quo nos alio loco agemus.

Quod si impotenti pertinax animo abnuet:
 350 Stat tollere omnem penitus Herculeam domum.
 Inuidia fastum ac sermo popularis premet:
 Ars prima regni est, posse te inuidiam pati.
 Tenemus igitur: fors dedit nobis locum.
 Namque ipsa, tristis vestis obtentu caput
 355 Velata, iuxta præsides adstat deos,
 Lateriq; adheret verus Alcideæ sator.
 ME. Quidnam iste nostri generis exitium ac lues,
 Noui parat? quid temerit? LY. O clarum trabens
 A stirpe nomen regia, facilis mea
 360 Parumper aure verba patienti excipe.
 Si aeterna semper odia mortales agant,
 Nec captus unquam cedat ex animis furor,
 Sed arma felix teneat, infelix paret;
 Nihil relinquent bella: tum vastis ager
 365 Squallebit aruis, subditâ rectis face
 Altus sepultas obruet gentes cinis.
 Pacem reduci velle, victori expedit,
 Victo necesse est. particeps regni veni,
 Sociemus animos, pignus hoc fidei cape,
 370 Continge dextram: quid truci vultu files?
 ME. Egon? vt parentis sanguine asper sam manum,
 Fratrumq; geminâ cade contingam? prius
 Exstinguet ortus, referet occasus, diem:
 Pax ante fida niuib; & flammis erit:
 375 Et Scylla Siculum iunget Ausonio latus:
 Priusq; multo, vicibus alternis fugax
 Euripus, undâ stabit Euboicâ piger.
 Patrem abstulisti, regna, germanos, larem,
 Patriam: quid vltiâ est? vna res superest mihi,
 380 Fratrem ac parentem carior, regno ac lare,
 Odium tui: quod esse cum populo mihi
 Commune doleo. pars quoniam ex isto mea est?
 Dominare tumidus, spiritus altos gere:
 Sequitur superbos victor à tergo deus.

351 Ac sermo. scribendum videtur ex
 membranis, ac sermo.
 372 Prius extinguet, &c. hæc & similia
 aduicia adagium sapiunt. Sic Thyeste:
 — atherias prius
 Perfundet Arctos ponius, Et Ionio seges
 Matura pelago surget, & lucem dabit
 Nox atra terris; aut è cum flammis aqua,
 Cum morte vita, cum mari ventus fidem
 Fœdusq; inueniet
 Hippolyto:
 — ignibus iunges aquas,
 Et amica ratibus ante promittet freta
 Incerta Syrtis, ante ab extremo sinta
 Hesperia Tethys lucidum attollet diem,
 Et ora damis blanda præbebunt lupi.
 Troade:
 Dum terra calum media libratur feret,
 Nutidusq; certas mundus euoluet vices,
 Numerusq; harenis deevit; & solem dies,
 Noctem sequentur astra; dum siccas polus
 Versabit Arctos, flumina in pontu cadent.
 Octauia:
 Iungentur ante saua sideribus freta,
 Et ignis unda, tartaro tristi polus,
 Lux alma tenebru, rosida nocti dies.
 Hercule Octavo:
 — ante ab occasu dies
 Nascetur Indus; ante è glaciale polum,
 Scythias ve tepidâ Phœbus afficiet rotâ.
 eadem tragicedia actu 4.
 Antè nascetur seges in profundo,
 Vel fretum dulci resonabit undas
 Antè discedet glacialis vrsa
 Sidus, & ponto vetulo fruetur.
 Sunt hæc tragicediae, & tragici versus maie-
 state digni: sed illa Virg. in ecl. 1.
 Antè leues ergo pascetur in aquora cervi,
 Et freta destituent nudos in litore pisces,
 Antè pererrat is amborum finibus, exul
 Aut Aram Parthus bibet, aut Germa-
 nia Tigrim;
 bucolici carminis humilitati longè aptiora
 & accommodatiora sunt.
 376 Scylla. cuius formam habes apud Ho-
 merum in Odyss. 4. & Izacium in Lycophro-
 nem. mater ipsius iuxta Acustlanum & Apo-
 lonium lib. 4. fuit Hecate; quæ etiam fuit
 Chariclida, in catena, opinio; iuxta Steficho-
 rum, Lamia; Homerus, Plinius, Solinus tra-
 diderunt Crataem fluvium fuisse, quemadmodum contra Camertem tradidi in emendationibus in Solinum. ve-
 rum, vt quæ de Scylla traduntur institutioni vitæ applicemus, Scylla virgo videtur; quæ, quàm diu mentem, cogi-
 tationesque à Veneris libidinibus abstinerit, quàm diu corpus suum illibatam ab omni spurcicie seruauerit, for-
 ma egregia censetur, omnium rapit oculos atque mentes: sed simulac animo titillationes carnis suscipiet, simul
 ac intactum prius virginitatis florem corpore amittet; ab ipsa voluptate (hæc Circe est) cuius illecebris se dedit, in
 immanium monstrorum speciem immutatur. neque immutatur illa modo, verum ceteros quoque in hoc mundi
 ficto periculosissimo nauigantes (tanta est feminarum huiusmodi malitia, tanta rabies) abforbere, atque in ean-
 dem secum calamitatem pertrahere conatur. 384 Sequitur superbos vltor à tergo Deus. de Nemæi loquuntur

R

πειοί δ' μήτε άστεα μήτε τίχρα ή άποροδία, άλλά φρεσίν αήντες τάντες έωσι. ίππορ έδύ) ζώντες τε μή άπ' άσπύρου, άλλά άπό κτηνέων, αί κήρυά τέ σφι ή έπεί ζώσαν, αйт Herodo-tus cu μελπω.

537 Qua plena rates. Virgilius;
Quaratis egit iter innecto boue plaustra trahuntur. Idem:
Quas mouō plaustra premunt undas, raris antēsecabat.

540 Nunc equidem pati. Virgilius:
Unda vos am patitur, celerem nunc passa carinam.

547 Audax. Virgilius 9. Aeneid.
Audacem ad Turnum —
quo loco ait Seruius, Audacem significare fortem sine felicitate: melius ibide Tib. Donatus, Audacem, inquit, inconsultum & temerarium accipiendum est. que Donati expositio isto Senecae loco asstruitur, vt & sequentibus testimoniis. Catullus, in carmine de nupt. Pelei & Thetidis:
Aufulunt vada falsa citis percurrere remis. Horatius lib. 1. carni.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vitium nefas.
Audax Inpeti genus. &c.

Claudianus, de bello Getico:
Inausti cum claustra freti, coeuntib' equor armatum scopulis, audax irruperet Argo. Aliud quoque testimonium suppeditat Valerius Flaccus 3. operis sui carmine; vt de hac significatione non sit ambigendum.

549 Fauonio. apud Gellium lib. 2. cap. 21.
Phaonius inquit: Item alter Fauonius, qui Graece vocatur Ζεφυρος. quae opinio verissima est, secundum Plinium & Fr. Floridum 2. lib. succisuarum section. cap. 5. Vegetius tamen lib. 4. de re militari, & Strabo, vt notat Turnebus in Aduersariis, crediderunt Fauoniū & Zephyrum duos esse ventos diuersos: quam sententiam erroneam etiam Garcias Lassus Hispanorum poetarum princeps sequi videtur, his verbis:
Quando Fauonio y Zephyro soplando
Al campo toruan su beldad primera.

551 Tyndarida genus. pro, genus, plerique cod. vet. fidus habent. male meo iudicio.

552 Succurrunt. Homerus in hymn. Euripides in Oreste, Horat. lib. 1. carni.

558 Irreuocabiles. non sequor vet. lib. in quibus legitur: non reuocabiles.

563 Tenui vulnere. Homerus Iliad. 9.
πλήσι Αΐδης εώ τισι πλάτος άκραι άίςος, άττί μιν άύτος άνηγός Διός αϊχίοχοο εώ Πόλεω εώ νεκίωσι βαλάν άδωησι η δαικου.

570 Eurydicen. citante Athenaeo, Hermec-

*Illic dura carent aequora fluctibus,
Et, qua plena rates carbasae tenderant,
Intonsis teritur semita Sarmatis:
Stat portus vicibus mobilis annuis,
Nauem nunc facilis, nunc equitem pati.
Illic, qua viduis gentibus imperat,
Aurato religans ilia baltheo,
Detraxit spoliū nobile corpori,
Et peltam, & niuei vincula pectoris,
Victorem posito suspiciens genu.
Qua spe praecipites actus ad inferos,
Audax ire vias irremeabiles,
Vidisti Sicala regna Proserpinae?
Illic nulla noto, nulla fauonio
Consurgunt tumidis fluctibus aequora:
Non illic geminum Tyndaride genus
Succurrunt timidis sidera nauibus.
Stat nigro pelagus gurgite languidum;
Et, cum mors avidus pallida dentibus
Gentes innumerat manibus intulit,
Vno tot populi remige transeunt.
Euincas utinam iura ferae Stygis,
Parcarumq, colos irrenocabiles.
Hic, qui rex populis pluribus imperat,
Bello cum peteres Nestoream Pylon,
Tecum conseruit pestiferas manus,
Telum ter gemina cuspide praferens:
Effugit tenui vulnere saucius,
Et mortis dominus pertinuit morti.
Fatum rumpe manu: tristibus inferis
Prospectus pateat lucis, & inuis
Limes det faciles ad superos vias.
Immites posuit flectere cantibus
Umbrarum dominos, & prece supplicii
Orpheus, Eurydicen dum repetit suam.
Qua silvas, & aues, saxaq, traxerat
Ars; qua praebuerat fluminibus moras,
Ad cuius sonitum constiterant ferae;
Mulcet non solitis vocibus inferos,
Et surdis resonat claris in locis.
Deslent Eurydicen Threicia nurus:
Deslent & lachrymis difficles dei?
Et, qui fronte nimis crimina tetrica
Quarunt, ac veteres excutiunt reos;*

540

545

550

555

560

565

570

575

Flen-

580 Flentes Eurydicen iuridici sedent.
Tandem mortis, ait, vincimur, arbiter:
Euade ad superos, lege tamen datâ:
Tu post terga tui perge viri comes,
Tu non ante tuam respice coniugem;
585 Quam cum clara deos obtulerit dies,
Spartaniq, aderit ianua Tanari.
Odit verus amor, nec patitur, moras.
Munus dum properat cernere, perdidit.
Qua vinci potuit regia cantibus;
590 Hac vinci poterit regia viribus.

ACTVS TERTIVS.

HERCVLES.

O lucis alme rector, & cali decus;
Qui alterna curru spacia flammifero ambrens,
Illustre latēs exferis terris caput;
Da Phœbe veniam, si quid illicitum tuū
595 Videre vultus. iustus in lucem extulit
Secreta mundi. tuq, celestem arbiter
Parensq, visus fulmine opposito tege.
Et tu, secundo maria qui sceptro regis,
Imas pete undas. quisquis ex alto aspicit
600 Terrena, facie polluit metuens noua;
Aciem reflectat, oraq, in calum erigat,
Portenta fugiens. hoc nefas cernant duo,
Qui aduexit, & que iussit. In pœnas meas
Atque in labores non satis terra patent,
605 Iunonis odio. vidi inaccessa omnibus,
Ignota Phœbo; quaq, deterior polus
Obscura diro spacia concessit Ioui:
Et, si placerent tertia sortis loca,
Regnare potui. noctis aeterna chaos,
610 Et nocte quiddam grauius, & tristes deos,
Et fata vici. morte contemta redi.
Quid restat aliud? vidi, & ostendi inferos.
Da, si quid ultra est. tam diu pateris manus
Cessare nostras Iuno? quid vinci tubes?
615 Sed templa quare miles infestus tenet,
Limēq, sacrum terror armorum obsidet?

flanax poeta, in eleg. eis άρετα, A' γε άδικά
appellat; quemadmodum & Mimnennus.
Vide Athen. lib. 1 3. cap. 25.
571 Qua silvas, &c. Euripides, Bacchis:
— έςθά ποτ' Ο' ε-
φθός κίτη έχζων
σώαζα δένδρα μέυ-
σας, σωάζε θεός άρεάτας.
Orpheus supposititiuus quasi de ipso in Ar-
gonaut, canit:
έση δ' άρεα κέρηναίη άγνεα δένδρήςουτα
Πηλίε, ύψηλάς τε μέθ' άρήςέσ ήλυθε γήρής.
καί ύ' εί έδρ' άσέρήζοι έπ' ώλίον έθρ-
σηντο,
πέσση τ' έσμεσθήζω. θεός εί' άίοντες
άοιδής,
απόλυσθ' άσπάρρηζι έλευκάζοντες έ-
μιμον.
είωνοί τ' άσκυλάνθ' βααβλίη κενυάρεο, ύ-
περσός κερκήσιν, έής δ' έλάθοντε κηλίης.
Cassius Parmensis, in Orpheo:
Cortuulosq, suis scopulos radicebus egit.
Ouidius lib. 3. de arte amandi:
Saxa feraxq, lyra mouit Rhodopisus Or-
pheus,
Tartareosq, lacus, ter geminumq, canē.
581 Tandem mortis, ait, vincimur arbi-
ter. Seuerinus Boëtius lib. 3. de consolati.
Philosoph. hoc mutuatur, inquiens:
Tandem vincimur, arbiter
Umbrarum miserans ait,
Donamus comitem viro
Emmam carmine coniugem.
Fabula haec Orphei etiam a Platone lib. 11.
Sympos. Virg. 4. Georg. & Ouid. 4. Metam.
commemoratur. Mortis autem vitaeque ar-
bitrum Plutonium statuit Lachesis Claudi-
ni de raptu Proserp. lib. 1.
— όmaximè νοστής
Arbiter, umbrarumq, potens; cui nostras
laborant
Stamina, qui finem cunctis & semina
præbes,
Nascenti q, vices alterna morte rependis,
Qui vitam letumq, regis —
Porro quia, auctore Horatio in arte poetica
ad Pisones,
Siluestres homines sacer, interpretq, Deo-
rum,
Cadibus & victu fædo deterruit Or-
pheus;
Dicitur ob hoc lenire tigres, rapidosq, leones.

AMPHE-

*Est via declinis funesta nubila taxo,
Ducit ad infernas per mura silētia sedes.
Quam tenet segnis sopor. Virgilius:
In medio ramos, annosq; brachia pandit
Vltimus opaca, ingens; quam sedem somnia
vulgo
Vana tenere ferunt. —
illa quoque, quae mox latē noster prosequitur,
omnia ad Virgilij imitationem dicta
sunt. ait Maro;
Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus
Orci
Luctus & vltices posuere cubilia cura,
Pallentesq; habuunt morbi, tristisq; senectus,
Et metus, & maleuada famas, & turpis
egestas:
Terribiles visu forma, letumq; laborq;
Tum consanguineus leti sopor, & mala
mentis
Gaudia, mortiferumq; aduerso in limine
bellum.*

707 Populos leues, Manes, alibi, leues deos
vocat.

712 Tacente, quia, vt ait Simonides,
στυγὰ δ' ἐν νύκτι σοσι.
Vnde Orcus, silentium domus; inferi, silentes
dij; inferorum cœnæ, silicernium vocantur.

713 *At hic, vnus m. f. optimus continet;
ast hinc, de altero latice.*

714 *Acheron, non qui in agro Bruttiorum
est, apud quem Alexander Molossius fuit in-
terfectus. Strabo, Lucretiusq;, sed alter Epiri, ex
Acherusia palude pone Pandosia ortus, multis
in se receptis fluminibus, magno impetu
in Marylandorum regionē influens. Apol-
lon. 2. Argonaut. hunc enim inferorum flu-
uium esse antiqui fabulantur, quemadmo-
dum ex Aretadis Cnidij lib. 2. rerum Macedo-
nic. & Nymphodori Samij lib. 1. Heracl.
doctissimus Apollonij Scholiastes commemo-
rat, libro 2. Argonaut. quoloco poëta di-
cit, Acherontem sub terra multis volui vortici-
bus, tandemque se summa vi è maximo
specu effundere. item;
ὀρθὰ δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ κοίτου ποταμοῦ ἀπὸ τῶν ἐργῶν ἔστιν.
Merito ergo Seneca:
*Ast hinc tumultu rapitur ingenti ferox,
Et saxa fluctu voluit Acheron.*
Et Silius Italicus:
*— hic Acheron sanie crassoq; veneno
Æstuat, & gelidam eructans cum mur-
mure harenam,
Descendit nigra lætas per stagna palude,
Dira maiestas deo. Plutonis forma
etiam à Claudiano describitur lib. 1. de raptu
Proserp.
Ipsarudi fultus solio, nigraq; verendus.**

*AM. Estne aliqua tellus Cereris aut Bacchi ferax?
TH. Non prata viridi lata facte germinant,
Nec adulta leni fluctuat zephyro seges:
Non vlla ramos silua pomiferos habet:
Sterilis profundi vastitas squallet soli,
Et fœda tellus torpet aeterno situ,
Rerumq; mæstus finis, & mundi vltima:
Immotus aër haret, & pigro sedet
Nox atra mundo: cuncta mærore horrida,
Ipsaq; morte peior est mortis locus.*

700

*AM. Quid ille? opaca qui regit sceptro loca,
Qua sede positus temperat populos leues?
TH. Est in recessu Tartari obscuro locus,
Quem grauibus umbris spissa caligo alligat.
A fonte discors manat hinc imo latex:
Alier, quieto similis; hunc iurant dei,
Tacente sacram denebens fluuio Styga:
Ast hinc tumultu rapitur ingenti ferox,
Et saxa fluctu voluit Acheron, inuius
Renauigari. cingitur duplici vado,
Aduersa Ditis regia, atque ingens domus
Umbrante luco tegitur. hic vasto specu
Pendent tyranni limina: hoc umbris iter:
Hæc porta regni, campus hanc circa iacet,
In quo superbo digerit vultu sedens
Animas recentes, dira maiestas deo:
Frons torua, fratrum quæ tamen specimen gerat,
Gentisq; tanta: vultus est illi Ionis,
Sed Fulminantis. magna pars regni trucid
Est ipse dominus, cuius aspectus timet,
Quicquid timetur. AM. verane est fama, inferis
Tæm sera reddi iura, & oblitos sui
Sceleris, nocentes debitas pœnas dare?
Quis iste veri rector, atque æqui arbiter?
TH. Non vnus aliâ sede Quæsitur sedens
Iudicia trepidis sera sortitur reis.
Auditur illo Gnosius Mimos foro,
Rhadamanthus illo, Theidis hoc audit socer.
Quod quisque fecit, patitur: auctorem scelus
Repetit, suog; premitur exemplo nocens.
Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeiâ manu
Scindi tyranni. quisquis est placidè potens,
Dominusq; vitæ, seruat innocuas manus.*

705

710

715

720

725

730

735

et

et

et

et

et

740 *Et incruentum mitis imperium regit,
Animoq; parci: longa per mensus diu
Felicis aut spacia, vel calum petit,
Vel lata felix nemoris Elysi loca.
Iudex futurus, sanguine humano abstine,
745 Quicumque regnas. scelera taxantur modo
Maiore nostra. AM. certus inclusos tenet
Locus nocentes; vtq; fert fama, impios
Supplicia vinculis saua perpetuis domant?
TH. Rapitur volucris tortus Ixion rotâ.
750 Ceruice saxum grande Sisyphia sedet.
In amne medio faucibus siccis senex
Sectatur undas: abluat mentum latex,
Fidemq; cum iam saepe decepto dedit,
Perit unda: in ore poma destituunt famem.
755 Præbet volucris Tityus aternas dapes:
Vrasq; frustra Danaides plenas ferunt.
Errant furentes impia Cadmeides;
Terretq; mensas auida Phineas auis.
AM. Nunc ede nati nobilem pugnam met,
760 Patruï volentis munus, an spoliū refert?
TH. Ferale tardis imminet saxum vadis,
Stupente ubi undâ segne torpescit fretum:
Hunc seruat amnem, cultu & aspectu horridus,
Pauidosq; manes squallidus gestat senex:*

*Maiestate sedet: squalenti immania sædo
Sceptra sita: sublimē caput mœstissima
nubes
Asperat, & dira riget inclementia forma.
Sed Senecam non adæquauit.
732 Minos. poëta tres inferorum iudices
constituerunt, sicut & Plato in Gorgia. idem
tamen Plato in Apolog. Socratis, & Cicero
1. Tuscul. Minoi, Rhadamantho, & Aeaco,
quartum adiungunt Triptoleum.
733 Socer. Aeacus.
734 Auctorem scelus repetit. hoc est, ex-
plo suo nocens plectitur, ex lege Rhadaman-
thi, quam supra actu 1. nu. 216. posui, quam
etiam Hesiodus laudauit. alio sensu dicitur
in Thyeste:
Sapient magistram scelera redierunt sua.
quia scilicet, vt apud Sallustium in historia-
rum fragm. Philippus ait: Praua incepta cœ-
fultoribus sunt noxæ. Malum, inquit ille, cœ-
consilium consultori pessimum.
749 Ixion. Plutarchus, in vita Agidis &
Cleom. Ixionem hominis ambitiosi typum
esse scribit. rectè. Ixion enim ad gloriam, quâ
sibi opinionis errore finxerat, consequendam
opes necessarias esse iudicans, forerum Deio-
neum interfecit: ne pecuniæ, quas illi pro-
miserat, sibi decederent. nam qui gloriâ fal-
sam perunt, facultates vindique quo iure quâ-
que iniuria congerere cupiunt; nõ quo iis rec-
tè fruantur, sed vt eisdem postea queant
cuius immoderatè largiri: eaq; prodiga nu-
morum effusione veram se laudem consecu-
to: existimant, & pro rei veritate, fictum eius
simulacrum amplectuntur. ambitione tam-*

Impexa

men occæcati idipsum non intelligunt: verum se solos prudentes, solos beatos existimant; amicis que suis & fau-
toribus ob intolerabilem factum atque iactantiam graues facti, in cunctorum odium incurrunt. Igitur consumtus
opibus redacti ad egestatem, nullius adiuti auxilio, sed omnium inimicitis oppressi, fieri non potest, quin homi-
num calamitosissimi existat, & perpetua præteritæ felicitatis recordatione non minus torqueantur quàm Ixion,
cuius membra celeri rotâ versantur. 750 Sisyphia. Sisyphum cum poëta nobis proponunt, propter vulgata
Iouis consilia, vel raptum (vt Pausan. scribit in Corinth.) apud inferos saxum ingens ad verticem montis impel-
lentem, quod saxum semper relabatur; monent ne regum arcana temere effutientes, eorum in nos iram prouoce-
mus. quia regum ira grauis est semper. nam quos reges odere, miserimos faciunt, & paupertatem cogunt perfer-
re, quando minimum; quod (vtar verbis Lucretij) — est aduerso nixantem trudere monte
Saxum: quod tamen à summo iam vertice rursum Voluitur, & pluri raptim petit aquora campi.
751 Senex. Tantalus, de quo quæ poëta tradiderunt, alio loco explicabimus. 755 Tityus. hunc immani
hominem corpore, ex Apollonij sententia, Latona, vel, vt Euphorion credit, Dianæ vim parantem, ab Apolline
necatam, assidue à vulture laniari prodiderunt. cuius amantes exemplo à raptu deterrerentur.
— per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur, rostroq; immanis vultus adunco
Immortale iacur tendens, fœcundatq; pœnis Viscera, vimaturq; epulis, habit atq; sub alto
Pestore, nec sibi requies datur vlla renatis. Virgil. Aeneid. 6. Dicitur ab Apolline interfecus. quia
nullius tantum robur, nullius tanta vis aut fortitudo; qui, si viribus ad humanæ societatis perniciem abutatur, non
facillimè à quocumque, Dei ope, vincit & necari queat. 757 Cadmeides. Agaue, Iuo, Autonoe, ceteræ quæ
Pentheum lacerauerunt. 758 Phineas. quod viuo Phineo accidit; vt, vel ob occæcatos filios suos, vel ob
vulgata Deorum consilia, ab Harpyiis infestaretur; id mortuo tribuit. hæc etiam ad morum disciplinâ pertinent.
nam quod deorum consilia diuulgant, indicat auaritiæ deditos, lucri causâ, omnia arcana detegere. eodem ren-
dunt, à quibus dicitur filios occæcasse. quod auari nemini parcunt, ne filiis quidem; sed cunctos circumuenire de-
sident, vt quæstum faciant. in quam rem vnam cum incumbant toto animo, victui suo necessaria detrahunt,
S 2

neque audent bonis partibus frui. hos caecos esse, & quid decet non videre, quis neget? alimenta sibi subtrahi patiuntur ab auaritia; quae cum rapere aliena gestiat, cum famem stimque cogat pati, cum in arcam, quasi in ventrem insatiabilem, omnia congerat; an non vncas manus, an non ora pallida, an non foedissimam ventris proluuiem habere, an non vera Harpyia, qua tristius haut vllum monstrum, nec saeuior vlla pestis, esse videatur? huic virgineus vultus attribuitur, quia mulieres quam viri ad rem ferme sunt attentiores. Harpyias à Phineci mensa Zethes & Calais abegerunt. qui quid significant? ambitionem. etenim si foedici animum gloriae cupiditas occupet: confestim multo sudore & diuturno tempore contrarias opes profundet, nec vllum expensarum finem faciet. stulti enim dum vnum vitium fugiunt, facile in contrarium incidunt. Quid Terentiano Demea parcius? quid eodem mox largius? ille agrestis, saeuus, tristis, parcus, truculentus, tenax, de repente alius factus, sic mutatur, vt prodigiū quam liberalem potius cognoscas. Ego quoque à meis me amari & magni pendii postulo, Si id sit dando atq; obsequendo, non posterioreis feram. Deirit: id mea minime refert, qui sum natu maximus. apud eundem Comicum talem se ostendit Menedemus, vt ab amico Sene merito audiat;

Vobemens in vtramque partem Meuedeme es nimis: Aut largitate nimia, aut parsimonia. Et ne his quidem verbis detereretur, quin dicat: — faciat quid lubet; Sumat, consumat, perdat, decretum est pati. Adeo facilius ex vno extremo in alterum incurras, quam in medio, vbi virtus sita est, queas consistere. Alati dicuntur & Boreæ filij Zethes ac Calais, credo quia gloria, venti instar, per totum orbem volitat: huius vt vmbra ambitio affequatur, leuissima sit oportet, atque adeo alis indiget. Aliter fabulam exposuit Petrus Angelius Bargeus, ad improbos & iniquos iudices eam referens lib. 1. carminum. vide Medea. 782.

765 Impexa pendet barba. Virg. 6. Aen. Impexa pendet barba, de formem sinum
Portitor has horrendus aquas & flumina
seruat
Terribilis squalore Charon; cui plurima
mento
Cancides inculta iacet: stant lumina flama:
Sordidus ex humeris nodo dependet ami-
cus.

766 Concaua squalent gena. hac sententia nihil facilius, nihil dilucidius, obscurior est o. v. l. lectio; *concaua lucent gena.* sed melius (fateor) si dicas macie eò genas redactas, vt videantur pellucidæ, quod hieme apibus accidit, vel sanè, quod potius est, ad illud Virgilij respexerit; — stant lumina flamma — Et Ouid 11. Metam. — rubra suffusus lumina flamma. vt iracundiam illius hæc notent.

770 Charon. Petronius Arbitr. in Satyrus, inferorum portitorem vocat Proteum: — vix nauita Proteus Sufficiet, simulaera virum traducere, cymba: Classe, opus est, iūque ingenti satiare ruina Pallida Tisiphone, concisæque vulnera mande. Per Stygios manes lacraratus ducitur orbis.

Verum omnes poetæ Arbitro repugnant. 775 Succumbit vni. ex illo diuini vatis carmine; — Simul accipit alueo Ingentem & neam, genuit sub pondere cymba Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.

777 Centauri. hos etiam cum Hydra Virgil. 6. Aenid. in foribus inferorum statuit.

765

770

775

780

785

790

Per

795 Per ora missus terna, felices quoque Exterret vmbra. soluit à laua feros Tunc ipse rictus, & Cleoneum caput Opponit, ac se tegmine ingenti clepit: Vitrice magnum dextera robur gerens,
800 Huc nunc & illuc verberare assiduo rotat, Ingeminat ietus. domitus infregit minas, Et cuncta lassus capita summisit canis, Antroq; toto cessit. extimuit sedens Vierque solio dominus, & duci iubet:
805 Me quoque petenti munus Alcidae dedit. Tunc graua monstri colla permulcens manu Adamante texto vincit: oblitus sui Custos opaci peruigil regni canis, Componit aures timidus, & patiens trahi,
810 Herumq; lassus ore summisso obsequens, Vtrumque caudâ pulsât anguisferâ latius. Postquam est ad oras Tanari ventum, & nitor Percussit oculos lucis ignota, bonos Resumit animos victus, & vastas furens
815 Quassat catenas: penè victorem abstulit, Pronumq; retro vexit, & mouit gradu. Tunc & meas respexit Alcides manus: Geminis uterque viribus tractum canem, Irâ furentem, & bella tentantem irrita,
820 Intulimus orbi. vidi vt clarum aethera, Et pura nitidi spacia conspexit poli: Oborta nox est, lumina in terram dedit, Compressit oculos, & diem inuisum expulit, Aciemq; retro flexit, atque omni petiit
825 Cervice terram: tum sub Herculeâ caput Abscondit vmbra. Densa sed leto venit Clamore turba, frontibus laurum gerens, Magniq; meritas Herculis laudes canit.

CHORVS.

Sapphici & choriambici trimetri.

Natus Euristheus proper ante partu,
830 Iusserat mundi penetrare fundum: Deerat hoc solum numero laborum, Tertia regem spoliare sortis. Ausus est caecos aditus inire, Ducit ad manes via quâ remotos
835 Tristis, & siluâ metuenda nigrâ,

783 Terna. quidam v. l. trina.
785 Viperis horrent iuba. Sumtum à Virgilio, eodem libro; Cui vates horrent videns iam colla colubris.

793 Loca muta. ὁ οὐρανὸς ἔρημος, vt & Catullus, Si quidquam mutis gratum acceptumq; sepulchris.

798 Tegmine ingenti clepit. qui se regit, ex alterius aspectu se subducit: qui verò quid alteri clepit, id, ne videat, regit, quare clepit, positum est pro subducit, regit, abscondit: quemadmodum & furandi verbum in Agamemnone;

Germane vultus veste furabor tuos.
804 Vierque solio dominus. Sic vulgati libri, hoc est, Pluto & Proserpina. m. f. verò habent, vtrumque, hoc est, Cerberum & Herculeum: malo, Vierque, propter præcedens extimuit.

815 Victorem. o. v. l. victorem.

829 Properante partu. Septimo mense, vt Herculi imperaret. vide Homerum Iliad. 5.

Sed

S 3

843 *Libra* hęc noctes diebus æquat. hoc est, cum sol est in libra, æquales noctibus sunt dies. Q. Cicero, Virgilius, Manilius, & Claudianus.

852 *Comis nondum positus ephēbi*. impuberibus, ut dicitur possent, cum alia, tum illud dabatur, ut comam alerent. Iacobus Ruardus, elegans iuris interpretes, lib. 4. variorū, cap. 10. quam anno demum quatuordecimo (quādo eos puberes esse incipere definitum est, §. 1. instit. quib. mod. tutel. fin.) decurrare & numinis alicuius are consecrare solebant; idque non concubini tantum, ut Lambinus in Horatium existimat; sed omnes omnino pueri. nam ut dignoscerentur puberes ab impuberibus, id sibi factitatum, & hic est habitus ille ex quo Iureconsultorum nonnulli pubertatem corporis aestimari volebant, iuxta Ruardum dicto cap. 10. qui etiam, si Dis placet, Iustiniani sententiam §. 1. quib. mod. tutela finiat, ausus fuit reprehendere. at ego Iustinianum temere reprehendi non dubito. etenim id ipsum testatur Quinctilianus de clamar. 279. de impubere marito agens, his verbis: Quo enim tandem modo defenderetur filius tuus, si quis existisset, qui diceret, Occidisti hominem nondum maritus. nec enim vis ista, nominis huiusce appellatione prima consistit: nec satis est maritum tantum osculo putari. Postea nudari filium, atque in conspectu iudicum constitui cogisserat: atque interrogaret an ille maritus esset, qui fieri poter non possit.

858 *Sensit*. nonnulli manu sc. libri continent, *sensit*.

860 *Tenebrae, turpes*. vetus poeta, nescio qui, apud Ciceronem: *Adsum atque aduenio Acherontē, vix, via alta atque ardua, Per speluncas saxis struētas asperis, pendētibz, Maximis; ubi rigida constat crassa caligo inferūm.*

Ennius Andromacha; *Acherusia templa alta, Orci pallida, Leti obnubila, obsita tenebrū loca.*

Catullus: *Qui nunc it per iter tenebricosum.* Idem: *At vobis malè sit mala tenebra Orci*

866 *Properare*. differentiam inter properare & festinare, citante Gellio lib. 16. ca. 14. Caro, in orat. de suis virtutibus, tradidit his verbis: Aliud est properare, aliud festinare. qui vnum mature transigit, properat: qui multa incipit, neque perficit, is festinat. Virgilius Aeneid. 9. *— pulcrā properat per vulnēra mortem.*

Sed frequens, magnā comitante turbā. Quantus incedit populus per vrbes Ad noui ludos avidus theatri: Qualis Eleam coit ad Tomantem, Quincta cum sacrum renouavit aestas: Quanta; cum longæ redit hora noctis, Crescere & somnos cupiens quietos Libra, Phœbeos tenet aqua currus; Turba secretam Cererem frequentat, Et citi rectis properant relictis, Attici noctem celebrare mystæ: Tanta per campos agitur silentes Turba: pars, tardā gradiens senectâ, Tristis, & longâ satiata vitâ: Pars adhuc currit melioris aui, Virgines nondum thalamis iugata, Et comis nondum positus ephēbi, Matris & nomen modo doctus infans: His datum solis, minus ut timerent, Igne pralato releuare noctem: Ceteri vadunt per opaca tristes. Qualis est nobis animus remotâ Luce, cum mæstus sibi quisque sentit Obrutum totâ caput esse terrâ? Stat chaos densum, tenebraeque turpes, Et color noctis malus, ac silentis Ocium mundi, vacuaque nubes. Sera nos illò referat senectus. Nemo ad id sero venit, vnde numquam, Cum semel venit, potuit reuerti. Quid iuuat durum properare fatum? Omnis hac magnis vaga turba terris Ibit ad manes, facietque inertâ Vela Coccyto. tibi crescit omne, Et quod occasus videt, & quod ortus; Parce venturis, tibi mors paratur: Sis licet segnis, properamus ipsi. Prima, quæ vitam dedit, hora carpit. Thebis leta dies adest: Aras tangite supplices, Pingues cadite victimas. Permissa maribus nurus Solennes agitent choros, Cessent deposito iugo

840

845

850

855

860

865

870

875

Arui

880 *Arui fertilis incola, Pax est Herculeâ manu Auroram inter, & Hesperum; Et, quâ sol medium tenens Vmbra corporibus negat.*

885 *Quodcumque abluitur solum Longo Tethyos ambitu Alcide domuit labor. Transuectus vada Tartari, Pacatus redit inferis.*

890 *Iam nullus superest timor, Nil ultra iacet inferos. Stantes sacrificus comas Dilecta tege populo.*

ACTVS QVARTVS.

HERCVLES. THESEVS.

AMPHITRYO. MEGARA.

HER. *Vltrice dextrâ fusus aduerso Lycus*

895 *Terram petiuit ore: tum quisquis comes Fuerat tyranni, iacuit & pœna comes. Nunc sacra Patri victor, & superis feram, Cæsisque meritis victimis aras colam. Tete laborum socia & adiutrix precor*

900 *Belligera Pallas; cuius in laua ciet Agis feroces ore saxifico minas. Adsit Lycurgi domitor, & rubri maris*

Tectam

nam contexuisse. hinc venit in consuetudinem, ut hæc arbor Herculi sacra puraretur. In membranæ pro dilecta, habetur *delecta*. quo confirmatur Aldi Paulli F. Manutij opinio, in lib. de orthograph. pag. 283. contra Festi auctoritatem, & Dionys. Lambini sententiam. Porro quod in precedenti versu habetur; *stantes sacrificus comas*, intellige, *stantes*, præ timore & horrore. alludit ad Virgilianum illud; *— steteruntque comas, vox faucibus hæsit.* vel, *stantes*, hoc est, horridas, in pexas. (ut vocat Herc. Octavo vers. 387.) ridentes & horrentes, ut ibid. vers. 789.

895 *Terram petiuit ora*. olim viri fortes cadentes terram mordebant, ne quis gemitus, antea vita indignus, à circumstantibus exciperetur. Claudianus, de bello Getico; *— Italamque momordis harenam.* Pleni sunt Heroicorum poetarum libri huiusmodi testimoniis. Aquilonares vero pugiles etiam ridentes vulnera excepisse & occubuisse memorant. de Agnero quodam Ingelli filio, à Biarcone ingenti vulnere perempto, Saxo Grammaticus histor. Danicæ lib. 2. ita scribit: Sunt qui asserant morientem Agnerum, soluto in risum ore, per eum fumam doloris dissimulationem, spiritum reddidisse, & paulo post ipsum Biarconem introducit pugnam illam. & Agneri constantiam predicantem his versibus: *— ut Agner Ingelli natum fudi, veralique trochaum. Elisum morsu gladium, maior a daturus Cui contra lauram lateris cum parte sinistri Incidit in medias ferrum penetrabile costas. Semivigil subsedit enim; cubitoque reclinis Spreuit, & Elysium gaudens & successit in orbem. Supremam celare necem, summumque dolorem*

902 *Adsit*. legitur in antiquo codice *assit*. aduocat Palladem, Liberum, Phœbum, Perseum, Pollucem, ceterosque non ex nouerca stantes; ut excludat Martem; (sine operâ viri, floris cuiusdam contactu à Iunone editum;

Seneca infra actu 5. *— si quod etiamnum est scelus*

Litura terra properet — quo loco Seneca hac voce admodum proprie ex Catonis sententia vsus fuit.

867 *Omnis hac, &c.* notissima verissimaque est Homerici verus sententia, nemine Parcam effugere posse; sed nos nostraque morti debere omnia. nam, ut ait Stesichorus, *πῆμα πᾶσι δὲ ἀμῶν ἐπιπύσσει, ἔτι ἀνθρώπων.* Phanocles ἐπιπύσσει, ut in Clemente Alexandr. Florentia excuso legitur: *ἀλλὰ τὸ μισοφθὸν ἦν ἀλλοτὸν ἐδίδμας ἐστὶν ἐκφυγῆναι, ὅσοι ἦν ἐπιπύσσει ὁμοίως.* Sed Paulus Leopardus lib. 4. emendat. cap. 4. prius carmen sic emendat: *ἀλλὰ τὸ μισοφθὸν ἦν ἀλλοτὸν ἐδὲ ποτ' ἐστὶν.*

873 *Carpit*. vitæ spacium minuit. Catull. *Illam mihi sedes, illic mihi carpitur atas.* Virgilius; *Solana perpetua mærens corpore inuenit a?*

883 *Quæ sol medium tenens Vmbra corporibus negat*. Ego arbitror Senecam per Syenem, quæ intelligitur, meridiem significare. de Syene Macrobius, in somnium Scipionis, lib. 1. Ciuitas Syene, quæ provinciarum Thebaidos, post Superiorum montum defera, principium sub ipsò æstiuo tropico constituta est: & eo die quo sol certam partem ingreditur Caucis, hora diei sexta, quoniam tunc sol super ipsum inuenitur verticem ciuitatis, nulla potest illic in terram de quolibet corpore vmbra iactari. Lucanus lib. 2. *— vmbra nusquam steterit Syene.*

893 *Dilecta tege populo*. Olympionicus in lib. de plantis scribit, Herculem, inuenta in ripa Acherontis alba populo, inde sibi coronam contexuisse. hinc venit in consuetudinem, ut hæc arbor Herculi sacra puraretur. In membranæ pro dilecta, habetur *delecta*. quo confirmatur Aldi Paulli F. Manutij opinio, in lib. de orthograph. pag. 283. contra Festi auctoritatem, & Dionys. Lambini sententiam. Porro quod in precedenti versu habetur; *stantes sacrificus comas*, intellige, *stantes*, præ timore & horrore. alludit ad Virgilianum illud; *— steteruntque comas, vox faucibus hæsit.* vel, *stantes*, hoc est, horridas, in pexas. (ut vocat Herc. Octavo vers. 387.) ridentes & horrentes, ut ibid. vers. 789.

Ille meo capiti impactum per fragis Hæbingum Vulnera si malis ferri vixisset acumen. Dissocii, dextrumque pedem, labensque sub artus Hercule nemo illo visus mihi fortior unquam. Ridendo excepit lethum, mortemque cachinno Magna viri virtus, quia risu calluit uno Corporis ac mentis lato compefcere vultu.

1064 *Tuq̄, o domitor Somne malorum.* sic o. v. l. quidam excusi habent; laborum: quam lectionem Cicero astruit, inquiring, li. 2. de diuinar. Per fugium videtur omnium laborum & solitudinum esse somnus. Homerus, Odyss. 20.

ἄνακτος δὲ ὑπνοῦ ἔχουσιν, ὃ γὰρ τ' ἐπίλησσι
ἴππωνται
ἰδὲ λαὸν ἠδέ κε κλυῖν.

Ouidius 2. Metamorph.
Somme quies rerum, placidissime Somne
Deorum,
Pax animi; quem cura fugit, qui corpora
duris
Fessa ministeriis mulces, reparasq̄ labori.

Iticico somnus vati ter maximo γλυκὺς; Theocrito, ἠδὲ μὲν; Apollinari γλυκίον μέλι; Theognidi λουκίον; Pindaro, εὐφροσύνη; Catullo, dulcis; Virgilio, dulcis, iucundus & mollis; Furio annal. 1. mitis; Papinio, diuina mitissimus; Ennio, li. 12. annal. mollissimus; Laberio, in aquis caldis, optimus; Varroni Attacino, placidus dicitur. Euripides:

ὑπνὸς γλυκυτάτων φερεσθῆναι χαλεπὸν.

Item: ἕσπερον ὑπνὸς χαλεπὸν. & alibi: ὃ φίλον ὑπνοῦ δὲ λουκίον, ἐπὶ τὸν ὑπνόν.

Seneca, Agamemnone: *curarum Somne domitor.*

1067 *Genus Astræe summo consensu traditur Somnus Noctis & Erebi filius esse. cur Seneca hoc loco Astræe genus nominauit: an quod, qui iusti sunt, somno ut plurimum quieto fruatur; qui vero animu sceleribus inquinant, nunquam quiescere aut somnum capere queant: an vero, quia, cum iniustitia viger, tutio liceat omnibus, absque latronum metu, somno indulgere?*

1068 *Frater dura languide mortis.* Orpheus, in hymnis, sic somnum affatur:

ἄδῃ θανάτου μελίστιον ἐπαύλας, ψυχῆς δὲ σάλευ.

αὐτὸς τὸ κέντρον ἡδὲ ἔφευγες λήθησιν θανάτου.

Homerus Iliad. 2.

ἔστ' ὑπνοῦ ἐξέβλητ' ἀσπιγῆτα θανάτου.

Hesiodus, in Theogon.

ἢ δ' ὑπνον μὲν χεῖρσι, κασίγνητον θανάτου.

D. Bassilius in ἀδελφῶν ἠρώσεια orat.

μήτην δ' ὑπνον ἰδίῃ ἐπαύλας, ἀδελφῶν θανάτου.

Petrus ha sonet. 191.

Il sonno è veramente qual huom disse,
Parente di la morte.

Leontinus Gorgias morti vicinus sensum in somnum delabebatur; rogantibusque amicis quid ageret, respondit, teste Stobæo: ἠδὲ μὲν ὑπνοῦ ἔχουσαν πνευματικῆς τ' ἀδελφῆς.

Flectite mentem, tuq̄, o domitor
Somme malorum, requies animi,
Pars humana melior vita,
Volucer, matris genus Astræa,
Frater dura languide mortis,
Veris miscens falsa, futuri
Certus, & idem pessimus auctor,
Pater o rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctisq̄ comes;
Qui par regi, famuloq̄, venis;
Placidus fessum lenisq̄, foves;
Pavidum lethi, genus humanum
Cogis longam discere mortem:
Preme deuictum torpore graui,
Sopor indomitos alliget artus;
Nec torua prius pectora linquat,
Quam mens repetat pristina cursum.
En susus humi saua feroci
Corde volutat somnia: nondum est
Tanti pestis superata mali:
Clauaq̄, graui lassum solitus
Mandare caput; quærit vacua
Pondera dextrâ, motu iactans
Brachia vano. nec adhuc omnes
Expulit æstus: sed, ut ingentè
Vexata noto seruat longos
Vnda tumultus, & iam vento
Cessante, tumet. pelle insanos
Fluctus animi, redeat pietas
Virtusq̄, viro: vel sit potius
Mens vesano concita motu:
Error cæcus, quâ cœpit, eat.
Solus te iam præstare potest
Furor insonem, proxima puris
Sors est manibus nescire nefas.
Nunc Herculeis percussa sonent
Pectora palmis, mundum solitos
Ferre lacertos verbera pulsent
Vitricæ manu: gemitus vastos
Audiat æther, audiat atrè
Regina poli; vastisq̄, ferox
Qui colla gerit vincet a catenis,
Imo latitans Cerberus antro.
Resonet mæsto clamore chaos,

1065

1070

1075

1080

1085

1090

1095

1100

1105

Latiq̄

Latiq̄, patens vnda profundi,
Et, qui melius tua tela tamen
Senserat, æther.
Pectora tamen obsessa malis
Non sunt ictu ferienda leui:
Vno planctu tria regna sonent.
Et tu collo decus, ac telum
Suspensa diu, fortis arundo,
Pharetraq̄, leues, date sana ferro
Verbera tergo: cedant humeros
Robora fortes, stipesq̄, potens
Duris oneret pectora nodus.
Plangant tantos arma dolores.
Non vos patrie laudis comites,
Vlti sanos vulnere reges:
Non Argiua membra palastrâ,
Flectere docti, fortes castu,
Fortesq̄, manu; iam tamen ausi
Telum Scythici leue coryti
Missum certâ librare manu,
Tutosq̄, fuga figere ceruos,
Nondumq̄, fera terga iubata.
Ite ad Stygios vmbra portus,
Ite innocua, quas in primo
Limine vitæ scelus oppressit,
Patriusq̄, furor: ite in faustum
Genus, o pueri noti, per iter
Triste laboris: ite, iratos
Visite reges.

ACTVS QVINCTVS.
HERCVLES. AMPHITRYO.
THESEVS.

HER. *Quis hic locus? qua regio? que mudi plaga?*
Vbi sum? sub ortu solis, an sub cardine
Glacialis vsq̄? nunquid Hesperij maris
Extrema tellus hunc dat Oceano modum?
Quas trahimus auras? quod solum fesso subest?
Certe redimus. vnde prostratâ domo
Video cruenta corpora? an nondum exiit

testimonium supra positum. Xenophon in orat. Cyri morientis ad filios: ἐννοεῖται ὅτι ἐστὶν ἰσχυροῦς ὡς τῶν ἀνθρώπων θανάτου ἐνδὲ ἐστὶν ἕκαστος. Cicero, 1. Tusc. Mors somno similis. item: Somnus est imago mortis. Sic Ouid. *Stulto quid est somnus, gelida nisi mortis imago?* Sic Silius: *Nox similes morti dederat placidissima somnos.*

1096 *Solus te iam præstare potest Furor insonem.* qui nescit se peccare, in peccatum non consentit, & in maleficiis consensus potissimum ac voluntas spectatur. I. Diuus Hadrianus, D. ad leg. Cornel. de scar. l. 1. C. eodem tit. l. quod reip. D. de iniur. adeo vt qui iniuriæ causa ianuam effregit licet inde per alios res amota sint; furti non teneatur. l. qui iniuriæ, in princip. D. de furt. propterea cum furiosus, quamdiu furore vrgetur, nihil velle, sed dormire & quiescere censetur. l. si ei qui, §. furiosus. D. de iu. codicil. furor delicta eius excusat. l. D. Marcus. D. de offic. prefid. l. penna, D. de leg. Pompeia. de patricio. l. infans, D. ad leg. Cornel. de scar.

1106 *Cerberus.* ab Eurytheo dimissus, & à Plutone antiquæ custodiæ iteru prepositus.

1109 *Melius tua tela.* s. pulsus Stymphalidibus.

1110 *Æther.* cælum, vt supra.

1116 *Date sana ferro.* in duobus cod. scriptis legitur, *date fera ferus*; quod ipsum quoque recipi potest.

1124 *Flectere docti.* sic in quibusdâ memb. legitur: in aliis, *flectere forti fortes castu.* in nonnullis etiâ: *flectere fortes fortis castu.* placet: *Non Argiua membra palastrâ*
Flectere docti, fortes castu
Fortesq̄, manu.

Sic Horatius 3. carmin.
— *Iudere doctior*
Sen Græco iubeas trocho, &c.

1126 *Coryti.* o. v. l. *corichi.* & quod apud Virgilium 10. Aeneid. legitur,
Corytiq̄, leues humeris,
hoc in vulgatis lib. Nonij Marcelli habetur, *Corichiq̄,* in m. vero eiusdem codicibus; *corytiq̄,* in Seruij quoque membranis nō vno modo vox ista scribitur. quare, dum certius quid comperero, hic & apud Virgilium, Statium 9. Thebaid. & vbiq̄ scribam *corytus*, quia Græcè apud Homerum Odyss. φ. scribitur *κορυτός.* Qui *corytus* maluit, errant. est enim hoc oppidum Tusciæ, cuius etiam Maro meminit 9. Aeneid.

1136 *Visite.* vnum cod. vidi, in quo continebatur, *visere*; sed erat ille codex antecentum dumtaxat annos non nimis emendatè scriptus. RES] Plutonem & Proserpinam.

1140 *Modum.* finem, terminum, ita apud Horatium, modus agri non ita magnus, dicitur.

T 3

1236 *Erreri*. merito errorem à scelere distinguit. aliud est enim culpa, aliud erratum. Cicero pro Ligario, statim in principio, Cum à te non solum liberationem culpæ, sed errati veniã impetrassent. Seneca in Herc. Octavo: *Haut est nocens, quicumque non sponte est nocens.*

Thucydides lib. 3. *ἐκ γινώσκων ἡ δὲ οὐκ ἐστὶν ἄλλοι, εἰδότες δὲ ἐπιβουλεύουσιν, ἐβούλευσαν δ' ἐστὶν ἐπὶ ἀγούσων.* Vide quæ dixi supra nu. 1096. Sed qui errat, non est sponte nocens. errantis enim nulla voluntas est l. 20. D. de aqu. & aqu. plu. arc. neque consentiunt qui errant. l. 15. D. de iurisdic. omn. iud. l. 2. D. de iud. ideo erranti ignoscendum est. Quò spectat illud Ouidij:

— quod enim scelus error habebat?
1238 *Nunc Hercule opus est.* eã opus est animi constantiã & fortitudine, quã hæcenus vsus fuisti. Sic Euripidis Amphitryo, in *μεινομένην* Hercule:

ἄρα γὰρ ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς, πρὸς κείνῳ ἄνθρωπῳ ἡσυχίαν ἔχειν ἔδει. nos ter infriã; *Herculem irasci veta.* hoc est, te ipsum vince, & iram tuã compece: quæ victoria est longè pulcherrima. P. Syrus: *Iracundiam qui vincit, hostem vincit maximum.*

Idem: *Bis vincit, qui se vincit.*

1240 *Impio aspectu fugem.* similiter in Agamemni. actu 1.

Fugio Thyestes inferos, superos fugo.

1242 *Reddi. redde,* est in membranis.

1245 *Generis sacra.* gentilitia sacra intelligit: quorum mentio apud Liuium lib. 5. quæ gentilibus erant communia. Gentiles verò dicuntur, qui ex eodem genere orti sunt, vt Sex. Pompeius scribit: & qui simili nomine appellantur, vt ait Cincius, gentiles mihi sunt. Quo sensu, secundum quosdam, Cicero Scruium Tullium regem gentilem suum appellauit, cum interim ab eo genus nõ traheret. vide Paul. Manutium ad 1. epist. fam. l. Ciceron.

1246 *Vtrumque,* patris & alioris.

1253 *Monstra.* quidam manu sc. continent, *Aut terram.*

1257 *Cur animam.* Euripides:

τί δὲ γὰρ φειδόμενος ψυχῆς ἐμῆς;

1261 *Morte sanandũ est scelus.* tradit Phalaris (si ipse auctor) in epist. ad Alcibonum, neminem animi morbo, qualis est infania, aliter quã morte mederi posse.

1262 *TH. Perimes parentem?* HER. *facere ne possim, occidam.* Genitore coram. TH. *cernere hunc docui nefas.* AM. *Memoranda potius.* ita hæc leguntur in Lipsicã editione, sanè ineptissimè. nos aliter cum quibusdã m. f. & (nisi fallor) optimè, legimus hoc modo:

Lachrymare vultus nescit. huc ensē date, Date huc sagittas, stipitem huc vastum date. Tibi tela frangam nostra, tibi nostros puer Rumpemus arcus, ac tuus stipes grauis Ardebit umbris ipsa Lernais frequens Pharetra telis in tuos ibit rogos.

Dent arma pœnas. vos quoque infaustas meis Cremabo telis, ò nouercales manus.

TH. *Quis nomen vnquam sceleris errori dedit?* HER. *Sape error ingens sceleris obtinuit locum.*

TH. *Nunc Hercule opus est. perfer hanc molē malis.* HER. *Non sic furori cessit extinctus pudor,*

Populos vt omnes impio aspectu fugem. Arma, arma, Theseu, flagito properè mihi Subtracta reddi. sana si mens est mihi, Referte manibus tela: si remanet furor, Pater recede. mortis inuentam viam.

AM. *Per sancta generis sacra, per ius nominis Vtrumque nostri, siue me altorem vocas,*

Seu tu parentem, perq̃ venerandos piis Canos; senectæ parce deserta precor, Annisq̃, fessis. vnicum lapsæ domus Firmamen. vnum lumen afflictõ malis Temet reserua. nullus ex te contigit

Fructus laborum. semper aut dubium mare, Aut monstra timui. quisquis in toto furit Rex saeuus orbe, manibus aut aris nocens, A me timetur. semper absentis pater

Fructum tui, iactumq̃, & aspectum peto.

HER. *Cur animam in ista luce detineam amplius, Morerq̃, nihil est. cuncta iam amisi bona; Mentem, arma, famam, coniugem, natos, manus, Etiam furorem. nemo polluto queat*

Animo mederi: morte sanandum est scelus.

TH. *Perimes parentem?* HE. *facere ne possim, occidã.*

TH. *Genitore corã.* HE. *cernere hunc docui nefas.*

AM. *Memoranda potius omnibus facta intuens, Vnius à te criminis veniam pete.*

HER. *Veniam dabit sibi ipse, qui nulli dedit? Laudanda feci iussus. hoc vnum, meum est.*

Succurre genitor, siue te pietas mouet, Seu triste fatum, siue violata decus Virtutis; effer arma, vincatur meã

Fortuna dextrã. TH. *Sunt quidem patria preces*

Satis

Satis efficaces, sed tamen nostro quoque Moueare fletu. surge, & aduersa impetu Perfringe solito: nunc tuum nulli imparem

1275 *Animum malo resume: nunc magnã tibi Virtute agendum est: Herculem irasci veta.*

HER. *Si viuo, feci scelera: si morior, tuli. Purgare terras propero: iam dudum mihi Monstrum impium, saeuumq̃, & immite, ac ferum*

1280 *Oberras: agedum dextra, conare aggredi Ingens opus, labore bisseuo amplius. Ignauæ cessas? fortis in pueros modò, Pavidamq̃, matrem? arma nisi dentur mihi: Aut omne Pindi Thracis excindam nemus,*

1285 *Bacchiq̃, lucos, & Citharonis iuga Mecum cremabo; tota, cum domibus suis Dominisq̃, tectis; cum deis, tēpla omnibus Thebana, supra corpus excipiam meum, Atque vrbe versã condar: & si fortibus*

1290 *Leue pondus humeris mœnia immissa incident, Septemq̃ opertus non satis portus premar: Onus omne media parte qua mundus sedet, Dirimitq̃, superos, in meum vertam caput. Redde arma.* AM. *vox est digna genitore Herculis.*

1295 *Hoc en peremptus spiculo cecidit puer: Hoc Iuno telum manibus emisit tuis: Hoc nunc ego vtar. THE. ecce quã miserum metu Cor palpitat, corpusq̃ sollicitum ferit. Aptata arundo est: ecce iam facies scelus*

1300 *Volens sciensq̃, pande, quid fieri iubes?* HER. *Nihil rogamus, nos ter in tuto est dolor. AM. Natum potes seruare tu solus mihi Theseu, ipse necdum maximum euasi metum. Miserum haud potes me facere, felicem potes.*

1305 *Sic statue, quicquid statuis, vt causam tuam, Famamq̃, in arcto stare & ancipiti scias. Aut viuis, aut occidis. hanc animam leuem, Fessamq̃, senio, nec minùs quassam malis In ore primo teneo. tam tardè patri Vitam dat aliquis? non feram vlteriùs moram,*

1310 *Lethale ferrum pectori impressum induam, Hic hic iacebit Herculis sani scelus.* HER. *Iam parce genitor, parce, iam reuoca manũ: Succumbe virtus, perfer imperium patris.*

1315 *Eat ad labores hic quoque Herculeos labor.*

Via-

V

1277 *Si viuo, feci.* quia viuendo videbor ca, quæ furore cogente feci, scelera rata habere & confirmare. *Si morior, tuli.* tunc apparebit me in scelera illa non consensisse, propter quæ à me ipso pœnas exegerim. *Tuli.* hoc est, à furore illata pertuli.

1290 *Incident.* quidam v. l. habent, *excident.* fortè elegantius.

1296 *Hoc Iuno telum manibus emisit tuis.* homicidæ solebant excusationis loco adferre telum non à se emissum, sed vel effugisse manus, vel ab alio emissum fuisse. posterioris exemplum hic apud Senecam, prioris habes apud Euripidem, in Oreste:

— παρηίδων τ' ἐξ ἐμῶν ἐμπευκάσθ', ὡς χέρεος ἐμῶς λεπτὴν βέλῳ.

1307 *Aut occidis.* si non viuis, me occidis, causam mortis præbendo.

1309 *In ore primo teneo.* ita apud Laërtium & Gellium. Plato; de Agathone

τὴν ψυχὴν ἀγάθωνος φιλῶν ἐπὶ χεῖρσιν ἔσταν.

ἤλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς ἀγ. β. θ. ο. ὀρθῶν.

Lucilius Satyr. 20. vt ego apud Nonium lego, in Priores;

Eduxiq̃, ollis animam in primoribus labris. & sequenti fragmento reponendum; *animã in labris primoribus vix pertuli.* Seneca epist. 30. Senilis anima in primis labris esset. & incertus poeta apud Gellium & Macrobi.

Anima tunc agra & saucia Cuncurrit ad labias mihi

Orisq̃, rictu peruium Et labra pueri mollia,

Rimata iuueni transfusa Vbi transfret mictur.

1318 HANC MANUM. Hercules.

Viuamus. artus aliena afflictos solo
Theseu parentis. dextra contactus pius
Scelerata refugit. A M. hanc manum amplector
libens;

Hac nixus ibo; pectori hanc ego admonens
Pellam dolores. HER. quem locum profugus petam? 1320
Vbi me recondam? quaeve tellure obruam?

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica
Violentus unda Tigris, aut Rhenu ferox,
Tagusve Ibera turbidus gaza fluens,
Abluere dextram poterit? Arctoum licet
Mæotis in me gelida transfundat mare;

1327 Totam Tethys. Catullus, in Gellium:
Suscepit, o Gelli, quantum non ultima
Tethys,

Non genitor Nympharum abluat Oceanus.
1336 Amas nocentes. hoc dicit, quia Theseus amauerat Pirithoum, atque eum iuuerat in rapienda Proserpina; nunc se liberos necantem, & summum furentem furorem non deseruerat.

1339 Restitue vinculis. redde me catenis quibus te apud inferos vincitum exemi.

1342 Illa est, etc. Euripides in Herc. fur.
Θήνη μὲν οὐδὲν ἐκλεῖπει, τὴν νόμον χεῖραν
ἐπεὶ δ' ἴμι ἠμὶν ἀφ' ὧν πόλις ἡμῶν Πυλάδα
οὐκ ἔστιν ἄλλο ἄλλοις, μίσηται, &c.

1343 Qua superos. Marsenim in Arcopago, de Halitrothij Neptuni F. caede caulam dixit, & absolutus fuit omnium deorum sententis. quia vim vi repulisset. quod utique gentium iure permittitur. l. r. §. vim vi, D. de vi & vi arma. l. sed & partus. §. quæri poterit, D. quod met. cau. & c. l. vt vim, D. de iust. & iur. l. scientiam, §. qui eum, D. ad leg. Aquil. l. §. D. vnde vi, & de vi arma.

Et tota Tethys per meas currat manus;
Harebit alium facinus: in quas impius
Terras recedes? ortum, an occasum petes?
Vbique notus, perdidit exilio locum.

Me refugit orbis, astra transuersos agunt
Obliqua cursus, ipse Titan Cerberum
Meliore vultu vidit. o fidum caput
Theseu; latebram quare longinquam, abditam.

Quicumque semper sceleris alieni arbiter
Amas nocentes, gratiam meritis refer,
Vicemque nostris. redde me infernis precor
Vmbrae reductum, meque subiectum tuis
Restitue vinculis. ille me abscondet locus,
Sed & ille nouit. THE. nostra te tellus manet:

Illic solutam caede Gradinus manum
Restituit armis. illate, Alcide, vocat,
Facere innocentes terra qua superos soles.

L. ANN.

Hercules OEtæus.

OETAEVM
ADVERSARIA.

TRAGŌEDIA VI.

PERSONÆ.

Hercules. Chorus mulierum.
Iole. Nutrix.
Hyllus. Alcmena.
Philoctetes. Deianira.

ACTVS PRIMVS.

HERCVLES.



ATOR deorum; cuius excussam manu

Vtraque Phæbi sentiunt fulmen domus;

Secure regna: protulit pacem tibi,

Quacunque Nereus porrigi terras vetat.

5 Non est ionandum. perfidi reges iacent,
Sæui tyranni: fregimus, quicquid fuit
Tibi fulminandum. sed mihi calum parens
Adhuc negatur. parui certè, Ioue
Vbique dignus: teque testata est meum

10 Patrem nouerca. quid tamen neceis moras?
Nunquid timemur? nunquid impositum sibi
Non poterit Atlas ferre cum calo Herculem?
Quid astra genitor, quid nequeas? mors me tibi
Certè remisit. omne concessit malum,

15 Quod terra genuit, pontus, aër, inferi.
Nullus per urbes errat Arcadias leo,
Stymphalis ista est, Manali nulla est fera.
Sparsit peremptus aureum serpens nemus,
Et Hydra vires posuit, & notos Hebro

20 Cruore pingues hospitum fudi greges,
Hostisque traxi spolia Thermodontia.
Vidi regentem fata, nec tantum redij;
Sed trepidus atrum Cerberum vidit dies,
Et ille solem. nullus Antæus Libys

25 Animam resumit. cecidit ante aras suas
Busiris. vna est Geryon sparsus manu,
Taurusque populis horridus centum paupor.

Hercules OEtæus. licet noster hac tragedia eam Sophoclis, quæ *αεζχθιος* inscribitur, imitatus fuerit: inscriptionem tamen ab Euripide maluit accipere. quia illa Sophoclea reprehensione non vacat, si Scæligero patri lib. 3. de arte poet. cap. 97. credimus. Porro ex hac Senecæ tragedia Martiranus Coriolanus multa in tragediam suam, Christum transfudit.

2 Vtraque Phæbi sentiunt fulmen domus. id est, oriens & occidens. Sic Ouid. 1. Metam. *Litera voce, replet sub vtraque iacentia Phæbo.* & in epistolis:

Implesti meritis solis vtramque domum.
16 Leo. hic fuit primus labor Herculis. Hilafius:

Oppressit Nemea primum virtute leonem.
17 Stymphalis. quintus labor. Euphorbus: *Denicit horrifono quincto Stymphalidas arcu.*

Manali. Eustenius: *Tertius, enectus sus est Erymanthius ingens*

18 Serpens. custos Hesperidum. Vitalis: *Postremo Hesperidum victor tulit auream mala.*

Fuit ergo hic labor duodecimus.
19 Hydra. Secundus labor. Maximian. *Extincta est anguis qua pullulat hydra secundo.*

20 Fudi. quotquot vidi antiq. cod. non fudi, habent, sed fregi. *Greges. Diomedis equos, Vomanus: Tu Diomedes equos mono, cū rege, peremis.*

21 Hostisq. traxi spolia Thermodontia. Hippolytes Amazonum reginæ. Pompeian. *Abstulit Hippolyta sexto sua cingula victa.*

23 Cerberum. Alfenus: *Vndecimo extractus vidit nona Cerberus astra.*

Atrum Cerberum. ficalibi dixit: *Atrum per urbes iraxit Argolicas canē.*

24 Antæus. cur Antæus iste terræ filius sit dicitur, a Procopio, lib. 4. de bello Vandatico, traditum memini: scilicet, quia Tingitani, quorum Rex Antæus, se veros Africa indigenas gloriantur.

26 Geryon. Palladius: *Geryonē ducimo triplici cum corpore vicin.*
27 Taurusque. Iulianus: *Quinta domuit magno lucamine taurum,*

Quod-

V 2

Populis horridus centum pavor. iratus Neptunus taurum Cretenfibus immiserat: quia Minos, eius beneficio late mari impetrans, nihilo quam ceteris diis maiorem sibi honorem habuisset. eum taurum ab Hercule in Creta occisum Claudianus testatur: alij in Peloponneso necatum volunt. forte quia, ut constat, e Creta in Peloponnesum traiecit. Pausanias, in Atticis: *καὶ ἔδεν οἱ κρήνην τὸν πύθον ἐς γῆν πέμψαι σφίσι Πισιδῶνα φασίν, ἀπὸ μελάροσιν ἄρχων μίωσ τῆς Ἐλευκίης, ἔδωκε Πισιδῶνα ἡγεῖν ἄλλου θεοῦ μάχων ἐν πύθῳ. κρημίδηναι δὲ δὴ τὸν ἔδεν ἔδον φασίν ἐς Πελοποννήσου ἐν Κρήτης, καὶ Ἡρακλέϊ τὸν δῶδον καλοῦσθαι ἐνα καὶ τὸν πύθον τὸν ἔδον.* non est igitur facile iudicare, de Creta an Peloponneso loquatur Seneca: cum utraque centum vrbes habuerit.

46 Terra defecit gradum. hæc omnium omnino librorum lectio est: quidam tamen *ἔτε μερῶν ἔτε μερῶν ἐπιπέδους ἀνῆλθε* ex coniectura repoluit; terra deseruit gradu. quia dehiscens tellus viam Herculi ad inferos, & ab inferis rursus ad superos præbuit. Sed huic emendationi non prius assentiendum, quam libri alicuius scripti auctoritate, aut firmioribus rationum momentis astruatur. forte legendum; terra defecit gradu. Sic deficere facultatibus, conditione, & similia apud probos scriptores inuenias: & eadē erit sententia, quæ futura esset, si, deseruit gradum, legeremus.

51 Prosequor? persequor, est in nonnullis autographis.

56 Quanta nunc fregi mala. hoc mihi est suspectum. an scripsit Seneca? quanta confregi mala.

69 Annum fugata tradit Aстреa leo. fugataz ab hominum impietate & iniustitia, ut aliās dixi. Obseruabis quam peritē hæc signa à poëta suo quæque ordine collocentur. ante virginem leo, ante leonē cancer, de quibus & ceteris Zodiaci signis Q. Cicero ita scripsit: *Flumina verna crient obscuro lumine pisces: Curriculumq; aries aquat noctisq; diæq; Cornua quæ comunt, florū prænuincia tauri: Aridaq; astitit gemini primordia pandūt: Longaq; iā minuit præclarus lumina cæcer: Languescitq; leo proflat ferus ore calores: Post modicum quatiens virgo fugat, orta vaporem:*

Audummi referat portus, aquatq; diurna Tempora nocturnus, dispenso sidere, libra: Et factes ramos denuat flamma nepai: Pigra sagittipotens iaculatur frigora terras: Bruma gelu glaciâs iuba respicit capricorni: Quam sequitur nobulus rotans liquor altus aquarij; Tanta super circaq; viget ubi flumina, &c.

Quodcunque tellus genuit infestum, occidit, Meaq; fusum est dexterâ. iratis deis Non licuit esse. si negat mundus feras, Animum nouerca: redde nunc gnato patrem, Vel astra forti. nec peto, ut monstres iter. Permite tantum genitor, inueniam viam. Vel si times, ne terra concipiat feras:

Properet malum quodcunq;, dum terra. Herculem 35 Habet, videtq;. nam quis inuideat mala? Aut quis per vrbes rursus Argolicas erit Iunonis odio dignus? in tutum meas Laudes recepi. nulla me tellus silet. Me sensit Vrsæ frigidum Scythica genus, Indusq; Phæbo subditus, Cancro Libys. Te clare Titan testor, occurri tibi

Quacunque fulges: nec meos lux prosequit Potuit triumphos: solis excessi vices, Infrag; nostras substitit metas dies. Natura cessit. terra defecit gradum. Laxata per me nox, & extremum chaos In me cucurrit: inde ad hunc orbem redij, Vnde retro nemo. iulimus Oceani minas:

Nec vlla valuit quaterere tempestas ratem, Quacung; presti. pars quota est, quam prosequor? Iam vacuus æther non potest odio tua Sufficere nupta: quasq; deuincam feras Tellus timet concipere, nec monstra inuenit. Fera negantur: Hercules monstri loco Iam cæpit esse. quanta nunc fregi mala, Quot scelera nudus? quicquid immane obstitit, Solæ manus strauere: nec iuuenis feras Timui, nec infans: quicquid est iussum, leue est.

Nec vlla nobis segnis illuxit dies. O quanta fudi monstra, quæ nullus mihi Rex imperauit! institit virtus mihi, Iunone peior. sed quid impaidum genus Fecisse prodest? non habent pacem dei. Purgata tellus omnis, in celo videt Quodcunque timuit. transtulit Iuno feras. Ambit peremptus Cancer ardentem plagam, Libyâq; sidus fertur, & messes alit. Annum fugata tradit Aстреa Leo: At ille iactans feruidam celo iubam Austrum madentem siccant, & nimbos trahit.

30

40

45

50

55

60

65

70

Inua-

Inuasit omnis ecce iam calum fera, Meq; anteceffit. victor è terris meos Specto labores. astra portentis prius 75 Ferisq; Iuno tribuit: ut calum mihi Faciat timendum. sparsit mundum licet; Calumq; terris petus ac peius Styge Irata faciat; dabitur Alcida locus. Si post feras, post bella, post Stygium canem 80 Nondum astra merui; Siculo Hesperium latus Tangat Pelorus, vna iam tellus erit, Illinc fugabo maria: si iungi iubet; Committat undas Isthmos, & iuncto salo Nouâ ferantur Attica puppes viâ: 85 Mueitur orbis: vallibus currat nouis Ister, nouasq; Tanais accipiat vias. Da da tuendos Iuppiter saltem deos. Illâ licebit fulmen à parte auferas, Ego quam tuebor. siue glacialem polum, 90 Seu me tueri feruidam partem iubet; Hac esse superos parte securos puta. Cirrhaa Paan templa, & atheriam domum Serpente caeso meruit: at quoties iacet Python in Hydra? Bacchus & Perseus deis 95 Iam se intulere: sed quota est mundi plaga Oriens subactus? aut quota est Gorgon fera? Quis astra gnatus laudibus meruit suis Ex te, & nouerca: quem tuli, mundum peto. Sed tu comes laboris Herculei Lycha 100 Prafer triumphos, Euryti victos lares, Stratunq; regnum. vos pecus rapite ocys; Quâ templa tollens ara Canai Iouis Austro timendum spectat Euboicum mare.

CHORVS. IOLE.

Choriambici & Anapaestici.

Par ille est superis, cui pariter dies Et fortuna fuit: mortis habet vices, Lentè cum trahitur vita gementibus, Quisquis sub pedibus fata rapacia, Et puppem posuit luminis ultimi, Non captiua dabit brachia vinculis, 110 Nec pompa veniet nobile ferculum: Nunquam est ille miser, cui facile est mori. Illum si medio decipias ratis.

80 Siculus. loci istius hæc esse debet sententia. Si post tot exanclatos labores nondum merui ut in cælum transferar, maius opus aggrediar. Siciliam Italiae, fugato quod interiacet freto, cõiungam: quemadmodum olim coniuncta fuit, cum vna continens erat. ita tamen si hoc tibi, genitor, videbitur. Si verò non terras coniungi, sed maria confundi & commisceri iubet, Isthmum Corinthiũ perfo diam. quare versus hoc sic olim recensebãt

Si post feras, post bella, post Stygium canem Nondũ astra merui. Siculo Hesperium lat Tangat Pelorus; ut vna cum tellus erat; Illinc fugabo maria. Si iungi iubet; Committat undas, &c.

Dixit, ut vna cum tellus erat. Sallust. in histor. citante Isidoro lib. 14. etymolog. cap. 7. Italiae olim, inquit, Siciliam coniuncta fuisse; & cum esset vna tellus, medium spacium aut per humilitatem abruptum est aquis, aut per angustiam scissum, & inde Rhegium nominatum, quia Græcè abruptum hoc nomine nuncupatur. idem Strabo li. 4. & magnus Cassiodorus lib. 12. variat. Virgil. Aen. 3. Lucan. lib. 1. docuerunt. Seneca videtur à Sallustio hoc sumisise. Dixit, si iungi. non quidem Siciliam cum Italia; sed maria, quæ dixerat sese fugaturum. dixerat autem se fugaturum mare quod inter Siciliam & Italiam iacet: nunc verò se dicit Aegeum & Ionium, perfollo Isthmo, qui illa dispescit, confusurum.

102 Canai Iouis. Sophocles in Trachiniis: *ἀκτὴ πρὸς τὸν Ἐὐβοίης, ἐν τῷ ἄρτι τῆς ἑαυτῆς, πλεῖστ' ἐγκαρπυ Κρηναίου Διὸς.* Aeschylus *ἐν τῷ Πρωτα γράμματα, Εὐβοίαν καμπυλῶ ἀμφὶ Κρηναίου Διὸς ἀπτελῶ*

καὶ αὐτὸν τῶ μὲν ἀθλίον Ἀίχου. Igitur scribe; Canai Iouis. cum Strabone & Prolomæo. nam Stephanus hic mendosus videtur.

103 Astro. Arturo, qui Euboico mari dominatur; de quo Virgilius Aeneid. 2.

— scit triste Minerva Sidus & Euboica cautes, vltorq; Caphareus.

110 Nobile ferculũ. non ducetur in triumpho, ferculum, inquit Placianus, est missus canium. Sed hoc loco ponitur pro instrumento, quo spolia suspendebantur, ut Liuius usurpauit lib. 1. his verbis: Inde exercitũ victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haut minor, spolia, ducis hostium caesi suspensã, fabricato ad id aptè ferculo, gerens in Capitolium, &c. Nec enim audiendus est Nicol. Perrottus, in verbo Feretrius Iuppiter, qui apud Liuium non ferculo, sed feretro legendum existimat; & erat Olliuerius Arzigancensis, in commen-

Ponto,

V 3

tariis in Valerium Maximum, in hanc sententiam inclinans. Asconius Pedianus, Ferulis, inquit, signa ante triumphantem vehi per pompam solebant.

114 *Mare diuidunt.* venti viatores, Eurus & Africus.

125 *Gelidus Dolops.* Nam Dolopes ad Pindum in extrema Phthia habitant.

134 *Ieiuna soli iugera Thessali* vnus m. f. liber habet: *ieiuna Pholi,* &c. vt de Pholoe monte locutus fuerit.

142 *Qua cautes Scythia.*
duris genuis te Caucasus horrens
Cautibus — ait Virgilius.
 Idem:
 — *duris in cautibus illum*
Ismarus aut Rhodope aut extremi Gar-
mantas:
Quis genuis lapis? Aeschylus, in Prom-
etheo victo:
σιδυρὸς ἢ ἢ ἀνὰ πύργου εἰς ἄστυς
 idem loquendi genus Homer. v. iurpat II. 7.

144 *Te fera Caspia, tigris.* Virgilius:
 — *Hircanag, adimovunt vbera tigres.*
 Ouid. 7. Metamorph.
 — *tum me de tigride natam.*

145 *Virgata.* maculis dispersa, sic alibi:
Virgatas India tigres —

151 *Sensit.* m. f. sentit. rectè. vt sequentibus conueniat.

156 *Poterunt.* lege ex v. l. poterant.

167 *Tumidus Gyges.* in omnibus apographis legitur Gygas. vnde possit videri legendum *Gyas*, sicut apud Horatium Muretus & Lambinus reposuerunt ex Apollodori bibliotheca retineo tamen Gyges, quam vocè Hesiodus, Apollonij Scholiastes, Higynus Capitolinus, & Præcianus agnoscunt. Ouidius quoque cecinit:
Centimanum Gygen, sarrabonemq, virum.
 Idem 2. Amorum:
Ausus eram memini caestru dicere bella,
Centimanūq, Gygen, & satia oris erat.
 Faistor lib. 5.
Quid grauius victore Gyge captina u-
lisset?
 vnde apparet inane esse quod Dion. Lambino ad od. 17 lib. 2. carm. Horatij scrupulum iniecit. patet namque idem quod in aliis nominibus propriis vsuuenire solet, in hoc nomine quoque vetusimiliter cōtingere; vt Gyges priorem syllabam modò corripit, modò producat. Quare non video cur in Horatij pdis tantopere Gyas pro Gyges inuet repone. potuit facilius vnus Apollodori liber viritari, quam omnia Hesiodi, Apollonij Scholiastæ, Ouidij, Higyni Capitolini, & Præcianai exemplaria. Præterea carminis conditio

Ponto, cum boream expulit affricus,
Aut eurus zephyrum, cum mare diuidunt,
Non puppis laceræ fragmina colligit,
Vt litus medio speret in aquare.

115

Vitam qui poterit reddere proinus,
Sobus naufragium non poterit pati.
Nos turpis macies, & lachryma tenent,
Et crinis patrio puluere sordidus.

120

Nos non flamma rapax, non fragor obruit.
Felices sequeris mors, miseros fugas.
Stamus. nec patria manibus (heu) locus
Et filius dabitur, lapsaq, sordide

125

Fient templa casa: iam gelidum Dolops
Hæc ducet pecudes, quæ tepet obrutus
Strata qui superest Oechalia cinis
Illo Thessalicus pastor in opido
Indocæ referens carmina fistulâ,
Cantu nostra canet tempora flebili.

130

Et dum pauca Deus sacula contrahit,
Quaretur patria quis fuerit locus.
Felix, incolui non steriles locos,
Nec ieiuna soli iugera Thessali:

135

Ad Trachyna vocor, saxa rigentia,
Et dumeta iugis horrida torridis,
Vix gratum pecori montiuago nemus.
At si quas melior sors famulas vocat;
Illas, aut volucer transferet Inachus,
Aut Dircea colent mœnia; quæ fluit

140

Ismenus tenui flumine languidus:
Hic mater tumidi nupserat Herculis.
Quæ cautes Scythia, quis genuit lapis?
Num Titana ferunt? te Rhodope tulit,
Te prærupit Athos, te fera Caspia,
Quæ virgata tibi præbuit vbera.

145

Falsa est de geminis fabula noctibus,
Ether cum tenuit sidera longius,
Commisitq, vices Lucifer Hespero,
Et soles vetuit Delia tardior.

150

Nullis vulneribus peruia membra sunt:
Ferrum sentit hebes, lentior est chalybs,
In nudo gladius corpore frangitur,
Et saxum resilit, fatiq, negligit,
Et mortem indomito corpore prouocat.
Non illum poterant figere cuspides,

Non

Non arcus Scythia à tensus arundine,
Non qua tela gerit Sarmata frigidus,
Aut; qui solifera suppositus plage

160

Vicino Nabathe vulnere dirigit;
Paribus Cnosiacis certior ictibus.
Muros O Echalæ corpore propulit.
Nil obstare valet: vincere quod parat,
Iam victum est. quota pars vulnere concidit?

165

Pro fato potuit vultus iniquior,
Et vidisse sat est Hercules minas.
Qui vastus Briareus, qui tumidus Gyges
Supra Thessalicis constitit aggeres,
Vt celo insereret vipereas manus;

170

Hoc vultu riguit. comoda cladibus
Magnis magna patent. nil superest mali,
Iratum misere vidimus Herculem.
 101. *At ego infelix non templa suis*
Collapsa deis, sparsosq, focos,

175

Natis mistos arsisse patres,
Hominiq, deos, templa sepulchris:
Nullum querimur commune malum.
Alio nostras fortuna vocat
Lachrymas: alias flere ruinas

180

Mea fata iubent. que prima querat?
Quæ summa gemam: pariter cuncta
Deslere iuuat: nec plura dedit
Pectora tellus. vt digna sonent
Verbera planctu: me vel Sipyli

185

Flebile saxum figite superi,
Vel in Eridani ponite ripis;
Vbi mæsta sonat Phætoniadum
Turba sororum: me vel Siculis
Addite saxis; ubi fata gemit

190

Thessala Siren: vel in Edomas
Tollite silvas: qualis natum
Daulias ales solet Ismaria
Flere sub umbrâ, formam lachrymis
Aptate meis, resonetq, malis

195

Aspera Trachyn. Cyprias lachrymas
Myrrha tuetur: raptum coniux
Ceyca gemit: sibi Tantalus est
Facta superstes: fugit vultus
Philomela suos, natumq, sonat

200

Flebilis Ilym: cur mea pondum

non minus vnum quam alterum recipit: Quinetiam nec ipsi dissimulant in multis autographis Gyges cōiineri. Sanè quod non nulla exemplaria Gygas habeant, quid ad res? cur Gygas potius ex Gyas sit deprauiatum, quam ex Gyges? imò istuc magis crediderim. facit hic Seneca locus, in quo eadem ratione pro Gyges scriptum fuit mendosè gygas.

173. *Templa suis Collapsa Deis.* item; *templa sepulchris.* hæc duo ex cunctis miseris quæ in vrbium expugnationibus perferuntur, miserima veteres existimant. vnde eleganter Cornificius lib. 4. ad Heren. O feros animos! o crudeles cogitationes! o derelictos ab humanitate homines! qui agere ausi sunt, aut qui cogitare potuerunt, quo pacto hostes reuulsis maiorum sepulchris, deiectis mœnibus ouantes irruerent in ciuitate, quomodo Deorum templis spoliatis, optimatibus trucidatis, aïis abreptis in seruitutem, virginibus, matribus familias, ingenuis pueris sub hostilem libidinē subiectis, vrbs at crubissimo concidat incendio conflagrata.

184 *Sipyli.* me aditlar Niobes in saxum Dij mutent, & in Sipylo statuunt. caue scribas Sipyliu. Aeschylus ἐν τῇ Νιόβῃ, Σίπυλοι ἰ΄ δαίμων ἀνὰ χεῖρας.

id confirmant Strabo lib. 1. Pausanias in Atticis, Stephanus de vrbibus, & Plutarchus in lib. de fluuiis. quod autem in quibusdam libris legitur *Sisiphi*, non placet. quia Sisiphi lapis non est flebilis: infra autem dicitur, *Flebile saxum.*
 Niobes autem statua:
Liquitur, & lachrymis etiam nunc mar-
mora manant.
 vt testantur Ouidius, Pausanias, & Q. Smyrnaeus lib. 1.

190 *Thessala Siren.* Thessalam dicit. vel quia Sirenes Acheloi filia sunt, Nonnus in Dionysiasticis; vel quia opera earum veneficiis erant non ab similia; Thessali autem veneficiis quondam nobilissimis extiterunt, vt docent Aristoph. in Nubibus, & ibi Scholiastes; Plinius lib. 30. Apuleius de asino aureo lib. 1. & 2. vnde venefici Thessali sunt appellati, Horat. lib. 1. odar. Plautus in Amphitruone.

192 *Daulias.* C. Albinouanus, in eleg. de morte Neronis ad Liuianam:
Talus in umbrosis miis nunc deniq, siluis
Deslet Threicium Daulias ales Ilym.

199 *Philomela.* non est hic mulieris nomen proprium, nam omnes consentiunt, Procnen non Philomelam Ilyli matrē fuisse: sed est nomen auis, quam Iuscianam vocamus; in quam Procnen fuisse conuersam ple-rique scriptores tenuerunt, vt à Iacobo Crucio, in annotation. Virgilianis; Pierio lib. 2. 2.

Gadiunt

Nupta. quis ignis tantus in calum furit
 Ardenti Atna: quicquid est victum tibi,
 Hic vincet animus. capta praeripit toros?
 Adhuc timebam monstra, iam nullum est malum.
 Cessere pestes: in locum venit fera
 Inuisa pellex: summe pro rector deum,
 Et clare Titan! Hercules tantum fui
 Coniux timentis. vota qua superis iuli,
 Cessere capta: pellici felix fui:
 Illi meas audistis o superi preces:
 Incolumis illi remeat. o nullam dolor
 Contenta poena, quare supplicia horrida,
 Incognata, infanda: Iunonem doce,
 Quid odia valeant: nescit irasci satis.
 Pro me gerebas bella, propter me vagas
 Achelous undas sanguine infecit suo;
 Cum lenta serpens feret; in taurum trucem
 Nunc fleeteret, serpente deposita, minas,
 Et mille in hoste vinceret uno feras.
 Iam displicemus: capta pralata est mihi?
 Non praeferetur. qui dies thalami ultimus
 Nostri est futurus, hic erit vita tua.
 Quid hoc? recedit animus, & ponit minas.
 Iam cessit ira. quid miser langues dolor?
 Perdis furorem? coniugis sancta fidem
 Mibi reddis iterum? quid vetas flammam ali?
 Quid frangis ignes? hunc mihi serua impetum.
 Pares eramus. non erit votis opus.
 Aderit nouerca, qua manus nostras regat,
 Nec inuocata. NV. quod par as demens scelus?
 Perimes maritum? cuius extremus dies
 Primusq; laudes nouit, & calotenus
 Erecta terras fama suppositas habet?
 Rogus in istos terra consurget parens;
 Domusq; soceri prima, & Atolium genus
 Sternetur omne: saxa iam dudum & faces
 In te ferentur: vindicem tellus suum
 Defendet omnis. vna quot poenas dabis?
 Effugere terras crede, & humanum genus
 Te posse: fulmen genitor Alcida gerit.
 Iam iam minaces ire per calum faces
 Specta, & tonantem fulmine excusso diem.
 Moriem quoque ipsam, quam putas tutam, time.
 Dominatur illic patruus Alcida tui.

285

290

295

300

305

312

315

320

325

Quo-

301 Cum lenta serpens. Sophocles, in Trachiniis, Acheloum triplicem formam induisse scribit:

μνηστὴρ γὰρ ἄνθρωπος ἔστω, ἄλλοτε δὲ λέων, ἔστω δὲ καὶ τρεῖς μορφῶν ἔχων πατρῷος, φοιτῶν κυμαρῆος τεύχεος, ἄλλοτε αἰὲλ' ὄφρα κεν ἰλιπτός, ἄλλοτε ἀνδρὶ ἰσχυρῷ βούκεων

Taurum trucem. Ab Ouidio acceptum, qui eadem de re 9. Metam.

— restabat tertia tauri forma trucis —

314 Nec, vt Graeci ἄνδρα, pro ἔρω; sic nos sarpe nec, pro non.

Quocunque pergis misera, cognatos deos
 330 Illic videbis. DE. maximum fieri scelus
 Et ipsa fateor, sed dolor fieri iubet.
 NVT. Moriere. DE. moriar Hercules nempe in clyti
 Coniux: nec ullus nocte discussa dies
 Viduam vocabit: nec meos pellex toros
 335 Captiua capiet: ante ab occasu dies
 Nascetur Indis: ante glaciale polum,
 Scythasve tepida Phaebus afficiet rota;
 Quam me relictam Thessala aspiciant nurus.
 Meo iugales sanguine extinguam faces.
 40 Aut pereat, aut me perimat. elisis feris
 Et coniugem addat. inter Herculeos licet
 Me quoque labores numeret: Alcida toros
 Moritura: certe corpore amplectar meo.
 Ire, ire ad umbras Herculi iunctam licet,
 345 Sed non inultam. si quid e nostro Hercule
 Concepit Iole, manibus euellam meis
 Ante; & per ipsas pellicem inuadam faces.
 Me nuptiali victimam feriat die
 Infestus: Iolem dum supra exanimem ruam.
 350 Felix iacet, quicumque, quos odit, premit.
 NVT. Quid ipsa flammam pascis? & vastum foues
 Vltro dolorem misera: quid casum times?
 Dilixit Iolem; nempe dum starent lares,
 Regisq; natam peteret. in famula locum
 355 Regina cecidit, perdidit vires amor,
 Multumq; ab illo traxit infelix status.
 Illicita amantur, excidit quicquid licet.
 DE. Fortuna amorem peior inflamat magis,
 Amat vel ipsum; quod caret patrio lare,
 360 Quod nudus auro crinis & gemma iacet:
 Ipsas misericors fors an erummas amat.
 NVT. Hoc vsitatum est Herculi, captas amat.
 Dilecta Priami nempe Dardanij soror
 Concessa famulo est. adice, quot nuptias prius,
 365 Quot virgines dilexit. errauit vagus.
 Arcadia nempe virgo, Palladios choros
 Dum necit, Auge, vim stupri passa excidit,
 Nullamq; amoris retinet Herculei notam.
 Referam quid alias? mene Thespiades vocant?
 370 Breuiq; in illas arsit Alcides face.
 Hospes Tymoli Lydiam fouit nurum,
 Et, amore captus, ad leues sedit colos:

334 Viduam notabit. o. v. l. vidua vocabit. 344. Hercules nuptiam. o. l. v. & plerique exculi habent; Herculi iunctam libet.

350 Felix iacet quicumque quos odit premit. supra dixit:

Mors misera non est comori quocum velis.

357 Illicita amantur, excidit quicquid licet. hoc non ignorans Nonnus Dionys. λσ'. fugiente puella amorem duplicari scripsit. Ouidius:

Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.

Sic interdictis imminet aeger aquis. Petronius Arbitr:

Nolo, quod cupio, statim tenere; Nec victoria mi placet parata.

Ausonius: Hanc volo, qua non vult; illam, qua vult, ego nolo.

Vincere vult animos, non satiare Venus. Oblatas sperno illecebras.

Huc spectat illud Turpilij, in Demurgo: Ego ad eam docta dico; qua mulier volet sibi

Sonans amicum esse indulgentem & diuinitum.

Modice atq; parca eius seruiat cupidini. Phylarchus histor. lib. 19. fabulam quandam recenset; quae poetae nostri sententiam valde confirmat. ait olim Iunonem Ioui iratam in Euboeam secessisse; quam cum placare Iupiter conaretur, ad Cytheronem Plataenium regem, hominem vaferimum, consilij capiendi causa, accessit: a quo edoctus, ligneum simulacrum affabre dedolauit ad muliebrem effigiem, idque plastro impositum vestibus ornatissimis induit, rumoremque sparsit se Plateam, Aesopi filiam, uxorem ducturam. quo nuncio accepto, Iuno, quae nullis precibus placari potuerat, vltro Iouem accedit, procatur, amplexatur; ipsi simulacro, pellicem vltura, manus iniicit: vt vero se ludum fieri sensit, nullam mora interposita, cum Ioue in gratiam redit, eique confestim morigera fit.

Huc etiam spectat callidum Aesopi fabulatoris, qui Croesi tempore floruit, de reducenda Xanthi philosophi vxore, quae diuerterat, commentum, a Maximo Planude, in Aesopi vita, relatum.

373 Vnum feroci stamen intorquens manum. Ascensus interpretatur, texendo iniiciens singula fila; quod est tidiculum. melius Guil. Canterus in lib. nouarum lectionu. reponit:

Vnum feroci stamen, &c. quamuis in o. v. l. legatur; utrumq; forti stamen, &c.

Vnum X 2

377 *L' sui caluit face.* amoris facem & ignes antiqui tribuerunt. Zenodotus: *τὸ γλυφῆς τὸν ἔρωτα παρὰ κερῶν ἰθὺς οἰόμενος παύσειν πύτο τὸ πῦρ ὑδάτι.*
 Antipater Sidonius: *μη κλαίον τὸν ἔρωτα δόκει, Τηλέμαχος, πῖσιν, μηδ' ὀλίγη παύσει ἔδωκε πῦρ ἀπνίεσ. ἔρωτος ἔρωτος ἀεὶ παύσει, ἐσβέσθ' ἢ ἔδωκε τὸ πῦρ κατὰ ἕκαστον πάλαι.*
 Ascribam & Porcij Lucini elegans epigramma, solum vt appareat vnde fuerit desumptum: parum enim pertineta id de quo agitur. ait Lucinus:
Custodes ouium, temperatae propaginis agnum Quaritis ignem: ite huc. quaritis ignis homo est.
Si digito at tigeris, incensam siluam simul omnem,
Omne pecus. flamma est omnia qua video.
 hæc suspicor accepta ex isto incerti poetæ testamento:
αὐτὸ τὸ πῦρ καύσει διζήμερον οὐτ', οὐκ ἔτι τὸν κελὸν ἰμερῶν λύχνοι ἀναφλογίσου' δέωρ', ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἄψον σέλας, ἐνδοξὸ γὰρ μὲν καυόμενον παλαιὸν ἔξωθεν φλόγα.
 huc spectat & illud:
Quid faculam praefers, Phileros, qua nil opus nobis?
Ibimus, hoc lucet pectore flamma satis.
 & reliqua quæ refert Gellius lib. 19. cap. 9. Ceterum cur amor igneus, amâtes verò igne dicantur ardere, Paullus Silentiarius docet, his verbis:
ἀντιπόπου γὰρ ἰδὸς ἀποθρῆσκει καὶ φῶς κερὰ ἰσ. αἱ εἴρωτες ἀλλοθῆσσαν ἔχου φύσιν. ἢ ἕως δέσπου ἀκρογῆλη, φλογέου δὲ ἕταιρὸς ὄλ. ἐλάττω μὴ θείλεως φέρεται κωχλάδι. γυιοβόει γδ πῦρ ἕταιρῶν ἐξ ἑαυτῶν ἐφελκόμενον.
 385 *Sic nostra longum.* quæ sequuntur, dicta sunt propterea quæ apud Sophoclem in Thrachiniis Deianira sic ait:
ὄρω γδ ἄλλο τῶν ἀπ' ἔρωτος αἰσῶν, τῶν δὲ φθίνουσιν, ἂν ἀφαιρηθῶσιν φιλῆϊ ὀφθαλμὸς ἀνθός, τῶν δ' ἕταιρῶν πῶδα.
 399 *Quo nimis quisquis deos Orabat illos.* non mirum si interpretibus hic locus magna crux fuit, est enim mendosus. legendum opinor: *quod nimis, quisquis deos Orabat illos.* hæc sententia: quæcumque deos illos orabat, nimis orabat vt Herculis coniux fieret. & ne quis miretur me ita interpretari: singillatim vnumquodque persequar. Pro quo repositum hoc est, thalamos nostros, Herculis con-

Vdum feroci stamen intorquens manu. Nempe illa ceruix spolia deposuit ferae, Crinemq; mitrâ pressit, & famulus stetit Hirtam Sabæa marcidus myrrhâ comam: Vbique caluit, sed leui caluit face.
Harere amantes post vagos ignes solent. Famulamne, & hostis præferet gnatum tibi?
 DE. *Vt alta siluas forma vernantes alit, Quas nemore nudo primus inuestit tepor: Aut cum solutos expulit boreas notos, Et seua totas bruma decussit comas, Deforme solis aspiciis truncis nemus: Sic nostra longum forma percurrens iter, Deperdit aliquid semper, & fulget minus, Malisq; minus est. quicquid in nobis fuit, Olim petitum, cecidit, & partu labat, Materq; multum rapuit ex illo mihi, Et as citato senior & rapuit gradu.*
 390 *Vides vt altum famula non perdat decus? Cessere vultus penitus, & pador sedet, Tamen per ipsas fulget arumnas decor, Nihilq; ab illa casus & fatum graue, Nisi regna traxit. hinc meum pectus timor Altrix lacepsit, hinc rapit somnos pauor.*
*Præclara notis gentibus coniux eram, Thalamosq; nostros inuado fato nurus * Optabat omnis. quo nimis quisquis deos Orabat illos: nuribus Argolicis fui Mensura voti. quem Ioui socerum parem Altrix habebat? quis sub hoc mundo mihi Dabitur maritus: ipse qui Alcida imperat, Facibus suis me iungat Erythæus licet; Minus est. toros meruisse regnantis, leue est. Alit illa cecidit, quæ viro caret Hercule.*
 NVT. *Conciliat animos coniugum partus ferè. DE. Sic ipse forsân diuidet partus toros. NV. Famula illa trahitur interim donum tibi. DE. Hic quem per vrbes ire præclarum vides, Et vina tergo spolia gestantem fera, Qui regna miseris donat, & celsis rapit, Vastâ grauat horridam clauâ manum; Cuius triumphos vltimi Seres canunt, Et quisquis alius orbe conceptio tacet; Lenis est, nec illum gloria stimulat decor,*
 405
 410
 415

Errat

Errat per orbem, non vt æquetur Ioui, Nec vt per vrbes magnus Argolicas eat. Quod amet requirit: virginum thalamos petit.
 420 *Si qua est negata, rapitur: in populos furit. Nuptas ruinis quarit, & viliū impotens, Virtus vocatur. cecidit O Echalia inclita, Vnusq; Titan vidit, atque vnus dies, Stantem & cadentem: causa bellandi, est amor.*
 425 *Toties timebit, Herculi gnatum parens Quoties negabit. hostis est, quoties socer Fieri recusat: si gener non est, furit. Post hæc quid istas innocens seruo manus? Donec furentem simulet, ac seu à manu Intendat arcus, meq; natumq; opprimat? Sic coniuges expellit Alcides suas, Hæc sunt repudia. nec potest fieri nocens: Terris videri sceleribus causam suis Fecit noueram. quid stupes segnis furor?*
 435 *Scelus occupandum est: perge, dum feruet manus. NV. Perimes maritum? DE. pellicis certè meæ. NV. At Ioue creatū. DE. nempe & Alcmènâ satum. NV. Ferrone? D. ferro. N. si nequis? D. perimâ dolo. NV. Quis iste furor est? D. quæ meus coniux docet.*
 440 *NV. Quæ nec nouerca perimit, hunc perimes virū? D. Cælestis ira quos premit, miseros facit, Humana nullos. NV. parce miseranda, & time. D. Contempsit omnes ille, qui mortem prius. Libet ire in enses. NV. maior admissio tuus*
 445 *Alumna dolor est. culpa par odium exigat. Cur seua modicis statuis? vt passa es, dole. D. Leue esse credis pellicis nuptæ malum? Quicquid dolorem pascit, id nimium puta. NV. Amor ne clari fugit Alcida tibi?*
 450 *D. Non fugit, altrix: remanet, & penitus sedet Fixus medullis, crede: sed magnus dolor, Iratus amor est. NV. artibus magicis ferè*

iugium. dixit nimis. hoc est, valdè, & subauditur, orabat. *Quisquis* positū pro quæcumq;. Nonius in voce, quisquis. Cæcilius: *Qua so igitur, quisquis es meam mulier.* Pacuuius: *Quisquis tu es mulier, qua me in sueto nuncupasti nomine.* Liuius Andronicus: *Mulier quisquis es, te volumus.* Ennius: *Et quis illic est, quæ lugubri accincta est stola?* hæc illis addi possunt, quæ à Cæpola, Alciaro, Calcagnino, & Brechæo scripta sunt ad l. 1. D. de verbor. significat. 426 *Furit.* in membranâ est ferit. 442 *Humana nullos.* Dij, quos oderunt, illos miseros faciunt; homines eos quos odere, interimunt. hoc dicit. 445 *Exigat.* in v. l. est exigit. 452 *Artibus magicis.* Lucanus: *quos non concordia mixti Alligat vlla tori, blandaq; potentia formas. Traxerunt torti magica vertigine filii.* Ideo ait Virgilius: *Coniugis vt magicis sanos auertere sensus Experiar sacris* — profectò magicas artes rebus amatoris sceleratos mortales adhibere; præter antiquos Theocr. & Virg. in Pharmaceut. Virgilius 4. Aeneid. Ouid. de arte amandi, & de remedio amoris, Apuleium in lib. de asino aureo, Aristot. lib. 2. de histor. Animal. cap. 14. & lib. 6. cap. 22. Plutarch in præcept. connubialib. & Lucianum in vita Demonactis, etiam complures Neoterici, veluti Marfilus Ficinus libro 13. de theol. Platonis, Iacob. Sprenger, malli malefic. par. 1. quæst. 7. Albert. in rubric. C. de heret. col. 3. Mattheus Afflictus in constitut. Neapolitan. & Tinaquel. in leg. connub. prodiderunt. Quamquam ea omnia in primis noxia esse sæpè compertum sit. nam & Lucretium, & Antiochum, & Caligulam philtris in furorem verfos constat ex Suetonio, Eusebio, & Iosepho; & Lucullum, aliof. que interemptos legimus apud Cornelium Nepotem, Plutarchum, Albertum Magnum & alios. Vide Antonium Guibertum Costanum lib. 1. quæst. iur. cap. 16. Propterea tamen, iniquiunt nonnulli, amor Platoni dicitur. quod ego potius cum Ludou. Regio, in comment. Gallicis ad Sympof. Platonis, factum existimem, quia amantium oculi nescio quid maleficum & incantatorium in se habere videantur. ecce, vidisti mulierem, bona visa est, placuit. hæc affectio, quam videndo hausisti, ab oculis ad cor transfertitur. eam vocamus amorem; qui in corde sedem figit, & vt inquietus est, sanguinem cordi circumfusum agit: agitur sanguis subtilissimos quosdam calidissimosque vapores per vniuersum corpus diffundit: hi, cum in omnia membra faculas quasdam seu scintillas diuidant, potissimam tamen partem ad oculos mittunt, vapores enim leues admodum, altiora petunt, & qua ingressi sunt, exitum quaerunt. oculi itaque his faculis pleni, in aciem oculorum amicæ intenti, igniculos seu radios suos in radios oculorum amicæ immittunt, & eos contagione sua inficiunt: deinde

X 3

& dubitat Xenophon lib. 4. *νογοτρον*. & Celsus l. si ita stipulatus, 97. D. de verbor. obligat. Sed in contrarium est auctoritas divi Hieronymi, in vita Pauli heremitae, & Plinij lib. 7. omnino vide Ioan. Corrafiu lib. 5. miscellan. cap. 2. & Couarruiam lib. 4. resolut. cap. 1. Ceterum fictionis causam huiusmodi memorant, fuisse Centauros Pelei Thessaliae motis accolae, a quibus primo fuerit monstrata ratio ex equis dimicandi. Ferunt autem accidisse ut dum forte iuxta Peleum amnem aquarentur, quorum equi potantes habebant immerfa fluctibus ora, eam procul spectantibus speciem praebuisse, quam an biformibus Centauris postea credula fabulosaque expressit veritas. haec nonnulli. Ego vero fictionis causam arbitror fuisse non aliam, quam quod homines fuerint scelestissimi, & in omne malum facinus proclives. quod cum totius gentis nomen, tum etiam singulorum ferè nomina testantur. nam quia omnes aduenas iniuriis pungebant & lacebabant, *ἀπὸ τῆς κορυφῆς*, Centauri sunt dicti. Harpax, ab *ἁρπάξω*, raptorem significat: Arius, ab *ἀριετής*, pugnam: Aphidas contemtozem, ab *ἀφιδάστω*: Antimachus hostem, ab *ἀντι* & *μάχη*: Asbolus, a fuligine, hoc est, *ἀσβόλος*, tenebris gaudentem; vel, si mauis, arum & ni-grum: Bromus rixosum, a rixantium strepitu, *ἀπὸ τοῦ βρόμου*: Bianor violentum, a vi, quam *βίαν* dicunt: Cæneus amatorem nouitatis, a *καλλιγῆς*: Craneus durum, a *κράνη*: Dryalus furem, *ἀπὸ τῆς δρυὸς*: Gripheus, a *γρίψω*, deceptorum. Possit hoc ipsum in ceteris ferè omnium Centauroz nomini-bus ostendi; potissimum in Astylo, Amyco, Ab-ryto, Breto, Cronco, Cyllaro, Dyneo, Dorpo, Demoloonte, Elope, Emmachio, Ripheo, Thaumase, Thereo, Teleboa, Thurio, Sy-lantho, Latreo, Lyco, Pholo, Petræo, Pyreto, Orneo, Nycto, Mermero, Myrmante, & aliis: verū his mythologia nostra satis confirmatur.

506 *Fluminis tumidi*. in autographis *tur-bidi* habetur.

512 *Prohibetur undis*. scilicet Hercules. sunt autem haec verba Nessi.

519 *Iam quarens diem*. iam moriens (So-phocles ait *ἐνδρῆστος*) sumtum a Virgilio lib. 4. Aeneid. de Didone moriente:

Quaerit calo lucem.

525 *Mycalæ*. Ouidius Metamorph. 12.

— *Orco*

Mater erat Mycale, quæ deduxisse canedo,
Sæpe reluctans constabat cornua luna.
hinc itaque locus iste desumptus fuit.

531 *Conspiciat. o. v. l. aspiciat.*

543 *Timende matris*. cum ne ab ipsa quidem se abstineas. hoc enim Venus apud Lucianū

Frangebatur ipsas fluminis tumidi minas.
Iam totus undis Nessus exierat ferox,
Medioq; adhuc errabat Alcides vado,
Vasto rapacem vorticem scindens gradu.
510 *Ast ille ut esse vidit Alcidem procul,*
Tu praeda nobis, inquit, & coniux eris.
Prohibetur undis, meq; complexam ferens
Gressum citabat. non tenent undae Herculem:
In fide vector, inquit, immisit licet
Ganges & Ister vallibus iunctis eant;
515 *Vincemus ambos, consequar telo fugam.*
Præcessit arcus verba: tum longum ferens
Harundo vulnus, tenuit haerentem fugam,
Mortemq; fixit. ille, iam quarens diem,
520 *Tabem fluentis vulneris dextrâ excipit,*
Traditq; nobis unguâ insertam suâ,
Quam forte saua sciderat auulsam manu.
Tum verba moriens addit: hoc, inquit, magis
Dixere amorem posse desigi malo.
525 *Hoc docta Mycale Thessalas monuit nurus,*
Vnam inter omnes luna quam sequitur magam,
Astris relictis. illitas vestes dabis
Hac, inquit, ipsa tæbe, si pellex tuos
Inuisa thalamos tulerit, & coniux leuis
530 *Aliam parenti dederit alti sono nurum.*
Hoc nulla lux aspiciat, hoc tenebra tegant
Tantum remotæ. sic potens vires suas
Sanguis tenebit. verba deprehendit quietes,
Mortemq; laesis intulit membris sopor.
535 *Tu, quam meus admittit arcanis fides,*
Perge, ut nitentes virus in vestes satum,
Mentem per artus adeat, & tactus sinus
Intret medullas. NVT. ocyus iussa exsequar
Alumna: precibus tu Deum inuictum aduoca,
540 *Qui certa tenerâ tela dimittit manu.*
DE. Te te precor, quem mundus & superi timent,
Et aquor, & qui fulmen Aetneum quatit,
Timende matris teliger saeuae puer;
Intende certâ spiculum velox manu,
545 *Non è sagittis leuibus, è neruo precor*
Grauiore profer; quod tua nondum manus
Misere in aliquem. non leui telo est opus,
Vt amare possit Hercules: rigidas manus
Intende, & arcum cornibus iunctis para.

Nunc

550 *Nunc nunc sagittam prome, qua quondam horridus*
Iouem petisti; fulmine abiecto deus,
Cum fronte subita tumuit, & rapidum mare
Taurus puella vector A Syria scidit.
Immitte amorem, vincat exempla omnia:
555 *Amare discat coniuges. si quas decor*
Immisit Ioles pectori Herculeo faces;
Exstingue totas: perbibat flammæ mei.
Tu fulminantem saepe domuisti Iouem,
Tu furua nigri sceptrâ gestantem poli,
560 *Turba ducem maioris, & dominum Stygis.*
Tu, qui nouerca es grauior iratâ deus,
Cape hunc triumphum. solus euince Herculem.
NVT. Prolata vis est, quæq; Palladiâ colu
Lasautt omnem testa famularem manum:
565 *Nunc congregetur virus, ut vestis bibat*
Herculea pestem: precibus augebo malum.
In tempore ipso gnauus occurrit Lichas:
Celanda vis est, illa ne pateant mala.
D. O, quod superba non habent unquam domus,
570 *Fidèle semper regibus nomen, Licha,*
Cape hos amictus; nostra quos nenit manus:
Dum vagus in orbem fertur, & victus mero
Tenet feroci Lydiam gremio nurum.
Nanc poscit Iolem: sed iecur fors horridum
575 *Flectam emerendo. merita vincunt & malos.*
Non ante vestes induat coniux, inbe;
Quam ibure flammæ spargat, & poscat deos,
Canâ rigentem populo vincetus comam.
Ipsa ad penates regios gressus feram,
580 *Precibusq; Amoris horridi matrem colam.*
Vos, quas paternis extuli comites focis,
Calydonia, deflete lugendas vices.

CHORVS.
Anapestici.

Flemus casus Oenei tuos,
Comitum primos turba per annos,
585 *Flemus dubios miseranda toros:*
Nos Acheloi tecum solita
Pulsare vadum; cum iam tumidas
Vere peracto poneret undas,
Gracilisq; vado serperet aquo,
590 *Nec precipitem volueret amnem*

queritur. *Teliger*. Cupido Luciano *τῆς ἠδῆς*, Orpheo *τῆς ἠδῆς*, Leonidi *τῆς ἠδῆς*. dicitur: eius tela nō vniuifmodi esse Ouidius, Aeneas Silius, & Michael Marullus scripserunt, quædam esse aurea, quæ amorem conciliant; quædam plumbea, quæ amorem ex animo euicant.

565 *Congregetur*. in membranis quibusdā *aggregetur*. alij, *congeratur*. mihi placebat: *ingeretur*

569 *O, quod superba non habent unquam domus,*

Fidèle semper regibus nomen, Lycha. Seneca, in Agamemna.

Tu quicumque es, qui sceptrâ tenes.

Licet omne tua vulgus in aula

Centum pariter limina pulset;

Cum tot populis stipatus es,

In tot populis vix vna fides.

Attius:

Multi iniqui atque infideles regno, pau-
ci boni sunt.

quid mirum? siquidem, ut ait Aeschyl.

ἐν τῇ γῆς πᾶσι τοῖς τῆς τυραννίδος

νόσητος, τοῖς φιλοισὶ μὴ πεπεσθέναι.

571 *Nostra quos nenit manus.* apud Sophoclem est:

ὁλῶν μὲ δουλείης τ' ἀνδρῶν τῆς ἐραῆς χρεός.

574 *Iecur*. in quo amoris sedes statuitur: iuxta illud,

Splen ridere facit, cogit amare iecur.

ideo Horatius:

Non ancilla tuū iecur ulceret vlla, puérue.

578 *Canis alba.*

Flauus

Y

591 Flavius. Ouidius 1. Metamorph. *Flavius Lycormas.*
 Valerius Flaccus: *Flavi i tristis quem nata Lycorma.*
 Lycormas. Euenus. Strabo lib. 7. ο Εὐρυος, ἡ Λυκόρμας ἀπὸ τοῦ καλύμνου. Archelaus lib. 1. de fluminibus: Λυκόρμας τῆς Αἰτίας ποταμὸς, μετανομάσθη δὲ Εὐρύου. Ἰωνάτου δὲ ἐν αὐτῇ βοτάνῃ ζῆλῳσι ἀπὸ τῆς ἀνομήτου, λέγουσι πῶς αὐτῆς ἀμβλυπίας ἕστα. Flavius iste prius Lycormas, postea Euenus dictus fuit. quia Euenus Idam, Marpessae filiae suae raptorem, insecutus, cum ad eum fluium peruenisset, videretque omnem viterius insequendi occasionē sibi eripi, amens se in Lycormam praecipitauit, ut est apud Apollodor. lib. 1. biblioth. & Plutarchū in Parallelis, ex Dositheo, nec non in libello ἀπὸ ποταμῶν, qui vnus nobis hodie superest ex multis qui de fluminibus olim Graecē scripserunt, veluti Chrysermus, Archelaus, Timagoras, Asclepiades, alijque.
 598 Spicifera. Cereri. Manilius: *Spicifera est virgo Cereri.*
 602 Nam rara fides ubi iam melior Fortuna ruit. Pindarus in Nem. εἰ. 1. ἀρετῆς τῆς φίλων ποταμῶν φωνῆ πῶς ἐπὶ τὸ πῶς τῶν θεῶν καμᾶτον μεταλαμβάνει.
 huc pertinet illud Petronij: *Nomen amicitia si quatenus expedit haeret, Calculus in tabula mobile ducit opus.*
Cum fortuna manet, vultū seruatis amici, Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.
 612 Nec tamen omnis, &c. ostendit avaritiam infatibilem esse. Lucanus lib. 7. *Sed non implevit cupientes omnia mentes, Quicquid fodit Hiber, quicquid Tagus extulit auri, Quodq; legit diues summis Arimaestus arenis.*
 Eandem sententiam habes apud Horatium lib. 3. od. 24. Boetium lib. 2. de consolat. philosoph. met. 2. & lib. 3. met. 3. & Claudianum lib. 1. in Rufin.

Flavius rapido fonte Lycormas: Nos Palladias ire per aras, Et virgineos celebrare choros, Nos Cadmeis orgia ferre Tecum solita condita cistis, Cum iam pulso sidere bruma Tertia soles enocat aetas, Et spicifera concessa dea Attica mystas claudit Eleusis: Nunc quoque fatum quodcumque times, Fidas comites accipe fati. Nam rara fides, ubi iam melior Fortuna ruit. Tu quicumque es, qui sceptras tenes, Licet omne tuā vulgus in aula Centum pariter limina pulset; Cum tot populis stipatus eas, In tot populis vix vna fides. Tenet auratum limen Erinnyis, Et cum magna patuere fores, Intrans fraudes, cautiq; doli, Ferrumq; latens: cumq; in populos Prodire parant, comes invidia est. Noctem quoties summoet Eos, Regem toties credite nasci. Pauci reges, non regna colunt: Plures fulgor conuocat aula. Cupit hic regi proximus ipsi, Clarus claras ire per vrbes: Vrit miserum gloria pectus. Cupit hic gazis implere famem: Nec tamen omnis plaga gemmiferi Sufficit Istri, nec tota sitim Lydia vincit, nec, quae, zephyro Subdit a tellus, stupet aurato Flumine clarum radiare Tagum, Nec si totus seruiat Hebrus, Ruraq; diues cingat Hydaspes, Intraq; suos currere fines Spectet toto flumine Gangem. Auidis auidis natura parum est. Colit hic reges, regumq; lares, Non, ut presso vomere semper Nunquam cesset curuus arator,

595

600

605

610

615

620

625

630

Vel

635 *Vel mille secent arua coloni: Solas optat, quas donet, opes. Colit hic reges, calcet ut omnes, Perdatq; aliquos, nullumq; leuet: Tantum ut noceat, cupit esse potens.*
 640 *Quota pars moritur tempore fati? Quos felices Cynthia vidit, Vidit miseros abitura dies. Rarum est, felix, idemq; senex. Cespes Tyrio mollior ostro*
 645 *Solet impanidos ducere somnos: Aurea rumpunt tecta quietem, Vigilesq; trahit purpura noctes. O si pateant pectora ditum, Quantos intus sublimis agit*
 650 *Fortuna metus. Bruttia coro Pulsante fretum mitior vnda est. Pectora pauper securam gerit: Tenet e patula pocula fago; Sed non trepida tenet ipsa manu:*
 655 *Carpit faciles vilesq; cibos, Sed non strictos respicit enses: Aurea miscet pocula sanguis. Coniux modico nupta marito, Non disposito clara monili,*
 660 *Gestat pelagi dona rubentis, Nec gemmiferas detrahit aures Lapis Eo a lectus in vnda: Nec Sidonio mollis abeno Repetita bibit lana rubores:*
 665 *Nec Maonia distinguit acu, Qua Phœbeis subditus euris, Legit Eois Ser arboribus: Qualibet herba tinxere colos, Quas indocta neuere manus.*
 670 *Sed non dubios fouet illa toros. Sequitur dira lampade Erinnyis Quorum populi coluere diem. Nec sibi felix pauper habetur, Nisi felices cecidisse videt.*
 675 *Quisquis medium defugit iter, Stabili nunquam tramite curret. Dum petit unum praeberre diem, Patriosq; puer concitat axes,*

66

66

66

66

66

66

66

66

66

Nec

640 *Quota pars moritur tempore fati.*
 Indicat paucos tyrannos non violenta morte mori. Iuuenalis ait:
Ad generum Cereris sine cade & sanguine pauci Descendunt reges, & sicca morte tyranni.
 643 *Rarum est, felix, idemq; senex.* talera Bathonis sententiam alibi posuit.

653 *Patula pocula fago.* ita Virgilius: *Tiyyre tu patula recubans sub regmine fagi.*
 661 *Detrahit aures* pondere & magnitudine sua deprimit ad deducit. de ornamentis loquitur muliebribus, quae in aures vocat Vlpianus l. 26. D. de auro & arg. leg. de quibus ait Seneca, quid refert quatum habeat, quot lecticiarios, quam oneratas aures, quam laxam sellam; quibus addes & illud D. Ambrosij libro 1. de Abraham; quod huc pertinet: In aures habebat, quae non grauaerent aurem, sed demulcerent: virias, quae manum non materalibus auro onerarent, sed spiritali actu leuarent. quem locum, a, nunquam satis laudato viro, Iacobo Cuiacio accepti. adde quae ex Iuliano & aliis refert Iacobus Ræuarius lib. 1. variorum, cap. 4.
 664 *Repetita bibit lana rubores.* de dibapha purpura loquitur, de qua Lazarus Bayhus ad legem vestis, D. de auro & arg. leg. cap. 3. Horat. lib. 2. carmin.

te bis Afro
Murice tincta vestiunt lana.
 Item in Epod.
Muricibus Tyriis iterata vellera lana.
 666 *Phœbeis.* Orientalibus.
 667 *Ser.* ait arboribus. quia apud Seres, ut refert Ammianus lib. 23. siluae sunt sub lucidæ, a quibus arborum foetus, aquarū crebris asperginibus, velut quaedam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam quandam subtilitatem tenerimam, pectunt, nentesque subtemina, conficiunt sericum. Idem referunt Plinius & Solinus, ille lib. 6. nat. histor. cap. 27. hic cap. 51.
 672 *Quorum populi coluere diem.* principum & regū, quorum olim natales dies celebrantur, nunc etiā publica lætitia celebratur.
 678 *Puer Phœthoa.*

Y 2

*Nec per solitum percurrit iter,
Sed Phœbeis ignota secat* 680
*Sidera flammis, errante rotâ;
Secum pariter perdidit orbem.
Medium caeli dum sulcat iter,
Tenuit Latias Dædalus oras,
Nulliq; dedit nomina ponto.* 685
Sed dum volucres vincere veras
Icarus audet, patriasq; puer
Despicit alas, Phœboq; volat
Proximus ipse, dedit ignoto
Nomina ponto. 690
Malè pensantur magna ruinis.
Felix alius, magnusq; volet:
Me nulla vocet turba potentem.
*Stringat tenuis litora puppis,
Nec magna meos aura phaselos* 695
Iubeat medium scindere pontum.
Transit tutos fortuna sinus;
Medioq; rates quarit in alto,
Quarum feriunt sappa nubes:
Sed quid pauido territa vultu, 700
*Qualis Baccho saucia Thyas,
Fertur rapido regina gradu?*
*Qua te rursus fortuna rotat,
Miseranda? refer. licet ipsa neget:*
Vultus loquitur, quodcunque negas. 705

687 *Patriasq; puer Despicit alas. humilem Dædali volatum contemnit.*

698 *Medioq; rates quarit in alto. naues quæ secundis ventis, & plenis velis nauigat; fortuna quarit, vt demergat: quæ verò remis, circa litus propelluntur, & metu tempestatis se non audent alto credere, illas præterit. vnde Clitomachus:*
ἦ τίς ἐὼπιθεῖσιν ἀντιπλοῦτος ἢ τὴν πᾶντος οὐρανῶν.

ACTVS TERTIVS.

DEIANIRA. CHORVS.

*DE. Vagus per artus errat excussos tremor,
Erectus horret crinis, impulsis adhuc*
*Stat terror animis, & cor attonitum salit,
Pavidumq; trepidis palpitat venis iecur.* 710
*Vt fractus austro pontus etiamnum tumet,
Quamuis quiescat languidis ventis dies.*
Ita mens adhuc vexatur excusso metu.
Semel profectò premere felices Deus
Cum cæpit, vrget. hos habent magna exitus. 715
CH. Quis tam impotens, ô misera, te casus rotat? 718
*DE. Vt missa palla est, tabe Nessèâ illita,
Thalamusq; mœrens intuli gressum meis,
Nescio quid animus timuit, & fraudem astruit.*

707 *Erectus horret crinis. contingit hoc territis. Virgilius:*

steteruntq; coma
Ouidius 3. *Metamorph.*

gelidoq; coma terrore rigebant.

713 *Semel profectò premere felices Deus. Cum cæpit, vrget. Idem scripsit Philctas, qui corporis exiguitatem, eruditionis magnitudine pensauit:*

ἔσθ' ἄρα μὲν ἄλλο πικρῶν φέρει ἀλλὰ φέροισι

ἔμπεδον καὶ τὸ ἴσον ἄλλα πρὸς αὐτῶν ἔστιν.

718 *Fraudem struit. sic m. f. & Lipsia impressi: sed Parisienf. Lugdunenf. Veneti quidam, aliique, astruit. magis perspicue. & sic legit Bernard. Gellius.*

Libet

*Libet experiri: solibus virus ferum,
720 Flammisq; Nessus sanguinem ostendi arcuit.
Hic ipse fraudes esse pramonuit Deus.
Et fortè nullâ nube resperfus inbar
Laxabat ardens feruidum Titan diem.
Vix ora solui patitur etiam nunc timor,
725 Medios in ignes solis, & claram facem
Quo tincta fuerat palla, vestisq; illita.
Abiectus horret sanguis, & Phœbi comâ
Tepefactus ardet: vix queo monstrum eloqui,
Nines vt eurus soluit, aut tepidus notus,
730 Quas vere primo lubricus perdit Mimas:
Vtq; euolutos frangit Ionio salo
Opposita fluctus Leucas, & lassus tumor
In litore ipso spumat; aut caelestibus
Aspersa tepidis thura laxantur focus:*
735 *Sic languet omne virus, & perdit comam.
Dumq; ipsa miror, causa mirandi perit.
Quin ipsa tellus spumeos motus agit,
Et quicquid illâ tabe contactum est, labat.*
[Tumenf. tacita sequitur, & quassat caput.]
740 *Natum pauentem cerno, & ardenti pede
Gressus ferentem, prome quid portes noui.*

HYLLVS. DEIANIRA.

NVTRIX.

*HYL. I. profuge, quare si quid vterius patet
Terris, freto, sideribus, Oceano, inferis,
Vltra labores mater Alcida fuge.*
745 *DE. Nescio quod animus grande præsagit malum.
HYL. Regiatriumpho templa Iunonis pete:
Hæc tibi patent. delubra praeclusa omnia.*
DE. Effare, qui me casus in fontem premat.
*HYL. Decus illud orbis, atque præsidium vnicum,
Quem fata terris in locum dederant Iouis,
O mater, obiit. membra, & Herculeos toros*
750 *Vrit lues Nessæa. qui domuit ferax,
Ille ille victor, vincitur, mœret, dolet.
Quid quaris vltra? DE. miseras properant suas
Audire miseri. fare, quo posita in statu
Iam nostra domus est. ô lares, miseri lares!*
755 *Nunc vidua, nunc expulsa, nunc feror obruta.
HYL. Non sola mœres, Hercules toto iacet
Mundo gemendus. fata ne mater tua*

727 *Abiectus horret sanguis. in quibusdam v. l. continetur; Abiectum horret virus, & Phœbi coma Tepefactus ardet.* Porro quia totus iste locus facile nequit intelligi, nisi ex Sophocle, vnde desumitur, ipsius verba subiiciam:

ἢ γὰρ τὸν ἐκδουτῆρα πέπλον δερτίως ἔχειον, ἀργῆτ' οἷος εὐεργότου, ἢ δὲ τὴν φάνησιν ἀφ' ἑσθροῦ παρὲς ἑδνῆς τῶν ἐνδύων, ἀλλ' ἔδεισαν ἐξ αὐτοῦ φθίνει, καὶ ἦ κατ' ἀκροῦσιν ἀπὸ τοῦ.

& paullo postea:

τὸ γὰρ κατὰ γὰρ τὴν χάσιν ἰψοῦσά πᾶς τῆς οἴου, ἢ πρὸς χροῖον εἰς μέσην φλόγα ἀκτῖν ἐς ἡλιῶν. ὡς οἱ ἐδάλλετο, ἢ τῶν ἀνδρῶν, καὶ κατὰ ψυχῆται χροῖν. μὲν οὖν μάστιγ' εἰκασόν, ὡς πρὸς ἰανθὸν εὐαῖα ἀμῆν' ἀνδρῶν εἰς ἑμῶν ἐβόλου. ἑὶ δὲ κείται ἀσπῆτες. ἐκ τῆς γῆς ἔδωσ πρὸς ἑμῶν, ἀναξίμου θροῦσάδης ἀφ' ἑσθρῶν, γλαυκῆς ἀπὸ τοῦ ὡς πρὸς τὸ πρὸ τοῦ χροῖν. εἰς γὰρ τὴν χάσιν ἀπ' ἀμπελου.

732 *Leucas. pro Leucate. Leucadia est regio, (Nerite Plinio) Leucas eius regionis vrbs Straboni: Lencates verò in eadem promontorium; Virgilio lib. 3. Aencid. sed hæc sæpe confunduntur.*

Laxus. quidam manuſc. lapsus, alij lassus. vtrumque recipi potest.

749 *Decus illud orbis, atq; præsidium vnicum. Sic ista coniunxit etiam Horatius:*

O præsidium & dulce decus meum.

750 *Vrit lues Nessæa: qui domuit ferax. o. v. l. Vrit lues nescio quæ: qui domuit ferax. quo ad sententiam, præclare. quia Hyllus adhuc nesciebat quæ lues Herculem vrecet. quoad legem versus, malè.*

752 *Miseras properant suas. Audire miseri. videtur Acichylum imitatus, qui, in Prometheo victo, scripsit:*

— τοῖς νοσῶσι π γλυκὺ τὸ λαίπρον ἄλλο. πρὸς ἕξ πρὸς ἑμῶν.

Pri-

Y 3

769 Magnus Alcides. Seneca, Medea act. 3. Herculi magno puer irreperit.

Crispinus, in Heraclen: Diuinis virtutibus antistans Alcides.

Sic enim in Fulgentij Placidi libello de expositione sermonum antiquorum, in verbo Aristare, legitur: vbi interpretatur eam vocem, præcellere. Symmachus, in epist. Qui Romanis rebus antistat: quorum locorum auctoritate videtur illorum sententia confirmari, qui apud Catullum legunt;

Ver anni omnibus è meis amicis Antistans mihi millibus trecentis.

affentior tamen legentibus Antistes.

774 Pulsatur omni parte. Sophocles, in Trachiniis:

ἀπὸ τῆς ἀμφίπλευστος Ἐὐβοίας ἀνεγὼ Κήρυκόν ἐστιν.

vide Strab. lib. 10. & Lilius Syntagm. 2.

776 Niuiosi. Plinius, nam memini, alicubi niualem vocat.

778 Septemq. iuxta Pomponium Melam lib. 4.

779 Dum lassum Titan mergit Oceano iubar. hæc est o. v. l. lectio, & sic ante Ascensum legebatur: primus ille reposuit, Dum lassum Titan mergat Oceano iuga. quod (ni fallor) etiam Aegidius Mafurio, in Argonaut. Valerij, placuit. scilicet ne versus κατὰ μετὰ ἄρσιν.

780 Hic rupe celsa. non immerito iolum Cenci Iouis in rupe celsa fuit situm. nam Ioui in montibus sacra fiebant. Unde ait poeta nescio qui:

ἡγὴ βασιλεὺς πολὺν χρόνον διὰς ἐπιμαλοῖο ἰερά τ' ἔσ' ἐπιπέου ἐν ἕρπασιν.

Herodotus, in Clito: οἱ ἡ ἰουλιζοῖ Διὶ ἰδρῆ πῖ τῆ ὑψηλότατῃ τῶν ἐρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν. Melanthes in lib de sacrificiis: πᾶν ἡ ἄρσιν τῷ Διὶ ἄρσιν ὀνομαζέται, ἐπεὶ ἐστὶν ἡ ἑστὶς παλαιαῖς, ὑψηλῆς ὄντι τῶν θεῶν, ἐν ὑψηλῶν ἰουλιζοῖς ποσὶ δῶ.

781 Pharetra graues. graui, est in v. l.

788 Aspice has inquit. verus hæc est lect.

795 Hic calum horrido Clamore complet. Quid. 9. Metamorph. tantum dixerat:

Impluit q. suis nemorosam vocibus Oreb: at quanto nofter grauior?

796 Qualis impressa fugax. hanc similitudinem ab Ouidio commodato accipit. ait enim Ouidius dicto loco;

Haud aliter graditur, quàm se venabula taurus

Corpore fixa gerat, factiq. refugerit auctor.

Prinata credas: iam genus totum obstrepit. Hunc eiulatu, quem gemis, cuncti gemunt. Commune terris omnibus pateris malum. 760

Luctum occupasti prima: non sola Herculem Miseranda mater. DE. quàm propè à letho tamen, Ede, ede, quaeso, iaceat Alcides meus.

HYL. Mors refugit illum, victa qua in regno suo Semel est, nec audent fata tam vastum nefas Admittere. ipsa forsitan trepida colos 765

Clotho manus proiecit, & fatum Herculis Timet peragere: prò diem, infandum diem! Hocne ille summo magnus Alcides eat 770

Ad fata, & umbras, atque petorem polum? DE. Præcedere tu illum dicis? an possum prior Mortem occupare? fare, si nondum occidit.

HYL. Euboica tellus vertice immenso tumens Pulsatur omni parte: Phryxum mare Scindit Caphareus, seruit hoc austro latius: 775

At quã niuosi patitur aquilonis minas, Euripus vndas flectit instabilis vagas, Septemq. cur sus flectit, & totidem refert, 780

Dum lassum Titan mergat Oceano iubar. Hic rupe celsa, nulla quam nubes ferit, Annosa fulgent templa Cenci Iouis. 785

Vt stetit ad aras omne votiuum pecus, Totumq. tantus gemuit armentis nemus: Spolium Leonis sordidum tabo exiit, 790

Posuitq. claua pondus, & pharetrâ graues Laxauit humeros: veste tunc fulgens tuâ, Canâ reninctus populo horrentem comam 795

Succendit aras: accipe has, inquit, focus Non false messes genitor, & largo sacer Splendescat ignis thure, quod Phœbum colens, 800

Diues Sabæus colligit truncis Arabs. Pacata tellus, inquit, & calum, & freta, Fers subactis omnibus victor redi. 805

Depone fulmen. gemitus in medias preces Stupente & ipso, cecidit. hic calum horrido Clamore complet: qualis impressa fugax 810

Taurus bipenni, vulnus & telum ferens, Delabra vasto trepida mugitu replet. Aut quale mundo fulmen emissum tonat: 815

Sic ille gemitus sidera & pontum ferit, Et vasta Chalcis sonuit, & voces Cyclas

Exce-

Exceptit omnis. hinc petra Capharides, Hinc omne voces reddit Herculeas nemus. Flentem videmus, vulgus antiquam putat 805

Rabiem redisse: tunc fugam famuli petunt. At ille vultus ignea torquens face, Vnum inter omnes querit & sequitur Licham. 810

Complexus aras ille tremebundâ manu Mortem metu consumpsit, & parum sui Pœna reliquit: dumq. tremebundum manus 815

Tenuit cadauer; hac manu, inquit, hac ferar O fata: victus? Herculem perimit Lichas. Ecce alia clades: Hercules perimit Licham. 820

Fata inquinantur. fiet hic summus labor. In astra missus fertur, & nubes vago Spargit cruore: talis in calum exilit 825

Harundo, Geticâ iussa dimitti manu, Aut quam Cydon excussit: inferius tamen Et tela fugient. truncus in pontum cadit, 830

In saxa ceruix: funus ambobus iacet. Resistite, inquit, non furor mentem abstulit. Furore grauius istud atque irâ, malum est. 835

In me inuat seuire. vix pestem indicat, Et seuit, artus ipse dilacerat suos, Et membra vastâ carpit auellens manu: 840

Exuere amictus querit: hoc solum Herculem Non posse vidit: trahere conatus tamen, Et membra traxit: corporis palla horridi 845

Pars est, & ipsa vestis immiscet cutem. Nec causa dire cladis in medio patet: Sed causa tamen est, vixq. sufficiens malo. 850

Nunc ore terram languidus prono ferit, Nunc poscit vndas; vnda non vincit malum; Et nota querit litora, & pontum occupat. 855

Famularis illum retinet errantem manus, O sortem acerbam, fuimus Alcida pares. Nunc puppis illum litore Euboico refert, 860

Austerq. lenis pondus Herculeum rapit. DE. Destituit animus membra, nox oculos premit: 865

Quid anime cessas? quid stupes factum scelus? Gnatum reposcit Iuppiter, Iuno emulum, Reddendus orbi est: quod potest reddi, exhibe. 870

Eat per artus ensis exactus meos. Sic sic agendum est: tam leues pœnas manus 875

Tantis reposcit: tolle fulminibus sacer Narum

827 Trahere conatus tamen. Ouidius lib. 9. Metamorph.

Qua trahitur trahit illa cutem, (foedumq. relatu) Aut haret mēbris frustra tentata renelli, Aut laceros artus & grandia detegit ossa.

832 Nunc ore terram. Sophoc. in Trachin. — πᾶσα ἰδρὶ τῶν θεῶν ἔστω ἰστῶν ἐκωτόν —

833 Vnda non vincit malum. Hyginus, in Parerg. Herculis, de hac re ait: cum se in flumen coniecisset vt ardorem exstingueret, maior flamma exibat.

839 Nox oculos premit. Virgilius: Olli dura quies oculos & ferreus urget Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

Horatius lib. 1. carm. Jam te premet nox, fabuleq. manes.

940 Sisyphia cervix cesset. Sic Propert.
Sisyphoe mole vaces.

950 Seu dira soror es. Medeam alloquitur.
ideo malè, qui es in est mutarunt.

951 Threicia coniux. Procne.

952 Nunc veram tuam agnosce prolem.
Similiter Deianira apud Nafonem;

Tu quoq; cognosces ni me Meleagre sororè.
utpote quæ studuerim tibi scelere similis es.
se. Meleager auunculos; Althæa, filium; De-
ianira, maritum, & proinde, ut dixi superius,
filium sustulit.

969 Fatâne extendam mea? hoc versu ple-
rique m. l. extendo, sequenti verò seruo ha-
bent. item paulo post; imuit manus, pro tre-
muit. postremo, dextera parcunt tua, non
verò, parcant.

Stabo ante ripas immemor Lethe tuas,
Et umbra tristis coniugem excipiam meum. 935
Sed tu, nigrantis regna qui torques poli,
Para laborem. scelera quæ quisque ausus est:
Hic vicit error. Iuno non ausa Herculem est
Eripere terris. horridam pœnam para.
Sisyphia cervix cesset, & nostros lapis 940
Impellat humeros. me vagus fugiat latex,
Meamq; fallax vnda decipiat sitim.
Merui manus præbere turbinibus tuis,
Quacunque regem Thesalum torques rota.
Effodiat avidus hinc & hinc vultur fibras. 945
Vacet vna Danais: has ego explebo vices.
Laxate manes. recipe me comitem tuæ
Phasiaca coniux, peior hac, peior tuo
Vtroque dextra est scelere; seu mater nocens,
Seu dira soror es: adde me comitem tuis 950
Threicia coniux sceleribus: gnatum tuam
Althæa mater recipe: nunc veram tuam
Agnosce prolem. quid tamen tantum manus
Vestra abstulerunt: claudite Elysiur mihi,
Quacunque fida coniuges nemoris sacri 955
Lucos tenetis: si qua resperfit manus
Viri cruore, nec memor casta facis
Srivito cruenta Belias ferro stetit;
In me suas cognoscat & laudet manus:
In hanc abire coniugum turbam libet. 960
Sed & illa fugiet turba tam diras manus.
Inuide contux, innocens animus mihi,
Scelestâ manus est: pro nimis mens credula!
Pro Nesse fallax! namque semiferi dolis
Aufferre cupiens pellici, eripui mihi. 965
Recede Titan; tuq; quæ blandâ tenes
In luce miseros, vita caritura Hercule.
Lux vilis ista est. exigam pœnas tibi,
Reddamq; vitam. fatâne extendam mea?
Mortemq; coniux in tuas seruem manus? 970
Virtusne superest aliqua? armata & manus
Intendere arcum tela missurum valet?
An arma cessant, teq; languenti manu
Non audit arcus? si potest telum dare
Animo sa coniux, dexteram expecto tuam. 975
Mors differatur; frange ut insontem Licham,
Alias in vrbes sparge, & ignotum tibi

Emitte

Emitte in orbem. perde ut Arcadia nefas,
Et quicquid aliud restitit, ab illis tamen
980 Coniux redisti. HYL. parce iam mater precor,
Ignosce fati, error à culpâ vacat. 98
DE. Si vera pietas, Hylle, quærenda est tibi,
Iam perime matrem. pauida quid tremuit manus?
Quid ora flectis? hoc erit pietas scelus.
985 Ignave dubitas? Herculem eripui tibi.
Hæc, hæc peremit dextra; cui debes patri
Auum Tonantem: maius eripui decus,
Quàm in luce tribui. si tibi ignotum est nefas,
A matre disce. seu tibi iugulo placet
990 Meruisse ferrum, sine matrem libet
Inuadere uterum; mater intrepidum tibi
Præbet animum. non erit totum scelus
A te peractum. dexterâ sternar tuâ,
Sed mente nostrâ. gnatus Alcida times?
995 Ita nulla peragas iussa: nec peragens mala
Erres per orbem. si qua nascetur fera,
Referas parentem. dexteram intrepidam para.
Patet ecce plenum pectus arumnis: feri.
Scelus remitto. dextera parcunt tue
1000 Eumenides ipsa. verberum crepuit sonus.
Quanam ista torquens angue vipereo comam
Temporibus atras squallidis pinnas quatit?
Quid me flagrante dira persequeris face:
Megera? pœnas poscit Alcides? dabo.
1005 Iamne inferorum, diua, sedere arbitri?
Sed ecce diras carceris video fores.
Quis iste saxum immane detritis gerit
Iam senior humeris? ecce iam vectus lapis
Quærit relabi. membra quis præbet rota?
1010 Hic ecce pallens dira Tisiphone stetit,
Causam poposcit: parce verberibus precor,
Megera, parce, sustine Stygias faces.
Scelus est amoris. sed quid hoc? tellus labat,
Et aula tectis crepuit. excessit minax
1015 Vnde iste cætus? totus in vultus meos
Decurrit orbis, hinc & hinc populi premunt,
Totusq; poscit vindicem mundus suum.
Iam parcite vrbes. quò fugam præcepis agam?
Mors sola portus. dabitur arumnis locus.
1020 Testor nitentis flammæ Phœbi rotam,
Superosq; testor, Herculem terris adhuc

Mori-

Z 2

1005 Iamne inferorum diua sedere arbi-
tri. Iudex sententiam sedens ferebat, siue pro
tribunali, siue de plano sella extra ordinem
posita iudicabat. quod apud inferos etiam à
trucibus illis quaestoribus obseruari Seneca
indicat, imitatus Propertium, cuius sunt hæc:
Aut si quis posita iudex sedet Æacus urna;
In mea sortita iudicet ossa pila.
Assideant fratres iuxta Minoida sellam,
Eumenidum intento turba seuera foro.

1012 Sustine. contine paulisper. Ouid.
Sapè Iouem vidis, cum iam sua mittere
vellet

Fulmina, thure dato, sustinuisse manū.

1016 Fremunt. o. v. l. habent premunt. nec
malè.

1032 *Calliopa genus*. Phanoclem, Apollonium, Asclepiadem, & Virgilium sequitur, qui Orpheum Calliopæ filium faciunt.
 1033 *Aeternum fieri nihil*. Anicius Boëtius lib. 2. de consolat. philosoph.
*Constat, aeternapostumq; lege est
 Vt constat genitum nihil.*
 1034 *Illius stetit ad modos*. idem Boëtius lib. 3. eiusdem operis:
*Quondam funera coniugis
 Vates Threicius gemens,
 Postquam flebilibus modis,
 Silvas currere mobiles,
 Amnes stare coegerat.*
 1039 *Geten, Hebrum*. Claudianus in præfat. lib. 1. de raptu Proserp.
*Vix audiam erat, vtri sternitur vnda,
 Pigris a stridit torpuit Hebrus aquis.*
 1047 *Centauris obitum ferens*. tres lib. scripti, & Badiana editio habent; *Centavros obiter ferens*. utriusque lectionis perspicua est sententia. 1048 *Et iuxta Rhodope stetit, Laxata niue cantibus*. Claudianus:
*Porrexit Rhodope sistentes carmina rupes,
 Excussit gelidas pronior Ossa niues*
 1050 *Quercum fugiens suam*. quibusdam arboribus pagani vnam singulis Dryadem præesse credebant, quarum mors ab arboris eius fato dependeret, vt testis est Ovidius in Metamorph. non vno loco.
 1055 *Marmaricus, sic*.
Et sua Marmaricos cogit iuga ferre leones,
 inquit Nemesianus, in eclogis; qui non vixit sub Augusto, vt stultè Diomedes Guidalotus, in comment. in Nemesian. & Calpurnium, existimavit, sed diu postea, vt rectè Crinitus tradidit.
 1056 *Dama tropidant lupos*. Claudianus:
*Securum blandilaporem fouere Moloss,
 Vicinumq; latius præbuit agna lupo,
 Concorde varia ludunt cū tigris dama.*
 Primum Claudiani carmen Boëtius, his verbis, expressit,
*Nec visum timuit lepus
 Iam cantu placidum canem.*
 1059 *Per Tanarias fores*. Moschus Siculus, in eclogis:
 — si δωκερω ζ,
 ἀς Ὀρφεὺς κωπὸς ποτὶ τὰς ἄρας, ἀς
 παρ' Ὀδυσσεὺς,
 ἀς παρ' Ἀλκίωνα, κρητὰ τὰς ἀς ἰσ δὲ
 μὲν ἦλθεν
 Μαρτίου — Virgilius:
*Tanarius etiam fauces, atra ostia Diræ,
 Et caligantem nigra formidine lucum
 Ingressus, manesq; adiit regēq; timendum.*
 Ouid 12. Metamorph.
*Ad Styga Tanarius est ausus descendere
 porta.*

*Moritura linquo. HYL. fugit attonita, hei mihi,
 Peracta iam pars matris est: statuit mori.
 Nunc nostra superest, mortis auferre impetum.
 O misera pietas: si mori matrem vetas;
 Patri es scelestus: si mori pateris tamen;
 In matre peccas. surgit hinc illinc nefas.
 Inhibenda tamen est: pergam, & eripiam scelus.*

CHORVS.
 Choriambici.

*Verum est, quod cecinit sacer
 Thressa sub Rhodopes iugis,
 Tangens Threiciam chelym,
 Orpheus, Calliopa genus,
 Aeternum fieri nihil.
 Illius stetit ad modos
 Torrentis rapidi fragor,
 Oblitusq; sequi fugas
 Amisit liquor impetum:
 Et, dum fluminibus mora est,
 Defecisse putant Geten
 Hebrum Bistones ultimi.
 Aduexit volucres nemus,
 Et siluā residens venit;
 Aut, si quā aëra peruolat,
 Auditis vaga cantibus
 Ales deficiens cadit.
 Abrupit scopulos Athos,
 Centauris obitum ferens,
 Et iuxta Rhodope stetit
 Laxata niue cantibus.
 Et quercum fugiens suam,
 Ad vatem properat Dryas.
 Ad cantus veniunt suis
 Ipsa cum latebris fera.
 Iuxtaq; impavidum pecus
 Sedit Marmaricus leo:
 Nec dama trepidant lupos:
 Et serpens latebras fugit,
 Tunc oblita veneni.
 Quin per Tanarias fores,
 Manes commonites adit:
 Mærentem feriens chelym,
 Cantu tartara flebila*

1025

1038

1035

1040

1045

1050

1055

1060

Et

*Et tristes Erebi deos
 Monit, nec timuit Stygi
 Iuratos superis lacrim.
 Hæsit non stabilis rota
 Victo languida turbine.
 Increuit Tityi iecur,
 Dum cantus volucres tenet.*
 1070 *Audito quoque nauita
 Infernatis aquoris
 Nullo remigio venit.
 Tunc primum Phrygius senex
 Vndis stantibus immemor*
 1075 *Excussit ravidam sitim,
 Nec pomis adhibet manus.
 Sed cum linqueret inferos
 Orpheus carmina fundens;
 Et vinci lapis improbus,*
 1800 *Et vatem potuit sequi.
 Consumtas iterum deæ
 Supplent Eurydices colos.
 Sed dum respicit immemor,
 Nec credens sibi redditam*
 1085 *Orpheus Eurydicen sequi;
 Cantus pramiaperdidit:
 Quæ nata est iterum perit.
 Tunc solamina cantibus
 Quærens, flebilibus modis,*
 1090 *Hæc Orpheus cecinit Getis.
 Leges in superos datas,
 Et qui tempora digerens,
 Quattuor precipitis Dens
 Anni disposuit vices,*
 1095 *Nulli non avidas polo
 Parcas flamina necere.
 Quod natum est, poterit mori:
 Vati credere Thracio
 Deutæus iubet Hercules.*
 1100 *Iam iam legibus obrutis
 Mundo cum veniet dies;
 Australis polus obruet*

Cassius Parmensis, in Orpheo:
*Ausus est ire viam mortalibus incessam
 Pænariū oblitos demulsi carmine manes.*
 1066 *Hæsit non stabilis rota
 Victo languida turbine.* Virgilius:
Atque Ixionei vento rota constitit orbis.
 Ovidius:
 — stupuitq; Ixionis orbis.
 Boëtius Seuerinus:
*Non Ixionem caput
 Velox precipitat rota.*
 1069 *Dum cantus volucres tenet.* Ouid.
Nec carpere iacur volucres.
 Boëtius:
*Vultur, dum satur est modis,
 Non carpit Tityi iecur.*
 1070 *Nauita*. Charon, qui Sanctij mei, hominis doctissimi, iudicio est à *χαίρω* dictus. Natalis à *χαίρω* deducit. Ego Aegyptium nomen esse cenſeo. nam Aegyptij portitorem sic appellant, vt docet Caictanus, & alij quidam. Vnde videntur Græcis dicta *χαίρω*, quasi Charontis ostia & portus, quæ Romani Deorum Manium seu inferorum ostia appellabant.
 1073 *Phrygius senex*. Tantalus. Ouid.
 — nec Tantalus vndam
 Captauit refugam —
 Boëtius:
*Et longa site perditus
 Spernit flumina Tantalus.*
 1087 *Quæ nata est, o. v. l. habent; quæ data est.* non placet.
 1097 *Quod natum est, poterit mori.* Seneca senior, in epistolis, ait: Cui nasci contigit, restat mori. Item: Lex vetus est, quæ iubet nasci & mori.
 1098 *Vati credere Thracio*. hoc epithetum Orpheo Phanocles, Ovidius, Virgilius & Claudianus tribuunt. De Orpheo ἀρχαῖος; ista Festus Auienus:
*Threicius quoddam vates si de creditur canoræ
 Mouisse sensus acrim ferarum,
 Atque amnes tenuisse vagas —
 Et surda cantu concitasse saxa:
 Suanisonosq; modos testudinis arbores secuta
 Vmbra feruntur præbuisse vati.
 Sed placidis hominum dictis fera corda migrauit,
 Doctaq; vitam voce temperavit,
 Iustitiâ docuit, casu quoq; cōgregauit vno,
 Moresq; agrestes expoliuit Orpheus.*
 hunc Orpheo Aristoteles & Cicero fuisse negant. At Arnobius etiâ scripsisse testatur li. 5.

Quic-

contra gentes ita scribens: Libros sumant Threicij vatis, quos esse memorant antiquitatis diuinæ, hic Arnobij locus me admonet alterius apud eundē loci, qui hunc, aliquot lineis interpositis, præcedit: quem adscribam, vt emendari debet. est autem huiusmodi: Siccanti ardori oggerit potionem cinnum, cyceonem quem nuncupat Græcia.

pro cynam tepofui cinnam. cinnus apud veteres, teste Nonio, portionis genus est ex multis liquoribus confectum. de cycone Clemens Alexandrinus...

1103 Libyam. Africam, quam sic antiqui vocabant, sic accipe Pompeiorum epitaphia quae sequuntur: Magne premis Libyam, fortes tua pigiora nati...

1107 Siccus boreas. sic Lucanus: Pigro bruma gelu siccisquae aquilonibus harents. boreas enim idem qui aquilo.

1131 Atrā nube. in v.l. nube atra legitur. 1136 Partem in omnem. cum in omnibus m.f. & in plerisque impressis lib. legatur; Nunc parte in omni Iuppiter spectā poli.

1137 Gigas. Gigantomachiam alibi perduellium conatibus accommodavi. possent etiam plebeiorum contra optimates bellis applicari. Iouis enim filij à Pindaro divites ac nobiles dicuntur; & Deorum plerique Iouis filij fuerunt.

1138 Othrys. non sic Othrym dixit, quasi putet sub eo Enceladum oppressum iacere; sed exempli causa, quia praecedenti carmine dixerat, Ne quis gigas Thessalica iaculetur inga.

1140 Patri. Saturno hoc Ioni apud Claudian. lib. 1. de raptu Proserp. Pluto minatur; patrefacta ciebo Tartara, Saturni veteres laxabo catenas.

Quicquid per Libyam iacet, Et sparsus Garamas tenet: Arctous polus obruet, Quicquid subiacet axibus, Et siccus boreas ferit: Amissum trepidus polo Titan excutiet diem. Caeli regia concidet, Certos atque obitus trahet, Atque omnes pariter deos Perdet mors aliqua, & chaos. Et mors fata novissima In se constituet sibi. Quis mundum capiet locus? Discedet via tartari, Stratis ut pateat polis? An quod dividet aethera A terris spaciū, sat est, Et mundi nimium malis? Quis tantum capiet nefas Fati? quis superis locus? Pontum, sidera, tartara, Regna vnus capiet tria. Sed quis non modicus fragor Aures attonitas mouet? Est, est Hercules sonus.

ACTVS QVARTVS.

Trimetri & Anapæstici.

HERCVLES. CHORVS.

HER. Conuerte Titan clare anhelantes equos, Emitte noctem, pereat hic mundo dies, Quo moriar: atra nube inhorrescat polus. Obstet nouerca, nunc pater cacum chaos Reddi decebat: hinc & hinc compagibus Ruptis uterque debuit franzi polus. Quid parcus astris? Herculem amittis pater. Nunc parte in omni Iuppiter spectā poli: Ne quis gigas Thessalica iaculetur inga, Et fiat Othrys pondus Encelado leue. Laxabit atris carceris iam iam fores Pluton superbus, vincula excutiet patri, Calumq; reddet. ille, qui, pro fulmine

Tuisq;

Tuisq; facibus, natus in terris eram, Ad Styga reuertor. surget Enceladus ferox, Mittetq; quo nunc premitur, in superos onus. 1145 Regnum omne genitor aetheris dubium tibi Mors nostra faciet. antequam spoliū tui Celum omne fiat; conde me toiā pater Mundi ruinā: frange, quem perdis polum. CH. Non vanatimes nate Tonantis, 1150 Iam Thessalica Pelion Ossa Premet, & Pindo congestus Athos Nemus aetheris inseret astris. Vincet scopulos inde Typhoeus, Et Tyrhbenam feret Inarimen. 1155 Feret Aethnos inde carminos, Scindetq; latus montis aperti, Nondum Enceladus fulmine victus. Iam te cali signa sequentur. HER. Ego, qui relictā mortē, contemta Styge, 1160 Per media Lethes stadia cum spolio redi, Cum penē trepidus excidit Titan equis: Ego, quem deorum regna senserunt iria, Morior: nec vllus per me um stridet latus Transmissus ensis. haud mea telum necis 1165 Saxum est, nec instar montis abrupti latus, Pindo cadauer obruit toto meum. Sine hoste vincor: quodq; me torquet magis,

1155 Inarimen. post Virgilium omnes Latini poetae hoc usurparūt. Virgilius a multis reprehensus fuit. & quae Nicolaus Erythrus in indice Virgiliano addert, talia sunt, ipsa vt magis defensoribus indigeant, quam Maronem defendant. quid, quaeq; simile habet Inalpinus cum Inarimis? hoc proprium, illud appellatum est. quae terrarum portio Inalpes, aut Inalpinia dicitur? duo haec vt sint similia, illud necesse fuerit.

1160 Per media Lethes stadia. sic in o.v.l. legitur, nec sensus ratio, nec carminis natura repugnat, quin hoc amplectamur. scāfio erit ista; -vv Per mediou - a L e - vv thes stadiu - a cum vv - spoliou - redij. nam redij contrahetur, quemadmodum in hoc versu; Et fata vici morte contemta redij. Iam Lethes stadia dixit, sicut Claudianus Erebi spacia, qui pasqua mandunt Coccyi, spaciūq; Erebi nigrantibus errant. alludens ad immensum illud inane in quo inferos statuebant.

1163 Nec vllus per meum stridet latus. querela haec Herculis magna ex parte à Sophocle in Trachiniis desumpta fuit. ait ille: καὶ τοῦτοι λόγγη πεδία, ἔδ' ὁ γρηχὸς ερητός γράντων, ἔπε θερε δ' ἔτα, ἔθ' Ἐ'κας, ἔτ' ἀγλασ, ἔδ' ὄσον ἐγὼ γαίαν κρηταίρων ἰκόμην, ἔδρασε πω. γαυῖ ἢ, ἴηλος ὄσση, καὶ ἀνδρὸς φύσιν, μὴν μὲ δ' ἠερεῖας φαστάνυ δ' ἴχρ.

qua carmina sic Cicero 2. Tusculan. vel petius Attius reddidit: Hos non hostilis dextra, non terra edita Moles Gigantiū, non biformato impetu

(O mi- Qua lateri adhaerens morsu laterat viscera, Vrgensq; grauitur pulmonum haurit spiritus, Iam decolorē sanguinem omnem exorbuit, Sic corpus clade horribili absumtum extabuit, Ipse illigatus peste interimor rexeili.

* Cent aurus iētū corpori inflixit meo, Non Graia vis, non barbara vlla immanitas, Non saua terris gens relegata vltimis, Quas peragrans undiq; omnem hinc feritātē expulsi: Sed feminea vir, feminea interimor manu.

Nihil autem obstat quo minus eadem opera ex eodem etiam libro reliquos etiam versus adscribam, Sophocleis quibus respondent, appositis, quo facilius vnusquisque possit illos cum Graecis conferre; vt meo labore, quātum in me quidem, altorum labori confulatur. Cicero ait: O multa dictū graua, perpassu aspera, Qua corpore exantlaui, atque animo pentuli.

Sophocles: ἡ παλαιὰ δ' ἠερεῖα, ἔ δ' ὄσον γαυῖ, καὶ γρηχὸς καὶ ἀνδρὸς φύσιν, μὴν μὲ δ' ἠερεῖας φαστάνυ δ' ἴχρ. Cicero: Nec mihi Iunonis terror implacabilis, Nec tantum inuexit tristis Eurystheus malis, Quantum vna uecoris O eni partu edita. Hac me irretiuit veste furiali insannū.

Qua lateri adhaerens morsu laterat viscera, Vrgensq; grauitur pulmonum haurit spiritus, Iam decolorē sanguinem omnem exorbuit, Sic corpus clade horribili absumtum extabuit, Ipse illigatus peste interimor rexeili.

Sophocles: καὶ τοῦτοι λόγγη πεδία, ἔδ' ὁ γρηχὸς ερητός γράντων, ἔπε θερε δ' ἔτα, ἔθ' Ἐ'κας, ἔτ' ἀγλασ, ἔδ' ὄσον ἐγὼ γαίαν κρηταίρων ἰκόμην, ἔδρασε πω. γαυῖ ἢ, ἴηλος ὄσση, καὶ ἀνδρὸς φύσιν, μὴν μὲ δ' ἠερεῖας φαστάνυ δ' ἴχρ.

bona sunt haec: sed aut fallor, aut longē ista Seneca: Ehen quis intus scorpio, quis feruida Playa reuerfus cancer insinuat meas

Quod nulla fera est, nullusq; gigas:
Iam quis dignus necis Herculea
Supereſt auetor, niſi dextra tui?

1215

HER. Eheu quis intus ſcorpium, quis feruidâ
Plagâ reuerſus cancer infixus meas
Vrit medullas? ſanguinis quondam capax
Tumidi ſecur pulmonis arentes fibras
Diſtendit, ardet felle ſiccato iecur;

1220

Torunq; lentus ſanguinem anxius vapor.
Primam cutem conſumſit: hinc aditus nefas
In membra fecit, abſtulit coſtis latus.
Exedit artus penitus, & totas malum
Hauſit medullas, oſibus vacuis ſedet:
Nec oſſa durant ipſa, ſed compagibus
Diſcuſſâ ruptis mole collapsâ fluunt:
Defecit ingens corpus, & peſti ſaris
Herculea non ſunt mēbra. pro quantū eſt malum,
Quod eſſe vaſtum fateor! ô dirum nefas!
En cernite vrbes, cernite ex illo Hercule

1225

1230

Quid iam ſuperſit. Herculem agnoſcis pater?
Hiſ ego lacertis ſpolia Nemeai mali
Eliſa preſſi: tenſus hac arcus manu.

1235

Aſtris ab ipſis detulit Stympthalidas?
Hiſ ego citatam greſſibus vici feram,
Radiante clarum fronte geſtāntem caput?
Hiſ fracta Calpe manibus eliſit fretum?
Hiſ tot fera, tot ſcelera, tot reges iacent?

1240

Hiſ mundus humeris ſedit: hac moles mei eſt?
Hac illa ceruix? has ego oppoſui manus
Caelo ruenti: cuius ô cuſtos manu
Trahetur ultra Stygius? ubi vires prius
In me: ſepulta. quid patrem appello Iouem?

1245

Quid per Tonantem vendico calum mihi?
Iam iam meus credetur Amphitryo pater.
Quacunque peſtis viſcere in noſtro lateſ,
Procede, quid me vulnere occulto petis?
Quis te ſub axe frigido pontus Scythes,
Quae pigra Tethys genuit, aut Maurum premens
Ibera Calpe litus? ô dirum malum!
Virūmne ſerpens, ſquallidum crīſtâ caput
Vibrans, an aliquod eſt mihi ignotum malum?

1255

Nunquid cruore eſt genita Lernaea fera?
An te reliquit Stygius in terris canis?
Omne eſt malum, nullumq;. quis vultus tibi eſt?

Con-

1232 Agnoſci. antea erat agnoſcas. ego fecutus v. l. agnoſcis repoſui.

1233 Hiſ ego lacertis. ſic Ouid. 9. Metam. Hiſ eliſa iacet moles Nemeaa lacertis.

1235 Stympthalidas. hoc quoque Ouidius poſuerat.

1240 Hiſ mundus humeris ſedit. Ouid. Hac calum ceruice iuli.

1256 Omne eſt malum, nullumq;. omne, quia quoduis malum te exſuperare ſentio: nullum, quia quid ſiſigno.

Concede ſaltem ſcire, quo peream malo.
Quacunque peſtis, ſaua quacunque eſt fera,
Palam timeres. quis tibi in medias locum

1260 Fecit medullas? ecce, direptâ cute
Viſcera manus detexit: vltior tamen
Inuenta latebra eſt. ô malum ſimile Herculi
Vnde iſte fletus? unde in has lachrymae gemas?
Inuictus olim vultus & nunquam malis

1265 Lachrymas ſuis præbere conſuetus (pudor!)
Iam flere didicit. quis dies fletum Herculis,
Quae terra vidit? ſiccus arumnas iuli.
Tibi illa virtus; quae tot eliſit mala,
Tibi ceſſit vni. prima, & ante omnes mihi

1270 Fletum abſtulisti. durior ſaxo horrido,
Et chalybe vultus, & vaga Symplegade
Rictus meos inſregit, & lachrymam extulit.
Flentem, gementem, ſumme pro rector poli,
Me terra vidit: quodq; me torquet magis,

1275 Nouerca vidit. vrit ecce iterum fibras,
Incaluit ardor: vnde nunc fulmen mihi?
CHO. Quid non poſſit ſuperare dolor?
Quondam Getico durior Hamo,
Nec Parrhaſio lenior axe,

1280 Sauro ceſſit membra dolori,
Feſſumq; mouens per colla caput
Latus alterno pondere fleſcit.
Fletum luētus ſape reſoluit.
Sic Arctōas laxare nives,

1285 Quamuis tepido ſidere Titan,
Non tamen audeſt: viciq; faces
Solis aduſti glaciale iubar.

HERCVLES. ALCMENA.

HER. Conuerte vultus ad meas clades pater.
Nunquam ad tuas conſugit Alcides manus:

1290 Non, cum per artus Hydra ſæcundum meos
Caput implicaret. inter infernos lacus
Poſſeſſus atrâ nocte cum fato ſteti,
Nec inuocaui: tot feras vici horridas,
Reges, tyrannos: non tamen vultus meos

1295 In aſtra torſi. ſemper hac nobis manus
Votum ſpōndit: nulla propter me ſacro
Micuere caelo fulmina: hic aliquid dies
Optare inſit: primus audierit preces,

1264 Inuictus olim vultus, & nunquam malis Lachrymas ſuis præbere conſuetus, (pudor) Iam flere didicit. hanc lectionem in omnibus ſchedis inueni: niſi quod pro ſuis, ma- lè quaedam ſuas continebant.

1270 Durior ſaxo horrido Et chalybe vultus. monent nonnulli hanc comparationem ſuntam ex Ouidio lib. 14. Metamor. de Anaxarete:

Sauior illa freto ſurgente cadentib. auſtris,
Durior & ferro, quod Noricum excoquit enſis,

Et ſaxo, quod adhuc vini radice tenetur.

Sic Moſchus ἐν τῇ Μηνύργει de Hercule:

αὐτῆς ὄν' ἔχου ἴδου ἢ ἐν δ' ἡγου καὶ τε γὰρ ἐν ἡέροι

Ennius, Andromacha, vt lego;
Sed quaſi ferrum aut lapis dura eſt.

1283 Fletum virtus ſape reſoluit. o. v. l. pro virtus, habent luētum.

1298 Audierit. m. ſ. audiuit. nil muto. Idemq; a 2

Idemq; summus.unicum fulmen peto.
 Giganta, crede. non minus calum mihi
 1300 Afferere potui: dum patrem verum puto,
 Caelo peperci. siue crudelis pater,
 Siue es misericors; commoda gnato manum.
 Propera ante mortem, & occupa hanc laudem tibi.
 Vel, si piget, manusq; detrectat nefas,
 1305 Emitte Siculo vertice ardentis pater,
 Titanas in me; qui manu Pindum ferant,
 Aut te, Ossa; qui me monte proiecto opprimant.
 Abrumpe & Erebi claustra. me stricto petat
 Bellona ferro. mitte Graduum trucem,
 1310 Armetur in me dirus, & frater quidem,
 Sed ex nouerca. tu quoque Alcide soror
 Tamtum ex parente, cuspidem in fratrem tuum
 Iaculare Pallas. supplices tendo manus
 Ad te nouerca; sparge tu saltem, precor,
 1315 Telum: perire femina possum manu.
 Iam fracta, iam satiata, quid pascis minas?
 Quid quæris ultra? supplicem Alciden vides.
 Et nulla tellus, nulla me vidit fera
 Te deprecantem: nunc mihi irata quidem
 1320 Opus est nouerca, nunc tuus cessat dolor?
 Nunc odia ponis? parcus, ubi votum est mori?
 O terra & vrbes? non facem quisquam Herculi,
 Non arma tradet? tela subtrahitis mihi?
 Ita nulla seuas terra concipiat feras
 1325 Post me sepultum: nec meas unquam manus
 Imploret orbis: si qua nascetur fera,
 Nascatur alius: undique infelix caput
 Maestate saxi: vincite arumnas meas.
 1330 Ingrate cessas orbis? excidimus tibi?
 Adhuc malis ferisq; suppositus fores,
 Ni me tulisses: vindicem vestrum malis
 Excipite populi: tempus hoc vobis datur,
 Pensate merita. mors erit precium omnium.
 1335 AL. Quas misera terras mater Alcide petam?
 Vbi natus, vbinam est? certa si visus notat,
 Reclinis ecce corde anhelanti æstuat,
 Gemit, peractum est. membra complecti ultima
 O nate liceat: spiritus fugiens meo
 1340 Legatur ore: brachia in amplexus cape.
 Vbi membra sunt? ubi illa, quæ mundum tulit,
 Stelligera ceruix? quis tibi exiguum tui

1314 Pallas. apud Sophoclem quoque in Trachiniis, Hercules Palladis opem implorat

1328 Nascatur alius. mihi similis: qui illas interimat.

1330 Ingrate cessas orbis: sic Sophocles in eadem tragœdia:

πρόθεν ἴσ' ὃ πόντον Ἐλάγιον ἀδιώκων ἰανέγες, οὐδ' ἂν πολλαὶ μὲν οὐ πόντος, κατὰ τὴν ὄψιν πάντες ἡγεζαίον, ἀλεικόρου ὁ τάλας. &c. quæ sequuntur.

Par-

Partem reliquit? HER. Herculem spectas quidem
 Mater, sed umbra simile nescio quid mei
 1345 Agnosce mater: ora quid flectis retro,
 Vultumq; mærens? Herculem dici tuum
 Parium erubescis? AL. quis feram mundus nouam,
 Quæ terra genuit? quodve tam dirum nefas
 De te triumphat? victor Hercules quis est?
 1350 HER. Nupta iacentem cernis Alciden dolis.
 AL. Quis tantus est, qui vincat Alciden dolus?
 HER. Quicumque mater femina irata sat est.
 AL. At vnde in artus pestis, aut ossa incidit?
 HER. Aditum venenis palla femineis dedit.
 1355 AL. Vbinam ipsa palla est? membra nudata intuo.
 H. Consumpta mecum est. A. tantane inuicta est lues?
 HER. Errare mediis credo visceribus meis,
 O mater, Hydram, & mille cum lerna feras.
 Quæ tanta nubes flamma Sicaniæ bibit?
 1360 Quæ Lemnos ardens? quæ plaga inferni poli,
 Vetans flagranti currere in zona diem?
 In ipsa me iactate, præ comites, freta,
 Mediosq; in amnes: qui sat est Ister mihi?
 Non ipse terris maior Oceanus meos
 1365 Franget vapores: omnis in nostris malis
 Deficiet humor, omnis arecet latex.
 Quid rector Erebi me remittebas Ioui?
 Decuit tenere. redde me tenebris tuis:
 Talem subactis Herculem ostende inferis:
 1370 Nil inde ducam. quid times iterum Herculem?
 Inuade mors non trepida. iam possum mori.
 AL. Compesce lachrymas saltim, & arumnas doma,
 Malisq; tantis Herculem indomitum refer,
 Mortemq; vince, quod soles, vince inferos.
 1375 HER. Si me catenis horridus vincitum suis
 Præberet auida Caucasus volucris dapem,
 Scythiâ gemente, flebilis gemitus mihi
 Non existisset. si vaga Symplegades
 Vtraque premerent rupe; redeuntis minas
 1380 Ferrem ruina. Pindus incumbat mihi
 Atque Hamus, & qui Thracios fluctus Athos
 Frangit, Tonantis fulmen excipiens Iouis:
 Non ipse si in me, mater, hic mundus ruat,
 Superq; nostros flagret incensus rogos
 1385 Phæbeus axis, degenet mentem Herculis
 Clamor domaret. mille decurrant fera,

1358 Errare. N. ex vno m. f. hunc ver- sum transposuit: cui, quia quotquot vidi v. l. vulgatis cōsentientes repugnant, nō assentior.

1367 Rector Erebi. Sophocles etiā Hercules Plutoneiam inuocat.

1377 Scythia gementem. quid si legas gementem? planè in sequenti versu elegantius legeretur excidisset. sed non quia elegantius statim reponendum: quia aliter cuncti libri. nec malè.

Par-

a 3

Pariterq; lacerent, hinc feris clangoribus
 Aetheria me Stymphalis, hinc taurus minax
 Cernice tota pulset, & quicquid furit:
 Solum quoque ingens surgat, hinc illinc fremens, 1390
 Artusq; nostros durus imminuat dolor;
 Sparsus filebo. non feræ excutient mihi,
 Non arma gemitus: nil, quod impelli potest.
 AL. Non virus artus nate femineum coquit,
 Sed dura series operis, & longus tibi 1395
 Fauet cruentis forsitan morbus dolor.
 HER. Vbi mors? ubi illa testis est aliquis mali?
 Intendat arcus, nuda sufficiet manus:
 In orbe mecum veniat, huc aliquis mihi
 Procedat, agendum huc. AL. heu mihi sensus quoque 1400
 Excussit ille, nimius impulsus dolor.
 Remouete queso tela, & infestas precor
 Rapite hinc sagittas. igne suffusa gena
 Scelus minantur. quâ fugâ latebras petam?
 Dolor iste furor est: Herculem solus domat. 1405
 Cur deinde latebras aut fugam vecors petam?
 Obire forti meruit Alcmena manu:
 Vel scelere pereat: antequam lethum mihi
 Ignauus aliquis mandet, ac turpis manus 1410
 De me triumphet. ecce lassatus malis
 Sopore fessas alligat venas dolor,
 Grauiq; ambelum pectus impulsu quatit.
 Fauete superi: si mihi gnatum inclitum
 Misera negatis; vindicem saltem precor,
 Seruate terris. abeat excussus dolor, 1415
 Corpusq; vires reparet Herculeum suas.

HYLLVS. ALCMENA.

HERCVLES.

HYL. Prò lux acerbâ! prò capax scelerum! dolor!
 Nurus Tonantis occidit, natus iacet,
 Neos super sum: scelere materno hic perit,
 Fraude illa capta est. quis per annorum vices, 1420
 Totoq; in auro poterit arumnas senex
 Referre tantas? vnus eripiet dies
 Parentem vtrumque. cetera vt fileam mala,
 Parcâq; fati; Herculem amitto patrem.
 AL. Compesce voces inclitum Alcida genus, 1425
 Miserâq; fato similis Alcmena nepos:
 Longus dolorem forsitan vincet sopor.

Sed

1407 Meruit. pro meruit in antiquis impressis, qui recentioribus plerumque sunt fideliores, & in libris scriptis legitur, meminuit.

1422 Eripiet. in Sophoclis Trachiniis, non quidem hoc ipse Hyllus queritur, sed nutritrix introducitur inquiens;

κλειων δδ' εναν' εν δυοιν εστιδ' αμω πατρως τ' εκεινης τ' ερφαρισθη. C. 1.

1425 Compesce vocem. est hoc quoque Sophocle:

αλζω στενον
 &
 αλλ' εγω εδ' οικω
 εδ' εγω στενον

Sed ecce lassam deserit mentem quies,
 Redditq; morbo corpus, & luētus mihi.
 1430 HER. Quid hoc? rigenti cernitur Trachym iugo?
 At inter astra positus euasi genus
 Mortale? tandem quis mihi calum parat?
 Tete pater iam video, placatam quoque
 Specto nouercam. qui sonus nostras ferit
 1435 Caelestis aures? Iuno me generum vocat.
 Video nitentem regiam clari atheris,
 Phœbiq; tritam flammeâ zonam roiâ:
 Cubile video Noctis, hinc tenebras vocat.
 Quid hoc? quis axem cludit, & ab ipsis pater
 1440 Deducor aëtris? ora Phœbeus modo
 Afflabat axis. tam propè à calo fui.
 Trachyna video: quis mihi terras dedit?
 Modo nempe me infra steterat, ac totus mihi
 Suppositus orbis. tam benè excideras dolor.
 1445 Cogis fateri: parce, & hanc vocem occupa.
 Hæc, Hylle, dona matris, hoc munus parat.
 Vtinam liceret stipite ingesto impiam
 Effringere animam; quale Amazonium malum
 Circa niualis Caucaſi domui latus.
 1450 O clara Megara, tunc, cum furerem, mihi
 Coniux fuisti? stipitem atque arcus date:
 Dextra inquinetur, laudibus maculâ imprimam.
 Summus legatur femina Herculeus labor.
 HYL. Compesce diras genitor irarum minas.
 1455 Habet, peractum est: quas petis pœnas, dedit:
 Suâ perempta dextera mater iacet.
 HER. Cæci dolores, manibus irati Herculis
 Occidere meruit: perdidit comitem Lychas.
 Saniire in ipsum corpus exanime impetus
 1460 Atque ira cogit. cur minis nostris caret?
 Ipsum cadauer pabulum accipiant feræ.
 HYL. Plus misera lasso doluit: huic aliquid quoque
 Detrabere velles. occidit dextrâ suâ,
 Tuo dolore. plura, quam poscis, tulit.
 1465 Sed non cruenta sceleribus nuptia iaces,
 Nec fraude matris: Nessus hos struxit dolos;
 Ictus sagittis qui tuis vitam expulit.
 Cruore tincta est palla semiferi, pater,
 Nessusq; nunc has exigit pœnas sibi.
 1470 HE. Habet, peractum est: fata se nostra explicant.
 Lux ista summa est: quercus hanc sortem mihi

1435 Generum. Hæben mihi despondet.

1456 Sua perempta dextera mater iacet. Sophocles: Γ' αὐτὴ πρὸς αὐτὸς, αὐτὸς πρὸς αὐτὸς. Ἐπεὶ οἱ μοι. πρὶν ὡς ἔστιν σφ' ἐξ ἐμῆς θυνείων

1458 Perdidit comitem Lychas. me scilicet. fortassis tamen rectius legeretur; Perdidit comitem Lycham. hoc est, causa fuit cur ego comitem meum Lycham occiderim.

1470 Habet, peractum est. idem ante aliquot versus posuit. Quod verò sequitur;

fata se nostra explicant, Lux ista summa est — hoc in nullis v. l. inuenitur. Porro decorū hoc loco noster in Herculis persona diligentius seruauit, quam Sophocles; qui Herculem, vt intellexit mortem sibi instare, viro forti non satis dignas voces tribuit:

Ἴδ' ἐν δὴ σπινθ. ἀλζωμὴ τάλας. ἄλωλ', ἄλωλ'. φέρσ' ἐκέρ' ἐπὶ μοι. οἱ μοι.

quis queso virorum? eia mitto virorum, quæ queso muliercula tam febiliter eiularet?

Fati-

*Fatidica quondam dederat, & Parnassio
Cirrhea quatiens templa mugitu nemus.*
 Dextra peremti victor Alcide viri
 Olim iacebis: hic tibi emenso freta,
 Terrasque & umbras, finis extremus datur.
1475 Nil querimur ultra. decuit hunc finem dari,
 Ne quis superstes Herculis victor foret.
 Nunc mors legatur, clara, memoranda, inclita,
 Me digna prorsus. nobilem hunc faciam diem.
1480 Cadatur omnis silua, & Oeteum nemus
 Suscipiat ignis: Herculem accipiat rogius.
 Sed ante mortem tu, genus Paantium,
 Hoc triste nobis iuuenis officium appara,
 Herculea totum flamma succendat diem.
1485 Ad te preces nunc Hylle supremas fero:
 Est clara, captas inter inclytum genus
 Regnumque referens, Euryto virgo edita,
 Iole: tuis hanc facibus & flammis para.
1490 Victor cruentus abstuli patrio a lare,
 Nihilque misera prater Alciden dedi;
 Et ipse rapitur: penset arumnas suas,
 Iouis nepotem foueat, & natum Herculis.
1495 Tibi illa pariat quicquid ex nobis habet.
 Tuque ipsa planctus pone funebres, precor,
 O clara genitrix. viuet Alcides tuus.
 Virtute nostra pellicem feci tuam
 Credi nouercam. siue nascente Hercule
 Nox illa certa est; siue mortalis meus
 Pater est, licet sit falsa progenies mihi;
 Materna culpa cesset, & crimen Iouis.
 Merui parentem: contuli calo decus.
 Natura me concepit in laudes Iouis.
 Quin ipse quanquam Iuppiter credi meus
 Pater esse gaudet: parce iam lacrymis parens,
1505 Superba matres inter Argolicas eris.
 Quid tale Iuno peperit, aetherium gerens
 Sceptrum, & Tonanti nupta: mortali tamen
 Calum tenens inuidit, Alciden suum
 Dici esse voluit. Perage nunc Titan vices
1510 Solus relictus: ille qui vester comes
 Vbique fueram, tartara & manes peto.
 Hanc tamen ad imos perferam laudem inclitam:
 Quod nulla pestis vicit Alciden palam,
 Omnemque pestem vicit Alcides palam.

1474 Dextra peremti. &c. Sophocles:
 ἡ μὲν γὰρ λέξις παρὰ τὸν ἑρμῆν ἐστὶν ἡ πάλαι, ἡ δὲ τῶν νεότερων μὴ δέξασθαι ἔστιν, ἀλλ' ὅστις ἔδωκεν οὐκ οἰκίτηρ ἐστίν.
1475 Olim. hæc vox, vt Nonius & Seruius scribunt, etiam futurum tempus significat. Sic hic capitur, & apud Virgilium;
 Hunc tu olim calo spoliis Orientis onustum accipias securus.
 Lucilius, si quidem emendentur versus ex coniectura nostra, Sat. lib. 19.
 Sic tu illos fructus quaras aduersa bieme olim,
 Quis uti possis & delectare domi te. posterior versus apud Nonium habetur ita scripsit;
 Quis uti possis hæc delectare domi te. planè mendosè. Romæ in quodam marmore Transsibetinae regionis sculptum est:
 Quisquis es, aut olim nostra de stirpe futurus,
 Sis memor antiqui nominis & tituli.
1483 Genus Paantium. Philocteta.
1487 Est clara captas inter, inclytum genus Regnumque referens. ex hac antiqua lectione nihil mutari velim. sensus enim est luce meridiana clarior. Praterca hæc à Sophocle accipit.
1492 Et iste rapitur. o. v. l. continent ipse.

CHO.

CHORVS.

Sapphici.

*O decus mundi, radiate Titan;
Cuius ad primos Hecate vapores
Lassa nocturna leuat ora bigæ;
Dic sub aurora positus Sabæis,*
1520 Dic sub occasu positus Iberis,
 Quisq; feruentem patiuntur axem,
 Quisq; sub plaustro patiuntur vrsæ;
 Dic, ad æternos properare manes
 Herculem, & regnum canis inquieti,
1525 Vnde non unquam remeavit vllus.
 Sume, quos nubes radios sequantur.
 Pallidus mæstas speculari terras,
 Et caput turpes nebula pererrent.
1530 Herculem in terris alium sequeris?
 Quas manus orbis miser inuocabis,
 Si qua sub terra numerosa pestis
 Sparget intentam rabiem draconis;
 Arcadum si quis, populi vetusti,
1535 Fecerit siluas aper' inquietas,
 Thraciæ si quis Rhodopes alumnus
 Durior terris Helices niuosa
 Sparget humano stabulum cruore?
 Quis dabit pacem populo timentis;
1540 Si quid irati superi per vrbes
 Iusserint nasci? iacet omnibus par,
 Quem parem tellus genuit Tonanti.
 Planctus immensas resonet per vrbes,
 Et, comas nullo cohibente nodo,
1545 Femina exsertos feriat lacertos;
 Solaq; obductis foribus deorum,
 Tempa secure pateant nouerca.
 Vadis ad Lethen, Stygiumque litus,
 Vnde te nulla referent carina.
1550 Vadis ad manes miserandus, vnde
 Morte deuicta tuleras triumphum.
 Umbra nudatis venies lacertis,
 Languido vultu, trepidoque collo.
 Teq; non solum feret illa puppis,
1555 Non tamen viles eris inter umbras,
 Bacumque inter geminosq; Cretas,

1516 Radiate Titan. Sol radiis coronate. Attius, in Phœuissis, citante Prisciano, in libello de versibus comicis:
 Sol, qui micant e candido curru atq; equis
 Flammâ citatus feruido ardore explicas,
 Quam natum aduerso augurio atque inimico omine
 Thebis radiatum lumen ostendit tuum.
 Lucretius:
 Matutina rubent radiati lumina solis.
 Idem;
 dum veniat radiatum in signe diei.
 Ouidius:
 quid nunc Hyperione nate,
 Forma colorq; tibi, radiataq; lumina profunt?
1518 Lassa nocturna leuat ora biga. Caius Cæsar lib. 1. de analogia; non posse dici Latine quadrigam credidit, vnde nec biga dicendum videretur. Cæsar's verba sunt hæc:
 Num tu harum rerum natura accidere arbitris, quod vnam terram & plures terras, & vrbē & vrbes, & imperium & imperia dicamus; neque quadrigam in vnam nominis figuram redigere, neque arenas in multitudinis appellationem conuertere possimus. Varro etiam libro 9. de ling. Latina in eam sententiam pronior videtur, vt non satis aptè in vnius numero bigam vel quadrigam dicamus. Sed neutra Cæsar's opinio posteritati placuit, vt ex subiectis testimoniis apparet. Ipse Varro, in Exdemetrico, non quadrigas, sed, si vera referunt antiqui Grammatici, quadrigam dixit. & Papinius:
 Rosifera gelidum tenuauit æra biga.
 & Vlpianus quadrigæ, inquit, vsu fructu legato. Virgilius;
 quam multa Zephyro turbatur arena.
 Ouidius:
 Ille potest vacuo furari litore arenas.
 Catullus:
 La serpiti feris iacet arenis.
 Seneca:
 serpens Libycis arenis
 Concidit Mopsus
1525 Vnde non unquam remeavit vllus. Philotas:
 ἀρχαῖον εἰς ἔθρα ἠνοσσην ἔτιν ἄνα τῆς ἐλευθέρου ἡδονῆς ἐδίνης. Seneca Hippolyti actu 1.
 non unquam amplius
 Connexa tetigit supera, qui morsus semel
 Adiu silentem nocte perpetua domum.
 Seneca senator, in ludo de morte Claudij: Cyl lenius illum obtorto collo trahit e celo ad inferos, vnde negant redire quemquam, quæ postrema verba Catulli sunt.

Facta

b

1557 *Fata discernens, melius v. l. facta,*
centinent.

*Fata discernens, fieri tyranni
Parcite ò dites, inhibete dexteras.
Laudis est, purum tenuisse ferrum:
Dumq; regnabas, minimum cruentis
In tuas urbes lacuisse fatis.*

*Sed locum virtus habet inter astra:
Sedis Arctoa spacium tenebis?*

*An grauis Titan ubi promit aethus,
An sub occasu tepido nitebis;*

*Vnde commisso resonare Ponto
Audies Calpen? loca qua sereni*

*Deprimes cali? quis erit recepto
Tutus Alcida locus inter astra?*

*Horrido tantum procul à Leone
Det pater sedes, calidoq; Cancro,*

*Ne tuo vultu tremefacta leges
Astra conturbent, trepidetq; Titan.*

*Vere dum flores venient tepenti,
Et comam siluis hiemes recident;*

*Vel comam siluis reuocabit aethas;
Pomaq; autumnno fugiente cedent;*

*Nulla te terris rapiet vetustas.
Tu comes Phæbo, comes ibis astris.*

*Antè nascetur seges in profundo,
Vel fretum dulci resonabit unda:*

*Antè discedet glacialis vrse
Sidus, & ponto vetito fruatur;*

*Quàm tuas laudes populi quiescant.
Te pater rerum miseri precamur,*

*Nulla nascatur fera, nulla pestis,
Non duces sanos miseranda tellus*

*Habeat, nec vlla dominetur aula;
Cui potest solum decus esse regni,*

*Semper impensum tenuisse ferrum.
Si quid in terris iterum timetur,*

*Vindicem terra petimus relictæ.
Heu quid hoc? mundus sonat, ecce mæret,*

*Mæret Alcide pater? an deorum
Clamor, an vox est timida nonerca?*

*Hercule an viso fugit astra Iunor?
Lassus an pondus titubauit Atlas?*

*An magis diri tremuere manes
Herculem, an visum canis inferorum*

Fugit abruptis trepidus catenis?

1576 *Tepenti, Maximianus:*
Veris bonos tepidi flores, vere omniarum
sunt.

1583 *Vetito fruatur. Idem tradit antiquus*
ille poeta, qui Cretica conscripsit:

*Teq; Lycæonia mutata semine nympha,
Quam gelido raptam de versice Nonacrina,*

*Oceano prohibet semper se tingere Te-
thyis:*

*Ausa sua quid sis quondam subcumbere
alumna.*

apud Higyn. leguntur mendosi.
vides igitur causam cur vrsa se mari abluere
nequeat.

cc

cc

1560

1565

1570

1575

1580

1585

1590

1595

1600

Falli-

*Fallimur. lato venit ecce vultu,
Quem tulit Pæas, humerisq; tela
Gestat, & notas populis pharetras,
Herculis hæres.*

ACTVS QVINTVS.

NVTRIX. PHILOCTETES.

1605 NV. Effare casus iuuenis Herculeos precor,
Vultuq; quonam tulerit Alcides necem.

PH. Quo nemo vitam. NV. letus ad eone ultimos
Inuasit ignes? PH. esse iam flammæ nihil

Ostendit ille, qui sub occasu Hercules

1610 Virtute vinci docuit indomita omnia.

NV. Inter vapores quis fuit forti locus?

PH. Quod unum in orbe venerat nondum malum,
Et flamma victa est: hac quoque accessit feris:

Inter labores ignis Herculeos abit.

1615 NV. Ediffere agedum, flamma quo victa est modo?

PH. Ut omnis O Eten mæsta corripuit manus:

Hinc fagus umbras perdit, & tota iacet
Succisa trunco, flexu hinc pinum ferox

Astris minantem, & nube de mediâ vocat.

1620 Ruitura cautes mouit, & siluam trahit

Secum minorem. Chaonis quondam loquax

Stat vasta latè quercus, & Phæbum vetat,

Vltraq; totos porrigit ramos nemus:

Gemit illa multo vulnere impresso minax,

1625 Frangitq; cuneos: resilit excussus chalybs,

Vulnusq; ferrum patitur, & truncum fugit:

Commota tandem est: tunc cadens lentâ morâ

Duxit ruinam. protinus radios locus

Admisit omnes, sedibus pulsa suis

1630 Volucres pererrant nemore succiso diem,

Queruntq; lassis garrula pinnis nemus.

Iamq; omnis arbor sonuit, & sacra quoque

Sensere quercus horridam ferro manum,

Nulliq; præscum profuit ligno nemus.

1635 Aggeritur omnis silua, & alterna trabes

In astra tollunt Herculi angustum rogam.

Rapit alta flammæ pinus, & robur tenax,

Et breuior ilex: silua contexit pyram,

Populea silua frondis Herculeæ nemus.

1640 At ille, ut ingens, nemore sub Nasamonio,

Ager reclinat pectore ad mugit leo;

1617 *Fagus umbras perdit.* fagus, cum sit
vt plurimum patulis diffusa ramis, multam
vmbra facit: iisque abscissis, vmbra per-
dit. Theocr.

— σικεραν δὲ τὸ φασί.

1621 *Chaonis quondam loquax.* de hac quercu
ait Sophocles:

— ἡστὶ πολυλόγου φρού.

Sophocli consentiunt Lycophron in Cassan-
dra, Apollonius in Argonauticis, Higynus
lib. 2 astronom. & Claudianus in panegy. de
6. consulat. Honorij.

1622 *Stat lata vasti quercus.* Ouidius
7. Metamorph.

*Scabat in his ingens amosa robore quercus
Vna nemus.*

1623 *Vltraq; totos porrigit ramos nemus.*
Ouidius:

— cetera tantum

*Silua sub hac omnis, quantum fuit herba
sub illa.*

1624 *Gemit illa.* Ouidius:

— gemitumq; dedit decidua quercus.

1628 *Duxit ruinam.* Ouidius:

— labefactaq; tandem
*Itibus innumeris, adductaq; finibus arbor
Corruit, & multam prostravit pondere
siluam.*

1636 *Herculi angustum rogam.* legendum
sine dubio cum v. l. est *angustum.* ait enita
inferius:

— latuit in folio rogam.

Fer -

b 2

Fertur, quis illum credat ad flammam rapi?
 Vultus petentis astra, non ignes erant.
 Ut pressit O Eten, ac suis oculis rogam
 Lustravit, omnes fregit impositus trabes. 1645
 Arcumq; poscit: accipe haec, inquit, sate
 Paente dona, munus Alcida cape.
 Has Hydra sensit, his iacent Stymphalides,
 Et quicquid aliud eminus vici malum. 1650
 Victura felix, has enim numquam irritas
 Mittes in hostes: siue de media voles
 Auferre volucres nube; descendunt aues,
 Et certa pradam tela de caelo ferent:
 Nec fallat unquam dexteram hic arcus tuam.
 Librare telum didicit, & certam dare 1655
 Fugam sagittis, ipsa non fallunt iter
 Emissa neruo tela, tu tantum, precor,
 Accommoda ignes, & facem extremam mihi.
 Hic nodus, inquit, nulla quem capiet manus,
 Mecum per ignem flagret: hoc telum Herculeum 1660
 Tantum sequetur, hoc quoque acciperes, ait,
 Si ferre posses: adiuet domini rogam.
 Tum rigida secum spolia Nemeae mali
 Arsuram poscit, latuit in spolio rogam.
 Ingemuit omnis turba, nec lachrymas dolor 1665
 Cuiquam remisit, mater in luctum furens
 Diduxit avidum pectus, atque uterotenus
 Exserta, vastos vbera in planctus ferit:
 Superosq; & ipsum vocibus pulsans Iouem,
 Implevit omnem voce femine locum. 1670
 Deforme lethum mater Herculeum facis,
 Compesce lachrymas, inquit, introrsus dolor
 Feminus abeat: Iuno cur latum diem
 Te flente ducat? pellicis gaudet sua
 Spectare lachrymas, comprime infirmum iecur 1675
 Mater: nefas est vbera atque uterum tibi
 Laniare, qui me genuit, & dirum fremens,
 Qualis per vrbes duxit Argolicas canem
 Cum victor Erebi Dite conterito redit 1680
 Tremente fato; talis incubuit rogo.
 Quis sic triumphans letus in curru stetit
 Victor? quis illo gentibus vultu dedit
 Leges tyrannus? quanta pax obitus tulit?
 Haesere lachryma, cecidit expulsus dolor 1685
 Nobis quoque ipsis: nemo morituro ingemit.

Iam

Iam flere pudor est: ipsa, quam sexus iubet
 Mætere, siccis haesit Alcmenae genis,
 Stetitq; nato pæne iam similis parens.
 NVT. Nullasne in astra misit ad superos preces
 1690 Arsurus? aut in vota respexit Iouem?
 PH. Iacuit sui securus, & calum intuens
 Quasiuit oculis; arce an ex aliqua pater
 Despiceret illum, tum manus tendens ait;
 Quacumque parte prospicis natum pater,
 1695 Iste est pater; quem nocte commissa dies
 Quasiuit vnus, si meas laudes canit
 Vtrumque Phæbilis, & Scythiae genus,
 Et omnis ardens ora quam torret dies:
 Si pace tellus plena, si nulla gemunt
 1700 Vrbes, nec aras impias quisquam inquinat,
 Si scelera desunt, spiritum admitti hunc precor
 In astra, nec me mortis inferna locus,
 Nec mæsta nigri regna conterrent Iouis:
 Sed ire ad illos umbra, quos vici, deos,
 1705 Pater, erubesco, nube discussa diem
 Pande, ut deorum vultus ardentem Herculeum
 Spectet, licet tu sidera & mundum neget,
 Vltro pater cogere, si voces dolor
 Abstulerit vllas; pande tum Stygios lacus,
 1710 Et redde fati, approbagnatum prius.
 Ut dignus astris videar, hic faciet dies.
 Leue est quod actum est, Herculeum genitor prius
 Inuenit, an damnauit? hoc postquam addidit,
 Nouerca cernat, quo feram flammam modo;
 1715 Flammam poposcit, hoc age Alcida comes,
 Non segnis, inquit, corripe O Eteam facem.
 Quid dextra tremuit: num manus pauca impiū
 Scelus refugit? redde iam pharetras mihi
 Ignaue, iners, inermis est nostros manus
 1720 Quae tendat arcus, quis sedet pallor genis?
 Animo faces inuade, quo Alciden vides
 Vultu iacere, respice arsurum miser.
 Rogat ecce me iam genitor, & pandit polos.
 Venio pater, vultuq; non idem fuit.
 1725 Tremente pinum dexteram ardentem impulit:
 Refugit ignis, & reluctantur faces,
 Et membra vitant: sed recedentem Hercules
 Insequitur ignem: Caucasum, aut Pindum, aut Atho
 Ardere credas: nullus erupit sonus,

Tam

b 3

1659 Hic nodus. Seneca repugnat Pisan-
 der; qui clauam Herculis ecream fuisse refert;
 at Seneca ligneam. Nodum enim hic, clauam
 interpretor nodosam; vnde dictum, nodosa
 robora clauae. Scio quae de nodo Herculeo
 prodita sunt à Plinio lib. 26. cap. 6. Macrobio
 lib. 1. Saturnal. cap. 19. & Festo, in voce, cin-
 gulum: sed hunc locum ad ea accommodare,
 hominis foret aliud agentis.

1660 Hoc telum. Nodus hic.

1664 Spolio. pelle leonis Nemeae, qua Her-
 cules indutus fingitur, quia praefici homines
 pellibus corpora contegebant, qui quia, non-
 dum reperto telorum usu, lignis vim hostium
 retundebant, ideo Herculi clauam veteres at-
 tribuerunt. Diodor. Siculus lib. 1.

1670 Voce feminea. clamore, qui femineus
 dicitur Philostrato in Heroicis, Virgilio 2.
 Aeneid. Ouidio 12. Metamorph. & Silio li-
 bro 15. Sicut & vlulatus femineae, Virg. 4. &
 9. Aeneid. Valerius Flaccus 4. Argonaut. Si-
 lius lib. 13. eiulatus muliebres Tacitus lib. 15.
 & querelas muliebres Claudianus de victo-
 ria Stilicho. cont. Alari. dixerunt. D. Cyrillus
 ait: φιλόδουκός τις αεί το δίδυμο. quo
 spectat illud:

Ut fleant oculos erudiere suos.
 est enim de mulieribus dictum, vetus poeta;

Fletus muliebri ingenio est additus.

1672 Dolor femineus. ab Archilocho sum-
 tum, qui ait:

τλάπτει, γυναικείον πένθος ἀπὸσ ἀνδρῶν.

1675 Comprime. m. f. habent continere.
 Infirmum, tenerum.

Iecur. iecur nominat, quia in eo amoris &
 beneuolentiae sedes statuitur, vt diximus.

Tantum ingemiscit ignis ad durum iecur.
 Typhon in illo positus immanis rogo
 Gemisset ipse; quique conuulsam solo
 Imposuit humeris Ossan Enceladus ferox.
 At ille medias inter exurgens faces
 Semustus ac laniatus, intrepidus, rubens;
 Nunc, o parens Herculea, sic stare ad rogam
 Te mater, inquit, sic decet fieri Herculem.
 Inter vapores positus, & flamma minas
 Immotus, inconcussus, in neutrum latus
 Corrupta flectens membra adhortatur, monet,
 Gerit aliquid ardens: omnibus fortem addidit
 Animum ministris. vrere ardentem putes.
 Stupet omne vulgus, vix habent flamma fidem!
 Tam placida frons est, tanta maiestas viro.
 Nec properat vri: cumq; iam forti datum
 Letho satis pensauit igniferas trabes
 Hinc inde traxit, minima quas flamma occupat,
 Totasq; in ignem vertit, & qua plurimus
 Exundat ignis; recipit intrepidus: ferox.
 Nunc ora flammis implet: ast illi graues
 Luxere barba: cumq; iam vultum minax
 Appeteret ignis, lamberent flamma caput;
 Non prestat oculos, sed quid hoc? mox flam intuor
 Sinu gerentem reliquias magni Herculis,
 Crinemq; iactans squallidum Alcmene gemit.

ALCMENA. PHILOCTETES.

AL. Timete superi fata, tam parvus cinis
 Hercules est, hac ille decreuit gigas.
 O quanta Titan in nihil moles abiit!
 Anilis, heu me, cepit Alciden sinus.
 Hic tumulus illi est: ecce vix totam Hercules
 Compleuit urnam: quam leue est pondus mihi,
 Cui totus aether, pondus incubuit leue.
 Ad Tartara olim regnaq;, o gnate, vltima
 Rediturus ibas: quando ab inferna Styge
 Remeabis iterum? non vti spoliū trahas,
 Rursumq; Theseus debeat lucem tibi.
 Sed quando solus? ignis impositus tuas
 Compescet umbras? teq; tartareus canis
 Inhibere poterit, quando Tenareas fores
 Pulsabis? ab quas mater ad fauces agar?
 Quam mors aditur? vadis ad manes iter
 Habiturus vnum, quid diem questu tero?

1760 Vix totam Hercules Compleuit urnam. imitatur Ouidianum illud l. 2. Metamorph.

— de tam magno restat Achille.
 Nescio quid, paruum quod non bene compleat urnam.

1771 Iter Habiturus vnum. Telephus Aeschylus apud Clementem Alexandrinum vnam ad inferos viam esse contendit: Aristophanes autem, in Ranis, aliud agens quam Aeschylus, lepide plures cauimentat.

Quid

Quid misera duras vita? quid lucem hanc tenes?
 Quem parere rursus Herculem possum Ioui?
 1775 Quis me parentem gnatus Alcmenam suam
 Tantus vocabit? o nimis felix, nimis
 Thebane coniux! Tartari intrasti loca
 Florente gnato; teq; venientem inferi
 Timere forsan; quod pater tantum Herculis
 1780 Vel falsus aderat, quas petam terras annus,
 Inuisa seuis regibus? si quis tamen
 Rex est relictus saeuus, hei misera mihi!
 Quicumque casos ingemunt gnati patres,
 A me petent supplicia: me cuncti obruent.
 1785 Si quis minor Busiris, aut si quis minor
 Antaus, vrbes perfida terrent plage:
 Ego prada ducar, si quis Ismarios greges
 Thracis cruenti vindicat: carpent greges
 Mea membra diri, forsitan paenas petet
 1790 Irata Iuno, totus vretur dolor:
 Secura victo tandem ab Alcide vacat:
 Pellex supersum, supplicia de qua exigat.
 Ne parere possim, fecit hic gnatus mihi
 Vt erum timendum, qua petam Alcmene loca?
 1795 Quis me locus, qua regio, qua mundi plaga
 Defendet? aut quas mater in latebras agar?
 Vbi que certe nota, si patriam petam,
 Lavesq; miseros; Argos Eurystheus tenet.
 Orbata Thebas, regnum & Ismenum petam,
 1800 Thalamosq; nostras, in quibus quondam Iouem
 Dilecta vidi: pro nimis felix, nimis,
 Si fulminantem & ipsa sensissem Iouem.
 Vinam meis visceribus Alcides foret
 Exsectus infans, nunc datum est misera, datum,
 1805 Videre gnatum laude certantem Ioui:
 Et hoc daretur scire, quod fatum mihi
 Eripere posset, quis memor viuet tui
 O gnate populus? omne iam ingratum est genus:
 Petam Cleonas? Arcadum an populos petam?
 1810 Meritisq; terram nobilem quaram tuas?
 Hic dira serpens cecidit, hic abes fera,
 Hic rex cruentus, hic tua fractus manu;
 Qui te sepulto possidet calum Leo.
 Si grata terra est, populus Alcmenam tuam
 1815 Defendat omnis, Thracias gentes petam,
 Hebricq; populos? hac quoque est meritis tuis

1808 Omne iam ingratum est genus. in v. l. aperte scriptum exstat non iam, sed nam.
 1810 Terram nobilem. D. Hieronymus, in prologo Machabæorum, bis hoc epithetum terræ tribuit.

De-

Defensa tellus. stabula cum regno iacent:
 Hic pax cruento rege prostrato data est.
 Vbi enim negata est: quod tibi infelix annus
 Quarum sepulchrum? de tuis totius rogis 1820
 Contendat orbis. reliquias magni Herculis
 Quis populus, aut quae templa, quae gentes colent?
 Quis iam petet, quis poscet Alcmenes onus?
 Quae tibi sepulchra gnate, quis tumulus sat est?
 Hic totus orbis. fama erit tumulus tibi. 1825
 Quid anime trepidas? Herculis cineres tene,
 Complectere ossa, reliquiae auxilium dabunt,
 Erunt satis praesidia, terre bunt tuae
 Reges vel umbrae. P. debitos gnato quidem
 Compesce fletus mater Alcmene incliti. 1830
 Non est gemendus, nec graui urgendus nece,
 Virtute quisquis abstulit satis ner.
 Aeterna virtus Herculem fieri vetat,
 Fortes vetat morere, degeneres iubet. 1835
 Sed abo questus? vindicem amisi parens
 Terra atque pelagi, quae purpureus dies
 Vtrumque clara spectat Oceanum rotam.
 Quot misera in vno condidi gnato parens?
 Regno carebam, regna sed poteram dare. 1840
 Vna inter omnes terra quas matres gerit,
 Votis peperci. nil ego à superis peti,
 Incolume gnato: quid dare Herculeus mihi
 Non poterat ardor? quis deus quicquam mihi
 Negare poterat? vota in hac fuerant manu:
 Quicquid negaret Iuppiter, daret Hercules. 1845
 Quid tale genitrix vlla mortalis tulit?
 Desleuit aliqua mater, & toto stetit
 Succisa foetu, bisque septenos greges
 Deplanxit vna: gregibus equari meus
 Quot ille poterat? matribus miseris adhuc 1850
 Exemplar ingens deerat; Alcmene dabit.
 Cessate matres, pertinax si quas dolor
 Adhuc iubet lugere, quas luctus grauis
 In saxa vertit; cedite his cuncta malis.
 Agedum, senile pectus o miserae manus 1855
 Pulsate. & vna funeri tanto sat est
 Grandaeua anus, defecta, quod totus breui
 Iam quæret orbis: expedi in planctus tamen,
 Defessa quamquam brachia: ut inuidiam deis
 Lugendo facias, aduoca in planctum genas. 1860

ALC-

1829 Debitos gnato quidem. prius editum fuit indebitos; id alij mutarunt, & reposuerunt debitos, quod o. v. l. confirmant: sed quæ sequuntur, prima facie videntur pristinam lectionem magis asserere.

1833 Aeterna virtus Herculem fieri vetat. Solon mortem suam fieri ab amicis voluit: contra Ennius,

Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu

Facit. cur? volito vniu' per ora virom. Puppis amicos in morte sua fleturos confidebat. eius enim tale fragmentum circumsertur:

Flebunt amici & bona noti morte in mea,
 Nam populus etiam vno me lacrimatus est.

Sed ad rem. recte Seneca Hercules enim famam incomparabili fortitudine perennem sibi compararat. Eorum vero mortem immodice flere oportet. qui nihil in vita egerunt quo posteris bene vixisse se testentur. Non possum Charondæ Catanæ legem probare, qua indistincte vllum omnino lugeri vetuit. est hoc hominis prorsus inhumani. eleganter & recte Euphorion:

καὶ τὸν μίσην ἔδωκεν ἐπὶ φθιδίῳ ἀνδρῶν
 καὶ
 μέγα καὶ κλυτὰς ἐπὶ καὶ ἀμύμων
 δαίμων
 μέγα ἐπηύχωντο.

1836 Purpureus dies. Ouid. 3. Fastor. Purpureum rapido qui vehit axe diem.

ALCMENA.

Anapæstici.

Flete Alcmenen, magniq. Iouis
 Plangite gnatum, cui concepto
 Lux vna perit, noctesq. duas
 Contulit Eos: ipsa quiddam
 1865 Plus luce perit. tota pariter
 Plangite gentes; quarum sauos
 Ille tyrannos iussit Stygias
 Penetrare domos, populisq. madens
 Ponere ferrum: fletum meritis
 1870 Reddite tantus. totus, totus
 Personet orbis: flet Alciden
 Cærulea Crete; magno tellus
 Clara Tonante. centum populi
 Brachia pulsent: nunc Curetes,
 1875 Nunc Corybantes arma Idea
 Quassate manu: armis illum
 Lugere decet: nunc, nunc funus
 Plangite verum: iacet Alcides
 Non minor ipso, Creta, tonante.
 1880 Flete Herculeos Arcades obitus,
 Nondum Phæbo nascente genus.
 Et iuga Spartes Nemeaq. sonent,
 Feriatq. graues Manala planctus:
 Poscite magno Alciden gemitu:
 1885 Stratus vestris setiger oris,
 Alesq. sequi iussa sagittas,
 Totum pinnis velata diem.
 Flete Argolici, flete Cleonæ:
 Hic terrentem mænia quondam
 1890 Vestra leonem fregit nostri
 Dexteram nati. date Sitionæ
 Verbera matres, gelidusq. sonet
 Planctibus Hebrus, flete Alciden;
 Quod non stabulis vescitur infans,
 1895 Nec vestra greges viscera carpunt.
 Flet Antæo libera tellus,
 Et rapta fero plaga Geryone.
 Mecum miserae plangite gentes:
 Audiat ictus utraq. Tethys.
 1900 Vos quoque mundi turba citati,
 Flete Herculeos numina casus.

Vestrum

C

1874 Nunc Curetes, Nunc Corybantes. Ex veteribus Euphorion, Eratosthenes, Orpheus & Callisthenes; ex neotericis Scaliger in libro de arte poetica, & Dion. Lambinus in lib. 2. Lucretij, Curetes & Corybantes eodem esse scripserunt: sed Semus Delius, Archemachus Euboicus & Echemenes diuersos esse crediderunt: quos Seneca hic sequitur; & Ouidius scribens,

Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus

1894 Vescitur non alitur esca futurus equis illaudati Diomedis.

1906 Vbi nunc nostra. o. v. l. vestra.

Vestrum Alcides ceruice meus
 Mundum, superi, calumq. tulit:
 Cum stelligeri vector olympi,
 Pondere liber spiravit Atlas.
 Vbi nunc nostra Iuppiter arces?
 Vbi promissi regia mundi?
 Nempe Alcides mortalis obit,
 Nempe sepultus, quoties telis
 Facibusq. tuis ille pepercit?
 Quoties ignis spargendus erat?
 In me saltem iaculare facem,
 Semelemq. puta.
 Iamne Elysiis o gnate domus,
 Iam litus habes; ad quod populos
 Natura vocat? an post raptum
 Styx atra canem praclusit iter,
 Teq. in primo limine Ditis
 Monstra morantur? quis nunc umbras
 Gnate tumultus, manesq. tenet?
 Fugit abducta nauita cymba,
 Et Centauris Thessala motis
 Ferit attonitos vngula manes?
 Anguesq. suos Hydra sub undis
 Territa merisit? teq. labores
 O gnate timent?
 Fallor fallor, vesana parens,
 Nec te manes, umbramq. timent.
 Non Argolico rapta leoni
 Fulua pellis contacta iubae
 Leuos operit dura lacertos,
 Vallantiq. feri tempora dentes:
 Donum pharetrae cessere tua,
 Telamq. mittet iam dextra minor:
 Vadis inermis gnate per umbras;
 Ad quas semper mansurus eris.

1915 Ad quod populos Natura vocat? AEschylus:

τὸ δὲ δαδ' ἀνὴρ ὀμῶς ἐπι κελευσθεῖς πᾶσι.
 Iuncus: αὐτῶν ὅ, & ἡ ἀλοῖς ζῶοις ἡμέ-
 ρῃς τε καὶ ἀγέλοισ, ἐξίέναι τοῦ βίου πᾶσαι ἀνά-
 γκα. Vide Stobaeum fern. 118.

1919 Monstra morantur. aequè bene in antiq. lib. continetur fata morantur.

1928 Nec te manes. v. l. monte manes.

HERCVLES. ALCMENA.

Iambici & dactylici.

1937 Quid me. prodit Hercules ex loco extraordinario, qui erat sublimis sine machina, & ex quo numina in theatrum introducebantur, Iul. Scaliger in Historico.

Quid me tenentem regna sideri poli,
 Caloq. tandem redditum planctu inbes
 Sentire fatum? parce, nam virtus mihi
 In astra, & ipsos fecit ad superos iter.
 AL. Vnde sonus trepidas aures ferit?
 Vnde meas inhibet lachrymas fragore

Agnosco

Agnosco agnosco, victum est chaos.
 A Styge, gnate, redis iterum mihi:
 1945 Fractaq. non semel est mors horrida:
 Vicisti rursus noctis loca,
 Puppis & inferna vada tristia.
 Peruius est Acheron iam languidus,
 Et remeare licet soli tibi,
 1950 Nec te fata tenent post funera.
 An tibi praclusit Pluton iter,
 Et pauidus regni metuit sibi?
 Certè ego te vidi flagrantibus
 Impositum siluis: cum pluribus
 1955 In calum furerent flamma minis.
 Arsisse certè, verum vltima
 Non tenuere tuas umbras loca.
 Quid timuere tui manes precor?
 Umbra quoque est Diti nimis horrida?
 1960 HER. Non me rigentis stagna Cocyti tenent,
 Non puppis umbras furua transuexit meas.
 Iam parce mater questibus, manes semel
 Umbrasq. vidi: quicquid in nobis tui
 Mortale fuerat, ignis iniectus tulit:
 1965 Paterna calo pars data est, flammis tua.
 Proinde planctus pone, quos gnato paras,
 Genitrix in ortu luctus in turpes eat.
 Virtus in astra tendit, in mortem timor.
 Praesens ab aëtris mater Alcides cano:
 1970 Pœnas cruentus iam tibi Eurystheus dabit,
 Currus superbum vectra transcendes caput.
 Me iam decet subire caestem plagam.
 Inferna vinco rursus Alcides loca.
 AL. Mane parumper, cesset, ex oculis abit,
 1975 In astra fertur, fallor, an vultus putat
 Vidisse gnatum? misera mens est credula.
 Es numen, & te mundus aternus tenet.
 Credo triumphis, regna Thebarum petam,
 Nouumq. templis additum numen canam.

CHORVS.

Anapæstici.

1980 Nunquam Stygias fertur ad umbras
 Inclita virtus, viuite fortes,
 Nec letheos saeva per amnes
 Vos fata trahent: sed, cum summas

1965 Paterna calo pars. apud Ouidium 9. Metamorph. ait Iuppiter: Omnia qui vicit, vincet quos cernitis ignes, Nec nisi materna Vulcani parte potentem Sæiet: aternus est à me quod traxit. & expers Atq. immune necis, nulla domabile flammis Idq. ego defunctum terra caelestibus oris Excipiam.

1966 Proinde planctus pone, quos gnato pater, Genitrix inerti: luctus in turpes eas? Sic isti verus in Fabriciana editione leguntur, omnino deterius quam in ceteris: qui habent, Proinde planctus pone, quos gnato paras Genitrix in ortu, luctus in turpes eat. quam sanè lectionem retinebo, donec certi aliquid de hoc loco constituerò. nunc valde ambigo, non tam propter eam quam modò retuli varietatem: quare quia in nulla membranarum quibus vsus sum, duo hæc carmina habentur. Si in vno aliquo codice desiderarentur, mirarer: sed in nullo exstare eum mihi scrupulum iniicit, vt ampliem, & hoc tempore mihi non liquere pronuncietur.

1968 Virtus in astra tendit. Euripides, Heraclidis:

ἀλλ' ὄρεται βολίη Διὸς μόχθων.

1970 Pœnas cruentus iam tibi Eurystheus dabit. vide Euripidem dicto loco; à quo Strabone li. 8. dissentit. Euripides scribit Eurystheum non in pugna ab Iolao intererunt, sed in pugna captum, viuum Alcmene traditum fuisse. Strabo autem lib. 8. Εὐρυσθέως μὲ οὐδ' ἔρεπτοῦς εἰς Μοῦσηθ' ἄνα ἐπὶ τοῖς Ἑργακλῆος παιδῶν καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀ. Σίνουσιων, ἰσχυροῦς πιστῶν ἐν τῇ μάχῃ. Ἐπὶ μὲν ἄλλο σὺμμε Γαργηθῶν περὶ τὴν πύλιν, τὴν δὲ κρηναίαν χωρὶς ἐν τῇ Κορίνθῳ, ἀποκρίναντο ἄνθρωποι Ἰόλαον καὶ τὴν κρηναίαν τὴν Ἀ. κρηναίαν, ὑπὸ ἀμφοτέρων. Pausanias in Atticis simpliciter ab Iolao caesum testatur, non addens in pugna an à pugna idipsum contigerit.

1976 Misera mens est credula. sic in plerisque v. l. & in antiquis editionibus legitur. Lipsiensis cod. habet, misera mens incredula est. quæ lectio inelegans non est, & confirmatur toto cap. 1. lib. 2. miscellan. Nannij. Ego pristinam lectionem seruavi, cum propter librorum antiquitus scriptorum & excusorum multorum consensum, quem nemo sanus vnquam contempsit: tum quia Seneca noster in Hercule furente scripserat,

— quod nimis Miseri volunt, hoc facile credunt. nec ad rem perinet, quod ibi subiungitur: — imò quod metuunt nimis, Nunquam amoueri posse, nec tolli putant. Proa est timori semper in peius fides.

Exiget

C 2

ciauit, hæc amoris, an furoris sunt operatio-
 nor virtutis que. nam tanta est horum cognatio
 & affinitas; ut amantes furere dicantur, & in
 omne scelus, tanquam furiosi, ruant: sic, ut
 patriatum facinus semper gradus sit futuri.
 Hircus iste Mendesius Philomenam amat;
 amatam stuprat; stupratæ linguam ex intimis
 faucibus euellit; ipsam verò in solitario ne-
 more cum feris victuram includit, videlicet,
 ne crimea suum diuulgetur. ea nempe sceler-
 atorum est conditio, nunquam ut eorū ani-
 mus conquiescat, semper ut timeant cunctis
 nota fore quæ deliquerunt. ideo, ut fit, scelus
 scelere conantur obruere, quemadmodum Phe-
 drae nutrix in Hippolyto nostri poetæ: sed la-
 terem lauant. siquidem nihil est tam occul-
 tum, ut non in lucem prodeat aliquando: nec
 valet humana calliditas abscondere, quod di-
 uina prudentia vult manifestare. Equidē hoc
 Tyranni factum tam atrox & truculentum
 non diu latuit: sed Progne de tota re facta
 certior, ad vltionem accingitur nouam, inau-
 ditam, & quæ posteris narrari quàm persua-
 deri facilius queat. tanta nimirum mulieris
 læsæ est iracundia, ut, dum quem vult vici-
 catur, susque deque ferat, qua ratione id fa-
 ciat; sibi que interdum nocere non vereatur,
 dummodo hostem lædat. ut de Medea taceā,
 restis Progne, testis Philomena; quarum vna
 proprium filium, altera sororis filium truci-
 dauit; nec hoc tantum, sed & patri epuladum
 proposuit. Postea sceleris conscientia, & pœ-
 narū metu exagitate, fuga sibi consuluerunt:
 quas quia Tereus, re cōperta, fuit infecutus,
 propter fugientium & insequentis velocita-
 tem, omnes in aues mutati finguntur. Docet
 hoc facinorosus nihil tutum esse, eosque sese
 inuicem persequi solere. Vide Attiū in Tereo.
 92 Taxata pœna lingua. nam Tantalus iu-
 xta non nullos apud inferos cruciatur:
 οὐ θεῶν ἀνδρῶν ἄν
 κριτῆς τῶν περὶ τῆς ἀξίως ἔχων ἴσον
 ἀπόλαστον ἔχει γλῶσσαν, ἀίχρῃσιν νόστον.
 ait Euripides in Oreste: cui consentit Cor-
 nelius Gallus, his versibus:
 ἔστι δὲ πρὶν ἡλικίᾳ σιωπῆσαι, ἔσθ' οὐδ'
 νηστῆρα
 πῶς ἀκτινεπαρῆς πολλοῦ ἀρδῶος πόδες ἔσθ'
 νυκτὸς ἀδ' ὀνητῆς ἰμερῆς ἢ φθονεῖν ἢ
 κέρως ἀεὶ γλῶσσοις ἐσιπυνοτέρη.
 πῆρ' ἔσθ', τὸ τέρεισμα, καὶ ὄργα μωθῶν
 σγῆς
 οἱ γλῶσσοι σιωπῆσαι πῶς ἔσθ' οὐδ' ἔσθ'.

*Discerpta, patrios polluat sanguis focos,
 Epule instruantur. non noui sceleris tibi
 Conuiuia venies, liberum dedimus diem,
 Tuamq; ad istas soluimus mensas famem.
 Ieiunia exple. mistus in Bacchum cruor
 Spectante te potetur. inueni dapes,
 Quas ipse fugeres. siste, quò præceptis ruis?*
 TAN. *Ad stagna, & amnes, & recedentes aquas,
 Labrisq; ab ipsis arboris plena fugas,
 Abire in atrum carceris liceat mei
 Cubile: liceat, si parum videor miser,
 Mutare ripas: alueo medius tuo
 Phlegethon relinquit, igneo cinctus freto.
 Quicumque pœnas lege fatorum datas
 Pati iuberis; quisquis exeso iaces
 Pavidus sub antro; quiq; venturi times
 Montis ruinam; quisquis auidorum feros
 Rictus leonum, & dira furiarum agmina
 Implicitus horres; quisquis immixtas faces
 Semiustus abigis; Tantali vocem excipe
 Properantis ad vos: credite experto mihi,
 Amate pœnas. quando continget mihi,
 Effugere superos? ME. ante perturba domum,
 Inferq; tecum praelia, & ferri malum
 Regibus amorem. concute insano ferum
 Pectus tumultu. TAN. me pati pœnas decet,
 Non esse pœnam. mitto, ut dirus vapor
 Tellure rupta, vel grauem populis luem
 Sparsura pestis. ducam in horrendum nefas
 Auus nepotes? magne diuorum parens,
 Nosterq;, quamuis pudeat, ingenti licet
 Taxata pœna lingua crucietur, loquar:
 Nec hoc tacebo. moneo, ne sacra manus
 Violata cade, neve furiali malo
 Aspergat aras. stabo, & arcebo scelus.
 Quid ora terres verberare, & tortos ferox
 Minaris angues? quid famem fixam intimis
 Agitas medullis? flagrat incensum siti
 Cor, & perustis flamma visceribus micat.
 Sequor. ME. furorem diuide in totam domum.
 Sic sic ferantur, & suum in sensu inuicem
 Sittiant cruorem. sensit introitus tuos
 Domus, & nefando tota contætu horruit.
 Actum est abunde. gradere ad inferos specus,
 Amnemq;*

65

70

75

80

85

90

95

100

105 *Amnemq; notum. iam tuum mestæ pedem
 Terræ grauantur. cernis ut fontes liquor
 Inrorus actus linquat? ut ripa vacent,
 Ventusq; raras igneus nubes ferat?
 Palescit omnis arbor, ac nudus stetit*
 110 *Fugiente pomo ramus: & qui fluctibus
 Illinc propinquis Isthmos atque illinc fremit,
 Vicina gracili diuidens terrâ vada,
 Longe remotos latus exaudit sonos.
 Iam Lerna retrocessit, & Phoronides*
 115 *Latuere venæ: nec suas profert sacras
 Alpheus undas, & Citharonis iuga
 Stant parte nullâ cana depositâ niue,
 Timentq; veterem nobiles Argi sitim:
 En ipse Titan dubitat, an iubeat sequi,*
 120 *Cogatq; habentis ire periturum diem.*

CHORVS.
 Choriambici Tetrametri.

*Argos de Superis si quis Achæicum,
 Piseasq; domos turribus inclitas:
 Isthmi si quis amat regna Corinthij,
 Et portus geminos, & mare disfidens:*
 125 *Si quis Taygeti conspicuas niues;
 Quas, cum Sarmaticus tempore frigido
 In summis boreas composuit iugis,
 Aestas veliferis soluit Etesis:
 Quem tangit gelido flumine lucidus*
 130 *Alpheus, stadio notus Olympico;
 Aduertat placidum numen, & arceat
 Alterna scelerum ne redeant vices,
 Neu succedat auo deterior nepos,
 Et maior placeat culpa minoribus.*
 131 *Tandem bassa feros exuat impetus
 Sicci progenies impia Tantali:
 Peccatum satis est: fas valuit nihil,
 Aut commune nefas. proditus occidit
 Deceptor domina Myrtilibus, & fide*

Vestus

128 *Veliferis Etesia.* his enim flantibus mare navigationi accommodatissimum existit. 133 *Non succedat auo, &c.* forte respicit ad illud Horatij lib. 3. od. 6. *atq; tulit* Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorum. 139 *Fide Vestus, quam tulerat.* quemadmodum Myrtilus Ocnouai axem, ab Hippodamia persuasus, prodidit: sic ab Hippodamia falsò accusatus, ex Ceressto à Pelope præcipitatus, interit. vide Ifacium in Lycophronem, quæ, quia historia est, non fabula; et si fabulosa quædam admiscetur; nō est quod anxie de eius interpretatione laboremus. Illud tantum, proditores ut plurimum illis, quibus prodicione sua pro-

tonis, teste Vineto in Aufon.) circumfertur, scriptum est: *Virtus est primâ putasse cõpescere linguã.* Proximus ille deo, qui scit ratione tacere. 96 *Tortos angues.* Varro Attacinus: *Cuius ut adspexit torto caput angue reuinctum.* Virgilius: *— tortosq; Ixionis angues.* Ouidius quarto Metamorph. *— tortosq; incingitur angue.* Seneca in Medea actu 5. *— anguis excusso sonat.* *Tortus flagello.* 104 *Ad inferos.* quidam libri scripti habent; *ad inferos.* 110 *Pomo.* pomi significatio valde generalis est, complectitur enim malum & nucem. Sic Paullus I. C. ut pomum, inquit, decerpere liceat. I. ut pomum, & ibi Ioannes Pyrandus, D. de seruitut. nux est omne pomum, quod foris duro regitur, & intus habet quod esui est: malum verò, quod intus durum includit, foris autem habet quod esui est. Macrobius lib. 3. Saturnal. ex Cloatij Verrij lib. 4. à Græcis tractorum, seu ordinatorum Græcorum. *Qui fluctibus.* Ionio & Helleponto. apud Senecam philosophum lib. 2. epist. veteris cuiusdam poetæ de Isthmo carmina hæc habetur: *Impero Argis, regna mihi liquit Pelops, Quæ pontus Helles & qua ab Ionio mari Vrgetur Isthmos* quæ verba sunt fortassis ex Attij Atreco. 115 *Profert sacras Alpheus undas.* noster Medææ actu 1. *Et quas Aomus latex Alpheusq; sacer lauat.* vide quæ ibi scripsimus. 118 *Veterem.* ineptè Ascensius *suum* legit. ineptius Marmita *suum*, ad siccitatem quæ fuit tempore Phaethontis, refert. Rectè Acgyd. Malerius, in comment. Valerij Flacci, & Cælius Rhodiginus scribunt loqui Senecam de siti quæ ante Danaï tempora fuit: cum, nondum inuentis puteis, Argos in loco arido situm, aquarum penuria laborabat; quam Danaus teste Plinio natur. hist. lib. 7. sustulit inuentis puteis, vnde Hesiodus teste Eustathio Iliad. 4. *Αἰγῶν ἀνυδροῦ ἐν Δάναοι ποίνου ἐνυδροῦ.* 122 *Turribus.* in quibusdam membranis inuenio *curribus.* nō omnino absurdè potest enim intelligi de Oenomai, Pelopis, ac aliorum præcorum curribus.

fuerunt,iustas tandem poenas dare.sicuti hoc loco Myrtillus, si communem traditionem sequimur. nã Iustus, in Atticis, scripsit Myrtillum sîngul rî certamine pro Hippodamia cum Pelope decertantem cecidisse.

140 *Nobile reddidit.* &c. Paulânias tamen, in Arcadicis, Myrtoum mare non à Myrtilo, sed à Myrto puella appellatum fuisse affirmat.

143 *Exceptus gladio.* &c. Tantalus (iuxta Ioannem Diaconum & Didymum Od. x. & Nonnum Dionysiac. 4; Iouis ac Plutus nymphæ filius, vel secundùm Eusebium libro 2. Evangelicæ præparationis, Iouis & Plotæ) filium suum Dis epulandum apposuit; quem cibum reliquis auerlantibus, sola Ceres humerum edit, cuius loco eburneum Dij substituerunt.eam ob rem Tantalus

Quarrit aquas in aquis, & poma fugacia captat.

Hac fabula consilium fuit antiquis sordidos homines exprimere:& quod voluerunt optimè sunt affecti. Tantalî parentes sunt, Iuppiter & Pluto (nam Eusebij codicem mendosum puto, Diaconi, Didymi, Nonni, & Tzerzîs chiliad. 5. histor. 10. libros sequor) nympha. ex felicitate enim & diuitiis plerumque nascitur auaritia: quæ auari animum totum sibi sic vindicat, eo etiam ut tempore quo preces concipit, hoc est, Deum excipit conuiuio, non sinat illum alia esculenta proponere, quàm filium proprium; impuras videlicet de coaceruanda pecunia sollicitudines & cogitationes; quas Claudianus 1. in Rufin. auaritiæ filias nuncupat:

*Ecce aq. auaritiæ complexa peçtorâ matrîs
Insomnes longo veniant examine cura.*

Quia verò huiusmodi cogitationes apprimeturpes, terræ & nefandæ sunt, atque veteres quæ abominabantur vt mala, nigra vocabâr, (vnde Pythagoras inquebat *μη γινεασθ τὸν μελανύρεον*, vetans, teste Plutarcho *αὐτὶ πικρῶν ἀρρωγῶν, σωλῆστέρων μέλασι ἄνθρωποις, ἀφ' ἐκβολῆται*. & Horatius;

Hic niger est, hunc tu Romane caueto.)

meritò illas Pelopem, hoc est, nigrum facie, nominarunt. Deinde quia tales cogitationes terram sapiunt, neque diuinum aliquid habent, Iuppiter illas respuit; Ceres, terram denotans, naturæ suæ conuenientibus vestitur, earumque partem absumit, eamque; partem in qua totius corporis potissimum robur consistit. Postmodum, illo absumto, eburneum Dij substituant; quod qui sic terrenis cogitationibus intendat, qui sic gazis inhiet, vt post nummos pietatem ac virtutem statuât, versa illi in naturam peccandi consuetudine, animus eius instar eboris indurescat, atque monitores, sicut ebur malleos, aspernetur. Quamobrem infatiabili opum com parandarum cupiditate vexatus, partis diuitiis auarus frui non audebit; ei que tam deicit quod habet, quàm quod non habet. auaritiâ illa furiarum est maxima, quæ, teste poëta, Tantalolo *Accubat, & manibus præbibi consingere mensas.* Est eadem saxum illud quod, ex quorundam sententia (Homeri Odyss. x. Pindari Olymp. 1. Eurip. in Oreste, & Seruij in 6. Aeneid.) eius capiti impendet. etenim perpetuò auari paupertatè metuunt, hanc sibi nunquam non existimant imminere; huius effugiendæ gratia patiuntur miserias ipsa paupertate

Vectus quã tulerat, nobile reddidit

Mataio pelagus nomine. notior

Nulla est Ionis fabula nauibus.

Exceptus gladio paruulus impio

Dum currit patrium natas ad osculum,

Immatura focis victima concidit.

Diuisusq. tu à est Tantale dextera,

Mensas ut strueres hospitibus deis.

Hos aterna fames prosequitur cibos,

Hos aterna sitis: nec dapibus feris

Decerni potuit pœna decentior.

Stat lusus vacuo gutture Tantalus,

Impendet capiti plurima noxio

Phœnis auibis præda fugacior.

Hinc illinc grauidis frondibus incubat,

Incuruata suis foetibus, ac tremens

Alludit patulis arbor hiatibus.

Nec quamuis audius, nec patiens moræ,

Deceptus toties tangere negligit,

Oblinuatq. oculos, oraq. comprimit,

Inclusisq. famem dentibus alligat:

Sed tunc diuitias omne nemus suas

Demittit propius, pomaq. desuper

Insultant foliis mitia languidis,

Accenduntq. famem; quæ iubet irritas

Exercere manus: has ubi protulit,

Et falli libuit; totus in arduum

Autumnus rapitur, siluag. mobilis.

Instat deinde sitis non leuor fame;

Qua cum percaluit sanguis, & igneis

Exarsit façibus: stat miser obuios

Fluctus ore petens; quos profugus latex

Auertit, sterili deficiens vado,

Conantemq. sequi deserit: hic bibit

Altum de rapido gurgite puluerem.

ACTVS

140
145
150
155
160
165
170

ACTVS SECVNDVS.

ATREVS. SERVVS.

175 AT. *Ignave, iners, eneruis, & (quod maximum Probrum tyranno rebus in summis reor) Inulte; post tot scelera, post fratris dolos, Fasq. omne ruptum, questibus vanis agis Iras: at Argos fremere iam totum tuis*

180 *Debebat armis, omnes & geminum mare Inuare classes: iam tuis flammis agros Lucere, & vrbes decuit, ac strictum undique Micare ferrum. tota sub nostro sonet Argolica tellus equite. non silua regant*

185 *Hossem, nec altis montium structa iugis Arces. relicti bellicum totius canat Populus Mycenis. quisquis inuisum caput Tegit ac tuetur, clude funestâ occidat. Hac ipsa pollens inclitî Pelopis domus*

190 *Ruat, vel in me, dummodo in fratrem ruat. Age anime, fac quod nulla posteritas probet, Sed nulla taceat. aliquod audendum est nefas Atrox, cruentum, tale, quod frater meus Suum esse malit. scelera non ulcisceris,*

195 *Nisi vincis. & quid esse tam sauum potest, Quod superet illum? numquid abiectus iacet? Nunquid secundis patitur in rebus modum, Fessus quietem? noni ego ingenium viri Indocile, flecti non potest, frangi potest.*

200 *Proin, antequam se firmet, aut vires paret; Petatur ultro; ne quiescentem petat. Aut perdet, aut peribit. in medio est scelus Positum occupanti. SER. fama te populi nihil Aduersa terret? AT. maximû hoc regni bonum est,*

205 *Quod facta domini cogitur populus sui, Quam ferre, tam laudare. SER. quos cogit metus Laudare, eosdem reddit inimicos metus. At qui fauoris gloriam veri petit, Animo magis, quàm voce, laudari volet.*

210 *ATR. Laus vera, & humili saepe contingit viro; Non nisi potenti falsa, quod nolunt, velint. SER. Rex veluti honesta, nemo non eadem volet. ATR. Vbicunq. tantû honesta dominantî licent,*

Humanos edicta valent, quã vita rogâs. Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

triplo grauiore. 167 *Autumnus.* hoc est, omnia poma. posuit autem Autumnum pro pomis, quia hac anni parte pomorum prouentus maximus est. vnde Horatius,

simul

Pomifer autumnus fruges effuderit. &: Vel cum decorum miribus pomis caput Autumnus aruis extulit

162 *Mitibus pomis.* hoc est, maturis. sic nos ter supra, — pomaq. desuper *Insultant foliis mitia languidiâ.* & Virgilius:

sunt nobis mitia poma.

188 *Tegit.* hoc formam æquitatis habet. nam Marcianus scripsit perinde puniendos receptatores, ac ipsos facinorosos. l. 1. D. de offic. præsid. & variis Imperatorum rescriptis l. 1. & 2. C. Iustin. de iis qui latro. vel aliorû crim. reos occultau. l. 1. & 2. C. Theodos. tit. 29. l. 9.

203 *Famate.* aptissimum argumentum deducendi aliquem à peccati cogitatione. nam, vt ait Cicero, nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas, contumelia tamen & dedecus magnopere moueat.

205 *Domini.* tyrannicè loquitur. nam domini vocabulû ad seruos habet relationem. vnde Augustum, Tiberium, & Alexandrum Romanorum Imperatores hoc nomen repudiasse legimus, apud Dionem lib. 55. Tertullianum in Apologetico, & alios, vnde Anton. Guibertum Costanû Polyhistoris c. 16.

antiqui etiam omnem dominis inuidiâ, omnem seruis contumeliam detrahentes, dominum; patrem familias; seruos, familiares nuncupant: auctores Seneca lib. 6. epist. & ex eo ferè ad verbum Macrob. lib. 1. Saturnal.

207 *Eosdem reddit inimicos metus.* apud Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 11. Prætextatus in hunc modum differit: Deinde qui colitur, etiam amatur: non potest amor cum timore miseri. vnde putas arrogantis. illud manasse prouerbium, quod iactatur; Totidem nobis hostes esse quot seruos? non habemus illos hostes, sed facimus: cum in illos superbi sumus, & ad contumeliôsissimi, crudelissimi sumus. & ad rabie nos cogunt peruenite deliciæ, vt quicquid non ex voluntate respondit, iram furorẽq. euocet. Domini enim animos indiu mustyrannorum, & non quantum decet, sed quantum libet, exercere volumus in seruos.

212 *Rex veluti honesta, nemo non eadem vobis.* Plinius, in Panegyrico: Vita principis cetera est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur. item; Melius homines exemplis docentur. Claudianus: — componitur orbis Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus

Idem affirmant Plato libro quarto de legib. Iſocrates in orat. de regno. Cicero lib. 3. de legib. Xenophon in Cyropæd. Salluſt. in Iugurth. D. Greg. Nazian. in Apologet. Chryſoſtomus, & alij.

214 Precario regnatur non abſolutè, ſed cum timore reddendæ rationis adminiſtrati regni tum, cum de regno diſcedetur. hanc interpretationè exigit precarij ſignificatio apud Vlpianum l. 1. D. de precario.

Vbi non eſt pudor. rectè ratiocinatur omnis enim civitas nullo vinculo melius retinetur, quàm iuſtitia; quæ, quamvis vna ex quatuor virtutibus ſit auctore Platone de legib. Cicerone, & D. Ambroſio de officiis; propriè tamen virtus eſt & ceteras in ſe complectitur, iuxta Ariſtot. 5. ethic. ad Nicomachum. nam ſine ea nec prudentia, nec fortitudo, nec temperantia eſſe poteſt, ut ait Eguinar. Baro ad tit. Inſtitut. de iuſt. & iure. Iuſtitiz officia tria ſunt, honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum vnicuique tribuere: ad primum referunt pudor, ad ſecundùm ſanctitas, ad tertium pietas & fides; ad omnia tria ſimul cura iuris. hæc enim tria ſunt ipſa iuris præcepta, l. iuſtitia, D. de iuſt. & iur. 5. iuris præcepta, inſtit. e. rit. Cumque omne regnùm maximè per hæc tria conſervetur, merito inſtabile regnùm eſſe dicit vbi illa omnia deſunt.

217 Privata curam iuris omiſit: quia illa potiùs publicum bonum ſit, & poſſiſſimum ad principem pertinere.

221 Sæpius hoc eſt, adulterio. loquitur de generis. quemadmodum & lex Julia de adulteriis, teſte Papiniano & Modeſtino, inter liberis, l. ſupremum D. ad leg. Jul. de adulter. l. 1. o. D. de verb. ſignific. vide Alciatum lib. 1. diſpunct. cap. 26. & 2. prætermiſſor. Catellianum Cottam in Memor. in voce adulterium. dixi in Repet. l. tranſigere, C. de tranſaction.

224 Eſt Pelopis. apud Ciceronem 3. de natura Deorum exſtant de hoc arte antiqui poëtæ, fortalliſ Antij in Atreo, carmina humaniſmodi:

Addo huc, quod mihi portento caeleſtium paſor Prodigium miſiſit, regni ſtabilimen mei;

Agnum inter pecudes aurea clarum coma.

Quondam Thyeſtem elepere auſſum eſſe à regia:

Qua in re aditricem coniugem cepit ſibi.

229 Poſſeſſor huius regnat. hoc non abſolute conſtitutum fuit. nam in libro Etruſcorum, teſte Macrobio 3. Saturnal. traditur, ſi aries inſolito colore fuerit indutus, portendi imperatorum omnium felicitatem. & Tarquinius in Epytona. oſtentarij Tuſci, inquit: Purpureo aureo colore quis arietis ſi adſpergetur,

Precario regnatur. SER. *vbi non eſt pudor,*

Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides;

Inſtabile regnum eſt. AT. ſanctitas, pietas, fides;

Privata bona ſunt: quæ iuuat, reges eant.

SER. *Nefaſ nocere vel malo fratri puta.*

AT. *Faſ eſt in illo, quicquid in fratre eſt nefaſ.*

Quid enim reliquit crimine intactum, aut vbi

Sceleri pepercit: coniugem ſupro abſtulit,

Regnumque furto: ſpecimen antiquum imperi,

Fraudè eſt adeptus, fraude turbaui domum.

Eſt Pelopis altis nobile in ſtabulis pecus,

Arcanus aries, ductor opulenti gregis;

Huius per omne corpus effuſo coma

Dependet auro; cuius è tergo, noui

Aurata reges ſceptra Tantalici gerunt:

Poſſeſſor huius regnat: hunc tanta domus

Fortuna ſequitur: tua ſepoſita ſacer

In parte carpit præta; que cludit lapis,

Fatale ſacro paſcuum muro tegens.

Hunc, facinus ingens auſus, aſſumptam in ſcelus

Conſorte noſtræ perfidus thalami auerſus.

Hinc omne cladus mutua fluxit malum,

Per regna trepidus exſul errauit mea,

Pars nulla noſtræ tuta ab inſidiis vacat.

Corrupta coniux, imperij quaſſa eſt fides:

Domus agra, dubius ſanguis eſt, certi nihil,

Niſi frater hoſtis, quid ſupes? tandem incipe,

Animoſque ſume, Tantalum & Pelopem aſpice:

Ad hæc manus exempla poſcuntur mea.

Proſare, dirum qua caput macrem via.

SER. *Ferro peremtus ſpiritum inimicum expuat.*

AT. *De ſine pænæ loqueris, ego pænā volo:*

Perimat tyrannus: lenis in regno meo

Mors impetratur. SER. nulla te pietas mouet?

AT. *Excede pietas, ſi modo noſtra in domo*

Vnquam fuiſti: dira furiarum cohors,

Diſcorsque Erinnys veniat, & geminas faces

Megara quatens, non ſatis magno meum

Ardet furore pectus, impleri iuuat

Maiores monſtro. SER. quid noui rabidus ſtruis?

AT. *Nil, quod doloris capiat aſſueti modum.*

Nullum relinquam facinus, & nullum eſt ſatis.

SER. *Ferrum: AT. parum eſt. SER. Quid ignis?*

(AT. etiā nunc parum eſt.

215

220

225

230

235

240

245

250

255

SER. Quæ-

principi ordinis & generis ſumma cum felicitate largitatem auget, genus progeniemque propogat in claritate latiore que efficit. non eſt igitur mirum ſi Phryxus & Helle ab auro arietate ſeruati ſingantur, & qui agnum aurea clarum coma poſſideret, Argis imperaturum cum reſponſum fuerit. hunc agnum Atreus, interfecto Chryſippo fratre, fuit adeptus; eundem amiſit Acropes vxoris & Thyeſtæ fratris fraude. hoc eſt, ſcilicet quod dicitur, Malè paratè malè dilabi: quo ſpectat illud Cl. Paradini ſymbolum de ſimia ſœneratoris nummos extra feneftram diſpargentè.

SER. *Quonam ergo telo tantus vteretur dolor?*

ATR. *Ipo Thyeſte. SER. mauius eſt irà hoc malum.*

260 ATR. *Fateor, tumultus peſtora attonitus quatit,*

Penitusque voluit: rapior, & quò neſcio,

Sed rapior. imò mugit è fundo ſolum,

Tonat dies ſerenus, ac totis domus

Vi fracta teſtis crepuit, & moti lares

265 *Vertere vultum. fiat hoc, fiat nefaſ,*

Quod dij timetis. SER. facere quid tandem par as?

ATR. *Neſcio quid animus mauius, & ſolito amplius*

Supraque ſines moris humani tumet,

Inſtatque pigris manibus: hand, quid ſit, ſcio.

270 *Sed grande quiddam eſt: ita ſit, hoc anime incipe,*

Dignum Thyeſte facinus, & dignum Atreo

Vterque faciat. vidit in ſandas domus

Odryſia menſas. fateor, immane eſt ſcelus,

Sed occupatum: mauius hoc aliquid dolor

275 *Inueniat. animum filio inſpira parens,*

Sororque, cauſa eſt ſimilis: aſiſte, & manum

Impelle noſtram. liberos auidus parens,

Gaudensque laceret, & ſuos artus edat.

Bene eſt, abundè eſt. hic placet pænæ modus.

280 *Tantiſper, vbinam eſt? tam diu cur innocens*

Verſatur Atrens? tota iam ante oculos meos

Imago cedis errat, ingeſta orbitas

In ora patris. anime quid ruſus times,

Et ante rem ſubſidis? audendum eſt, age.

285 *Quod eſt in iſto ſcelere præcipuum nefaſ,*

Hoc ipſe faciat. SER. ſed quibus captus dolis,

Noſtros dabit perductus in laqueos pedem?

Inimica credit cuncta. ATR. non poterit capi,

Niſi capere vellet. regna nunc ſperat mea:

290 *Hac ſpe, minanti fulmen, occurret Ioni;*

Hac ſpe ſubibat gurgitis tumidi minas,

Dubiumque Libycæ Syrtis intrabit fretum.

Hac ſpe, quod eſſe maximum retur malum,

Fratrem videbit. SER. quis fidem pacis dabit?

295 *Cui tanta credet? ATR. credula eſt ſpes improba,*

Gnatis tamen mandata, quæ patruo ferant,

Dabimus: relictus exſul hoſpitiis, vagus

Regno ut miſeris mutet, atque Argos regat

234 *Conſorte.* vxor dicitur conſors: què admodum nuptiæ totius vitæ conſortium l. 1. D. de ritu nuptiar. & conſortio, l. 96. D. ſol. matr. CONSORTER. Acrope.

245 *De ſine pænæ.* vide quæ dixi Hercule Fur. num. 512.

263 *Tonat dies ſerenus.* habebatur hoc prodigio, teſtis Homerus Odyſſ. 6.

Ex hac opinione eſt illud Maron. 9. Aeneid. *Audiit & cali genitor de parte ſerena*

Inſonuit laurus —

264 *Lares.* Penates. coſdem eſſe indicat Cicero, pro Quintio, cum enim dixiſſet: at hic quidè iam de fundo depulſus, iam à ſuis diis Penatibus eiectus eſſet: mox ſubiungit; illud dico, dominum depulſum eſſe de prædio, domino à familia ſua manus illatas eſſe ante ſuos Lares familiares.

267 *Neſcio quid animus mauius.* antiquus ille poëta, in Atreo, apud Tullium:

Maior mihi moles, mauius miſerandum eſt malum,

Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.

In quibusdam membranis legitur: *Neſcio quid animus magnum.*

273 *Odryſia.* de Tereo loquitur; qui fuit rex Odryſarum, (Thraciæ pars eſt, Thucydides lib. 2. Plinius lib. 4. hiſt. natural.) quibus ſollemne fuit in conuiuijs preliari, & ſe inuicem vulneribus deformare, teſte Ammiano Marcellino. de hiſ loqui puto Horatium l. 1. ode 18. & 27.

— *monet Sithoniis non lenis Euius. & Natis in uſum læritia ſcyphis*

Pugnare, Thracum eſt. tollite barbarum Morem —

& Anacreonta Teſium: *ἀγα, δ᾽ ἄρα, μηκέθ' ἔτι σπαράσσει τὴν ἀλαλήτην*

Συνδυκὸν πόσιν ποτὶ οἴνο μάλιστα ἴδου, ἀλλὰ κροαίε

ἔπειθ' ἴοντες οἱ ὕμνοι.

279 *Bene eſt.* ſic loquitur infra actū 5. & Medæ actū 5. & Agamemna. actū 5.

Ex parte dominus, si nimis durus preces
 Spernet Thyestes, liberos eius rudes,
 Malisq; fessos gravibus, & faciles capi
 Preces movebunt. hinc vetus regni furor,
 Illinc egestas tristis, hinc durus labor,
 Quamvis rigentem tot malis subigent virum.
 SER. Iam tempus illi fecit arumnas leues. 300
 ATR. Erras. malorum sensus accrescit die.
 Leue est miserias ferre, perferre graue.
 SER. Alios ministros consiliis istis lege:
 Peiora iuuenes facile praecepta audiunt.
 In patre facient, quicquid in paterno doces,
 Sape in magistrum scelera redierunt sua. 305
 ATR. Vt nemo doceat fraudis & sceleris vias,
 Regnum docebit. ne mali fiant, times?
 Nascentur: istud, quod vocas sanuum, asperum,
 Agiq; dire credis, & nimium impie;
 Fortasse & illic agitur. SER. hanc fraudem scient
 Gnati parari: tacita tam rudibus fides
 Non est in annis. detegent forsitan dolos. 310
 ATR. Tacere multis discitur vita malis.
 SER. Ipsosne, per quos fallere alium cogitas,
 Falles? ATR. at ipsi crimine & culpa vacent,
 Quid enim est necesse liberos sceleri meo
 Inserere: per nos odia se nostra explicent.
 Male agis, recedis anime: si parcis tuis,
 Parces & illi, consilij Agamemnon mei
 Sciens minister fiat, & patris cliens
 Menelaus adsit. prolis incerta fides,
 Ex hoc peiatur scelere. si bella abnuunt,
 Et gerere nolunt odia: si patrum vocant;
 Pater est. eatur. multa sed trepidus solet
 Detegere vultus, magna nolentem quoque
 Consilia produnt. nesciant quanta rei
 Fiant ministri. nostra tu cepta occule.
 SER. Haud sum monendus: ista nostro in pectore
 Fides, timorque; sed magis cludit fides. 315
 320
 325
 330
 335

309 Peiora iuuenes facile praecepta audiunt.
 de iuuenec ait Horatius in arte poetica:
 Careus in vitium flecti, monitoribus asper.

330 Multa turbatus solet Detegere vultus.
 nam ex vultu certissima affectuum animi
 indicia ducuntur. vide Lambinum in
 comment. Horat. lib. 1. epist. 18. in verbis;
 demum supercilio nubem.

337 Antiqui Inachi Horat. lib. 2. od. 3.
 Divisne prisco natus ab Inacho.
 Genus, quia Inachus Argiuorum rex fuit.
 338 Composuit. condidit. Virg. 1. Aeneid.
 Ante diem clauso componet vesper Olympo.
 Horat. lib. 4. od. 14.
 Te caede gaudentes Sycambri
 Compositis venerantur armis.

Tandem regia nobilis
 Antiqui genus Inachi,
 Fratrum composuit minas.
 Quis vos exagitat furor,

CHORVS.

Choriambici trimetri.

Alter-

Alternis dare sanguinem,
 Et sceptrum scelere aggredi?
 Nescitis cupidi arcium,
 20 Regnum quo iaceat loco.
 Regem non faciunt opes,
 Non vestis Tyria color,
 Non frontis nota regia,
 Non auro nitida trabes.
 25 Rex est, qui posuit metus,
 Et diri mala pectoris:
 Quem non ambitio impotens,
 Et nunquam stabilis fauor,
 Vulgi praecipitis mouet;
 30 Non quicquid fodit Occidens,
 Aut unda Tagus aurea
 Claro deuehit alueo;
 Non quicquid Libycis terit
 Fernens area messoribus:
 35 Quem non concutiet cadens
 Obliqui via fulminis;
 Non eurus rapiens mare,
 Aut sauo rapidus freto
 Ventosi tumor Adria:
 40 Quem non lancea militis,
 Non strictus domuit chalybs:
 Qui tuto positus loco,
 Infra se videt omnia,
 Occurritq; suo libens
 45 Fato, nec queritur mori.
 Reges conueniam licet;
 Qui sparsos agitant Dacas,
 Qui rubri vada litoris,
 Aut gemmis mare lucidum
 50 Late sanguineum tenent;
 Aut qui Caspia fortibus
 Recludunt iuga Sarmatis.
 Certet Danubium licet,
 Audet qui pedes ingredi;
 55 Et, quocumque loco iacent,
 Seres vellere nobiles.
 Mens regnum bona possidet:
 Nil vllis opus est equis,
 Nil armis, & inertibus
 60 Telis, quae procul ingerit

340 Alternis dare sanguinem. o. v. l. alter-
 num dare sanguinem.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

Par-

d 3

381 Nil vllis opus, &c. similia sunt haec
 Horatij lib. 1. ode 22.

Integer vita. scelerisq; purus
 Non eget Mauri iaculis nec arcu,
 Nec venenatis grauida sagittis,
 Enscē, pharetra.

382 Inertibus. quia a fugientibus spar-
 guntur. Virg. Georg. 3. Horat. ode 1. lib. 2.

386 Machinis. Vitruvius tradit machinam esse continentem ex materia coniunctionem, maximas ad onerum motus habentem virtutes: easque mouetur ex arte circularum rotationibus, per πωλιεὶσὶν κίνησιν.

388 Rex est, qui metuit nihil. horum & quadamtenus sequentium sententiam forte ex Euripidis Ione fuit mutuatus. ait Eurip.

τυραννίδα... τὸ μὲν ἀπεθῆσται ἡδὺν, τὴν δὲ μοῖσιν ἡ λύπη... τίς γὰρ μοκῆσαι... τίς δὲ τυχεύει... αἰῶνα τείνει δημοῖος... ἔτι δὲ διλοιοῖ μάχων, ἢ τύραννοι...

& quae sequuntur. 395 Nullis nota Quiritibus. ociofam vitam, & à publicis muneribus remotam laudat, ad Epicureorum χάρις βίωσας respiciens; quae de re integer Plutarchi liber existat. vulgo dicitur:

Bene, qui lauruit, bene vixit. quod si cunctis placeret, nulla non ciuitas periret breui.

400 Illi mors grauis &c. Euripides, in Iphigenia priore:

ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὅς ἀκινδύων βίον ἔχει... πένος δ' ὅτι πειρῆσαι ἐσθλῶν.

402 Ignotus moritur sibi. solus sapiens felix est ex Zenonis sententia. (Cicero 4. de finib.) stultus vero omnis infelix & miser, auctore Cicero in Paradoxis: qui autem seipsum non nouit, stultus est. quia sapientis potissimum munus est, seipsum nosse. Infelix ergo est qui sibi ipsi ignotus moritur.

405 Tacitum soli natalis. patria, nihil potest esse iucundius.

406 Cyclopyum sacras Turres. supra Hercule Furente dixit:

Bellum Mycenis restat, ut Cyclopyum Exerfa manibus saxa nostris concidant. Euripides, in Iphigenia Taurica;

ὅτι πωλιεῖσιν ἡδὺν... ἢ πωλιεῖσιν ἡδὺν...

quae, quomodo sunt intelligenda, ex Arsenio interprete perere licet.

408 Per quos nobilis &c. vnus m. f. nobilit. Licet autem hic notare senilem iactantiam;

quam in Nestore Homerus, in Euandro Virgilius bene expresserunt. Aristoteles 2. Rhetoric. huius iactantiae causam reddit; ἄλλοτε... λαβῆσαι τὸ πρῶτον ἀναμνηστικῶς... ἵδοντα...

413 Clarus hic regni nitor Fulgore non est, quod oculos falso auferat. quonia magno alicuius rei splendore oculi offenduntur, & quasi cecantur. Laberius apud Gellii lib. 10. Democritus Abderites, physicus philosoph.

Democritus Abderites, physicus philosoph.

Parthus, cum simulat fugas: Admonitis nihil est opus Vrbes sternere machinis, Longe saxa rotantibus:

Rex est, qui metuit nihil. [Rex est quisque cupit nihil.] Hoc regnum sibi quisque dat. Stet, quicumque volet potens. Atula culmine lubrico: Me dulcis saturet quies. Obscuro positus loco,

Leni perfruar ocio: Nullis nota Quiritibus Atlas per tacitum fluat. Sic cum transierint mei Nullo cum strepitu dies, Plebeius moriar senex. Illi mors grauis incubat; Qui, notus nimis omnibus, Ignotus moritur sibi.

ACTVS TERTIVS.

THYESTES. PLISTHENES.

TH. Optata patria tecta, & Argolicas opes, Miserusq. summum ac maximum ex sulibus bonum, Tacitum soli natalis, & patrios deos,

(Si sunt tamen dij) cerno; Cyclopyum sacras Turres, labore maius humano decus, Celebrata iuueni stadia; per qua nobilis Palmam paterno non semel curru tuli.

Occurret Argos, populus occurret frequens; Sed nempe & Atreus: repete siluestres fugas, Saltusq. densos potiùs, & mistam feris Similemque vitam. clarus hic regni nitor Fulgore non est quod oculos falso auferat.

Cum, quid datur, spectabis; & dantem aspice. Modò inter illa qua putant cuncti aspera Fortis fui, latusq. nunc contra in metus Renoluor: animus heret; ac retrò cupit Corpus referre: moueo nolentem gradum.

PL. Pigro (quid hoc est?) genitor incessu stupet, Vultumq. verfat, seq. in incerto tenet. THY. Quid anime pendes? quid aue consilium diu

385

390

395

400

405

410

415

420

Tam

Tam facile torques: rebus incertissimis, Fratri atque regno, credis? an metuis mala? Iam victa, iam mansueta, & arumnas fugis Bene collocatas: esse iam miserum iuuat. Reflece gressum, dum licet, teq. eripe. PL. Qua causa cogit genitor à patria gradum Referre visa? cur bonis tantis sinum

430 Subducis? ir à frater abiecit à rebit, Partemq. regni reddit, & lacerat domus Componit artus, teq. restituit tibi. THY. Causam timoris ipse quam ignoro, exigis. Nihil timendum video, sed timeo tamen.

435 Placet ire: pigris membra sed genubus labant, Alioq. quam quò nitor; abductus feror: Sic concitatam remige. & ventoratem Astutus resistens remigi & velo refert. PL. Peruince, quicquid obstat, & mentem impedit.

440 Reducemq. quanta pramia expectent vnde. Pater potes regnare. THY. cum possum mori, Summa est potestas. PL. nulla, si cupias nihil, Gratis relinques: TH. non capit regnum duos. PL. Miser esse mauult, esse qui felix potest?

445 TH. Mibi crede, falsis magna nominibus placent. Frustrà timentur dura: dum excelsus steti, Nunquam parere desisti, atque ipsum mei Ferrum timere lateris. o quantum bonum est, Obsistere nulli, capere securas dapes!

450 Humi iacentem scelera non intrant casam, Tutusq. mens à capitur angustà cibis. Venenum in auro bibitur. expertus loquor. Malam bona praefere fortunam licet. Non vertice alti montis impositam domum, 455 Et eminentem ciuitas humilis tremit:

452 Venenum in auro bibitur. Saryricus id ipsum sentit, iniquiens; non aconita bibuntur Fisticilibus: tunc illa time, cum pocula sumes Gemmata

454 Non vertice alti montis. dictum videtur propter Valerium Poplicolam; qui, cum in summa Velia aedificaret, venit in suspensionem affectari regni. itaque ne à ciuibus suis timeretur, non in planum in odò aedes suas detulit, sed etià colli ipsi subiecit; id se facere inquitens, vt populus supra suspectum se ciuem habitaret, & in Velia aedificaret, quibus melius publica libertas, quàm sibi patriae liberatori credebatur. Lilius libro secundo hunc verò locum traxit totum ab aliis, nec infelicius

Clypeū cōstituit contra exortū Hyperrionis, Oculos effoecare ut posset splendore aereo, & Radius solū aciem effoecare luminis; Malis bene esse ne videret ciuibus: Sic ego splendore fulgentis pecunie, Volo eludificare exitum atatis meae; Ne in re bona videam esse nequam filium. Rationem reddit Lucretius his versibus,

Splendida porò oculi fugiit vitant q. neris Sol etiam cecat contra si rendere pergas; Propterea quia vis magna est ipsius, et aliè Æra per purit grauitur simulacra feruntur, Et ferunt oculos tui bantia composurunt. Præerea splendor quicumq. est acer, adurit Sape oculos: ideo quòd semina possidet ignis Multa, dolerè oculis qua gignit in sinu ado.

414 Falso. non sunt omnino aliena quae Cicero ad Bratum quadam epist. scribit, ostendens timere se ne animus Octauiani propter flexibilem eius ætatem corrumpatur à nonnullis venenis & pestibus iuuentutis. verba Ciceronis, ni fallor, sunt hæc: multi ad deprauiandum parati, qui splendore falsi honoris obiecto, aciem boni ingenij prastringi posse confidunt.

441 THY. Cum possum mori, summa est potestas. PL. nulla, si cupias nihil. gratias relinques. THY. non. &c. sic legitur in o. v. l. 443 Non capit regnum duos. sic Lucanus: Nulla fides regni sociis, omniq. potestas Impatiens consortis erit. nonnulla huc pertinentia tradit Sozinus in consil. nouis in 1. volum. conf. 88.

444 Miser esse mauult esse qui felix potest? meus codex scriptus continet m. e. mauult, & q. f. potes.

448 O quantum bonum est, &c. Euripides, in Iphigenia Aulidensi:

ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὅς ἀκινδύων βίον ἔχει πέρις ἀγῶνας ἀκλήϊος... πένος δ' ὅτι πειρῆσαι ἐσθλῶν... Πρὸς καμῖν τὸ κελεύει... ἀρὰ τὸτο δέ τι ἐστὶ τὸ καλὸν... οὐφάλητον καὶ τὸ φιλόπορον καὶ τὸ ἀποροσέταρον...

Nec tractauit Lucretius libro primo.

Si non aurea sunt inueniunt simulacra per ades Lampadas igniferas manibus retinentia dextris, Luminantibus epulis vs suppeditantur: Nec domus argento fulget, auroq. renidet, Nec cytharis reboant laqueata aurata templar At tamen inter se prostrati in grammine molli, Propter aqua riuum sub ramis arboris alta, Non magnus opibus iucundè corpora curant.

Virgilius: Si non ingentem foribus domus alta superbis Maue saluans am totis vomis adibus vnam, Nec varios inbians pulchra restidine pollet,

Illus fasq; auro vestes, Ephyræiaq; ara,
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casta liquidi corrumpitur usus oliui:
At secuta quiete & nescia fallere vita,
Dives opum variatur: at latet otia fundis,
Spelunca, viuisq; lacus: at frigida Tempe,
Mugitusq; bouum, mollesq; sub arboribus
somni &c.

Item aliis, ne'cio quis:
Si non Assyrio fuerint bis lauta coloribus
Attalica opibus data vellera: si nitor auri
Sublaqueare domus animum non tangit
auarum,
Picturaq; decus, lapidum nec fulgor in vlla
Cognitus utilitate manet: nec pocula grauium
Alconis referunt Boëtiq; roreuma, nec Indi
Conchea bacca maris pretio est: at pectore
puro
Sepe super tenero prostermit gramine corpus
Florida cum tellus gemmantes picta per
herbas, &c.

Quæcunque enim plus viginti versibus comprehensa sequuntur, omnia huc pertinent.
456 Teſtis loquitur de teſtis laqueatis, de quibus Cicero 2. de legib. & Horat. 2. carm.
458 Claſſibus piſcamur. in ſanam Romanorum in conquirendis vndique piſcibus luxuriam, quaſi aliud agens reprehendit: de qua vide Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 15. frequentibus verbis profuſiſſimam illam libidinem villarum in Baiano ſinu, aliisque locis exſtruedarum notar.

495 Tempero animo. tres in ſanimum.
496 Sic cum ſeras, ſic Ulyſſem cani latrati comparat Homerus Odyſſ. 1.

καρδία δὲ αἰ ἐνδὸν ὄλαι τε.
αἷς δ' ἀνοήσιοι ὄλαι μένοντι μάχαδ.
&c. quod ad rem propitius accedit, Ennius:
— animusq; in pectore latrat:
Sicuti ſiquando vinclo venatica aeno
Apta ſolet cani, forte ſeram ſi ex nare ſagaci
Senſit: voce ſua niſitratq; vlnlatq; ibi
acutè.

Nec fulget altis splendidum tectis ebur,
Somnosq; non defendit excubitor meos:
Non claſſibus piſcamur, & retro mare
Iacta fugamus mole: non ventrem improbum
Alimus tributo gentium: nullus mihi
Vltra Getas metitur, & Parthos ager:
Non thure colimur, nec mea excluſo Ione
Ornantur aræ: nulla culminibus meis
Imposita nutat ſilua: nec fumant manu
Succenſa multa ſtagna: nec ſomno dies,
Bacchoq; nox ducenda pernigili datur:
Sed non timemus: tuta ſine telo eſt domus,
Rebusq; paruis alta praſtatur quietes.
Immane regnum eſt, poſſe ſine regno pati.
PL. Nec abnuendum eſt: ſi dat imperium deus.
THY. Nec appetendum. PL. frater ut regnes rogat:
THY. Rogat? timendum eſt: errat hic aliquis dolus.
PL. Redire pietas, vnde ſumnota eſt, ſolet,
Reparatq; vires iuſtus amiſſas amor.
THY. Amat Thyeſten frater: atherias prius
Perfundet Arctos pontus, & Siculi rapax
Conſiſtet veſtus vnda, & Ionio ſeges
Matura pelago ſurget, & lucem dabit
Nox atra terris: ante cum flammis aqua,
Cum morte vita, cum mari ventus fidem
Feduſq; iurgent. PL. quam tamen fraudem times?
TH. Omnem timori quem meo ſtatuam modum?
Quantum poteſt, tantum odit. PL. in te quid poteſt?
THY. Pro me nihil iam metuo. vos facitis mihi
Atrea timendum. PL. decipi captus times?
Serum eſt cauendi tempus in mediis malis.
TH. Eatur. vnum genitor hoc teſtor tamen:
Ego vos ſequor, non duco. PL. Reſpiciat deus
Bene cogitata. perge non dubio gradu.

ATREVS. THIESTES.

ATR. Plagis tenetur cluſa diſpoſitis fera,
Et ipſum, & vnâ generis inuuiſi indolem
Iunctam parenti cerno. iam tuto in loco
Verſantur odia: venit in noſtras manus
Tandem Thyeſtes, venit, & totus quidem.
Vix tempero animo, vix dolor frenos capit.
Sic, cum ſeras veſtigat, & longo ſagax
Loro tenetur. Vmber, ac preſſo vias

SCRU-

Scrutatur ore, dum procul lento ſuem
Odore ſentit; paret, & tacito locum
500 Roſtro pererrat: prada cum propior fuit;
Ceruice totâ pugnât, & geſtu vocat
Dominum morantem, ſeq; retinenti eripit.
Cum ſpirat ira ſanguinem, nescit regi,
Tamen tegatur. Aſpice, vt multo grauis
505 Squallore vultus obruat maſtos coma,
Quam ſæda iaceat barba. praſtetur fides.
Fratrem iuuat videre: complexus mihi
Redde expetitos: quicquid irarum fuit,
Transferit: ex hoc ſanguis ac pietas die
510 Colantur: animis odia damnata excidant.
THY. Diluere poſſem cuncta, niſi talis fores:
Sed fateor, Atrea fateor, amiſi omnia
Quæ credidiſti. peſſimam cauſam meam
Hodierna pietas fecit. eſt prorſus nocens,
515 Quicumque viſus tam bono fratri eſt nocens.
Lachrymis agendum eſt. ſupplicem primus vides.
Ha te precantur pedibus iniecta manus:
Ponatur omnis ira, & ex animo tumor
Eraſus abeat: obſides fidei accipe
520 Hos innocentes frater. ATR. à genibus manus
Aufer, meosq; potiùs amplexus pete.
Vos quoque, ſenum praſidia, tot iuuenes, meo
Pendete collo. Squallidam veſtem exue,
Oculisq; noſtris parce, & ornatus cape,
525 Quales mei: letusq; frater, imperi
Capelle partem: maior haec laus eſt mea,
Fratri paternum reddere incolumi decus.
Habere regnum caſus eſt, virtus dare.
THY. Dî paria frater precia pro tantis tibi
530 Meritis rependant: regiam capitis notam
Squallor recuſat noſter, & ſceptrum manus
Infauſta reſugit: liceat in mediâ mihi
Latere turbâ. ATR. recipit hoc regnum duos.
THY. Meum eſſe credo, quicquid eſt frater tuum.
535 ATR. Quis influentis dona fortunæ abnuat?
THY. Expertus eſt quicquid, quam facile effluant.
ATR. Fratrem potiri gloriâ ingenti vetas?
TH. Tua iam peracta gloria eſt, reſtat mea.
Reſpuere certum eſt regna conſilium mihi.
540 ATR. Meam relinquam, niſi tuam partem accipis.
TH. Accipio, regni nomen impoſiti ſeram:

Sed

C

506 Quam ſæda iaceat barba. de Thyeſte videntur illa antiquæ tragœdiæ (ſunt tamen de Acêtha) apud Ciceronem 3. Tuſc. quaſt. Refugere oculi, corpus macie extabuit, Lacruma peredere humore exſanguenatus, Siu nidoris barba pedore horrida Atque inſonſa inſuſcat pectus inlunice ſcabrum.

536 Quam facile effluant. P. Syrus: Lenus eſt fortuna, citò repoſcit qua dedis. Q. Curtius li. 6. Fortunam tuam preſſis manibus tene, lubrica eſt, nec teneri poteſt. alibi lib. 5. idem verſatilem appellat: quod forte dictum fuit, quia vt ait Tibullus lib. 1. eleg. 5. Verſatur celeri forſ lenis orbe rota. Herodotus lib. 1. qui inſcribitur Clio: ἐὼν ἐστὶ περιγυρόμενον, ἀεὶ φερόμενον. ὅ, ὅτι ἐστὶ ἀεὶ πῶς αὐτὸς εὐπρόχρον.

556 *Sanguinem Mauros cupiens*. Ophrus: *Αρης ἀναξ δολόδουκε, φόνους πεπυλαγμή-*
v. αἱεί,
αἱ μᾶν ἀνδρῶν ἀνδραγαθῶν, πολυμύκλωις,
φρακτέ,
ὃς ποδείας ἐφίστατε ἐγχεσε δὴ ἐν ἄμα-
στον.

562 *Pallida matres timere natū*. hoc Fabri-
 cius ex coniectura reposuit, & sanè est ele-
 gantissimum; non autem tamen hoc ample-
 cti, quia in o. v. l. tam excusis quàm scriptis
 habetur; *pallida matres tenuere natos*. &
 potest videri diſtum ad imitationem illius
 Virgiliani lib. 7. Aeneid.

Et tyepida matres pressere ad vbera natos.
 Statius 1. Thebaid.

— *gremioq; Palamona pressit*.
 quod in Orlando furioso c. 27. Stanz. 101.
 sic expressit Ludou. Ariost.

Si strinxere lemadri il figli al seno.
 & Ludouic. de Camoes, in Lusitadib. cant. 4.
E as mãis que o som terribil e scuit arão
A oſpeitos os filinhos apertão.

574 *Litui strepentis*. Lituus incuruus erat,
 auctore festo, ideo sonum streperum & aci-
 tum edebat. Ennius:

Inde loci lituus sonitus effudit acutos.
 iccirco ait *strepentis*. imitatus Horatium,
 qui 2. carmin. ait;

Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſiringis aures, iam litui strepunt.

580 *Quod rapax haustum renouit Cha-*
rybdis. ad Homero Odyſſ. 11.

— *Δὲ χάρυβδης ἀναρροῖ δὲ ἰμέλων ἕδαρ-*
της ἰὺ γὰρ τ' ἀκίσιον ἐπ' ἕρπον, της δ'
ἀναρροῖ δὲ

deuon — quae sic expressit P.
 Virgilius Aeneid. 3.

— *Charybdis*
Obsidet, at qua imo barathri ter gurgite
vastos

Sorbet in abruptum fluctus, rursusq; sub
auras

Erigit alternos, & sidera verberat unda.

581 *Cyclops metuit parentem*. Conon in
 Heraclea scribit Polyphemi patrem fuisse
 Elafum; quem Andron Teius, in lib. de affi-
 nitatibus, Elataſin appellat; Homer. Odyſſ. 9.
 Euripides in Cyclope, Apollonius 1. Argo-
 naut. & Lucianus in dialog. marinor. deor.
 Neptunum fuisse dicunt. quod noster hic se-
 quitur: fortè quia vt Tzetza chil. 2. histot. 51.

scribit, *τὸς θυμὸς γὰρ σύμπαυτος τῶ πάντας*
αὐτὸς ἀνδρείος, ἦς καὶ φίλος, ἰερὸς φασὶ τὸ
Ποσειδῶν. Præterea rectè noster per Ne-
 ptunum voluit vim maris significare. nam

Cicero lib. 1. de nat. deor. ex Chryſippi ſen-
 tentia, prodidit Neptunum nihil esse aliud
 quàm spiritum qui mare commouet.

Sed iura & arma seruient mecum tibi.
 ATR. *Imposita capiti vincla venerando gere.*
Ego destinatis victimas superis dabo.

CHORVS.

Sapphici, & vnus Adonius.

Eredat hoc quiſquam ? ferus ille & acer, 545

Nec potens mentis, truculentus Atreus,

Fratri aspectu stupefactus haest. "

Nulla vis maior pietate verà est: "

Iurgia externis inimica durant,

Quos amor verus tenuit, tenebit. " 550

Ira cum magnis agitata causis

Gratiam rupit, cecinitq; bellum;

Cum leues frenis sonnere iurme,

Fulſit hinc illinc agitato ensis;

Quem mouet crebro furibundus icru 555

Sanguinem Mauros cupiens recentem,

Opprimat ferrum, manibusq; iunctis

Ducit ad pacem pietas negantes. "

Ocium è tanto subitum tumultu

Quis deus fecit? modò per Mycenae 560

Arma ciuilibis creperere belli.

Pallida matres tenere natos,

Vxor armao timuit marito;

Cum manum inuitus sequeretur ensis,

Sordidus pacis vitio quietat: 565

Ille labentes renouare muros,

Hic situ quasſas stabilire turres,

Ferreis portas cohibere claustris

Ille certabat, pauidusq; pinnis

Anxia nocti vigil incubabat.

Peior est bello, timor ipse belli. " 570

Iam mina ſani cecidere ferri,

Iam ſilet murmur graue claſſicorum,

Iam tacet ſtridor litui strepentis,

Alta pax urbis reuocata laeta est. 575

Sic vbi ex alto tumuere fluctus,

Bruttium Coro feriente pontum,

Scylla pulſatis resonat cauernis,

Ac mare in portu timuere nauia,

Quod rapax haustum renouit Charybdis; 580

Et ferus Cyclops metuit parentem

Rupe.

Rupe feruentis residens in Aetna,
Ne superſufis violetur undis
Ignis Aetneus resonans caminis.

585 *Et putat mergi ſua poſſe pauper*
Regna Laertes Ithaca tremente.

Si ſua ventis cecidere vires,
Mitius ſtagno pelagus recumbit:

Alta qua nauis timuit ſecare

590 *Hinc & hinc ſufis ſpacioſa velis,*
Strata, ludenti pauere cymba:

Et vacat merſos numerare piſces;
Hic, vbi ingenti modò ſub procella

Cyclades pontum timuere mota.

595 *Nulla ſors longa eſt. dolor ac voluptas*
Inuicem cedunt. breuior voluptas.

Ima permutat breuis hora ſummis.
Ille qui donat diadema fronti,

Quem genu nixa tremuere gentes,
 600 *Cuius ad nutum poſuere bella*

Medus, & Phæbi propioris Indus,
Et Dacæ Parthis equitem minati:

*ἀνεπίου ἐχουσι καὶ ἀναφυσίης, ὁσπερ Ἀιπῆρα τε καὶ
 λίτρη καὶ τὰ ἐν ἀίθρου ἡροῖσι αἰ δὴ τὸ βένουσι ποικύλαι πο-
 ταιμὸν δὲ καὶ καὶ μῦθους ἀναρρῶτοὺσι Δῆλοπύροσ.* adde
 quæ diximus ſuperius in Hercule Furente ex Trogi
 Pompeij ſententia.

595 *Dolor ac voluptas*. Iouem tradunt fabulæ, cùm
 dolorem ac voluptatem graniter diſſidentes, nullo mo-
 do conciliare poſſet, adamantina cathena ſimul vinxif-
 ſe: vt, manente etiamnum diſſidio, ſe mutuo tamen
 ſemper conſequantur.

597 *Ima permutat breuis hora ſummis*. rectius no-
 ſter quàm tragicus Græcus; qui diem dixerat. quamob-
 rem in Demetrii Phalerei reprehentionem incidit, vt à
 Plutarcho accipi, cuius verba in conſolatoria ad Apo-
 lonium ſunt hæc: *Ὁ Θεὸς ὁρθῶς ὁ Φαληρέας Δημήτριον,*
εἰπόντον Εὐρυπίδου, ὅς ἐστι ἄλθεον ἔς ἐξομαῶ ἀπὸ εἰρήμη-
ρεσ, καὶ ὅτι μικρὸν κατὰ σφῶλλονται, καὶ ἡμέραν τὰ μὲν καὶ
θαύρον ὑπὸ δου, τὰ δ' ἔρ' ἀνα' τὰ μὲν ἄλλα καὶ ἄλλο ἐφ' ἡλέων
αὐτόν, βέλπον δ' ἂν εἰ χεῖν ὄν, εἰ μὴ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ πην-
μὴν εἶπε χρόνου. Carmina Euripidis, quæ Demetrius re-
 prehendebat, ſi coniecturæ licentia datur, fortè fuerunt,
 in Hecuba:

*ὃ δ' ὀτυχεύτης, ὃ δὲ δακύν πρὸ ἀχρὸν αἰεῖ.
 καὶ γὰρ ἡδ' ἐδ' ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐδ' αὖ ἐν,
 τὸν πᾶσι δ' ἄλθου ἡμέρῃ ἐν μ' ἀφ' εἰλέτ.*

vt vt eſt, iuſte Demetrius, celeritima enim eſt rerum vi-
 ciſſitudo. Simonides,

καὶ μὲν δ' ὄρε ἡμερῶν περὶ χρόνον μὴνας

καὶ μὲν δ' ὄρε τριῶν περὶ χρόνον μήνας

καὶ μὲν δ' ὄρε τριῶν περὶ χρόνον μήνας

582 *Aetna*. A Etneſi incendij cauſam tru-
 dit Lucretius lib. 6. his verſibus:

— *primùm totius ſub tana montis,*
Eſt natura fere, ſilicium ſuffulata cauernis:
Omnibus eſt parvò in ſpellicis vètus & ær:
Vètus enim ſit vbi eſt agitãdo peritus æer:

Hic vbi percaluit, caleſcitq; omnia circum
Saxa furēs, qua cõtingit, terrãq; & ab ollis
Excudit calidũ flammis voracibus ignem;
Tollit ſe ac reſtũt ita faucibus eiſcit alrè,

Funditq; ardorem longè, longe q; fauillana
Differt, & crassa voluit caligine fumum,
Extrudit q; ſimul mirãdo pòtere axia, & c.
 addit Claudian. lib. 1. de raptu Proſerp.

Quæ scopulos tormenta rotans? qua tantæ
cauernas

Vt glomerat? quo fonte, tuit Vnicamisso
ignis?

" *Sine quod obicibus diſcurrès ventus operis*
 " *Offenſo per ſaxa ruens timoſa meatu,*

" *Dum ſcruatur iter, liberi atemq; repoſcõs*
 " *Furida multiangis populatur flatibus ma-*
tra:

Seu mare sulphurei auctum per viſcera
montis

Oppreſſis igneſcit aquis & pondera librat,
 & c.

Auctor libri de mundo docet terram multos
 flarus & ignis fontes in ſe continere: quorum
 alij ſub terra ſunt occulti & obſcuri, alij vero

ἔτιος ἀμετάστρωτος.
 quia, vt idem inquit,
ὃ δὲ ἐν αἰὲρ ἀπὸ τοῦ ὀρε καὶ καὶ ἐν πεδῶν αἰεῖ.
 neque enim villus vnquam tam fuit fortunatus, vt non
 ſæpiſſimè illi multa aduerſa acciderint, ne illi quidem
 qui vixiſſe feliciffimè traduntur. Pindarus:

— *αἰὼν δ' ἀσφαλῆς*
οὐκ ἔχθησ' αὐτ' Αἰακὶδ' αὖτ' Πηλεῖ,
ἔτε παρ' ἀνθῆρα
Κάδμου' λήγονταί γε μὲν εὐροῦν
ὄλθεον ὑπέρτατον εἶ

χρῆν —

Simonides:

ὃ δὲ γὰρ αἰ προοῖτον ποτ' ἐπέλοντῃ,
τεῖον δ' ἔξ ἀνάκτων ἐχθρόν ἐξ ἐσ
ἡμίθτοι, ὤππων, ὃ δ' ἀφθιτῶν,
ὃ δ' ἀκινδύων ἵον ἐς γῆρας
ἔξ ἐκοντῃ τελέσαστες

rationem reddit Pindarus: — *ἐλ-*

λοτε δ' ἀρχαίαι προαι
ὑψητῶν ἀνέμων.

ὄλθεον δ' ὃς ἐς κακῶν ἀνδρῶν ἐρχεται & c.
 Ideo Theodectes ait *θεβαιῶς* eſt hominum fortunæ;
 & noſter Seneca alibi, in lib. de remed. fortunæ:

Nominem illa ſum fat a tranſmiſſi tuui.

B. Nylus epiſcopus & martyr, quæ nobis proſpera con-
 tingunt, totæ, fumo, ac vmbra comparauit. quia vt vmbra
 non permanet, vt ſumus euaneſcunt, & vcluti tota

Vertuntur. In Nleci carmine legitur:
Topper fortuna commutatur hominibus.
 Quin etiam si rem recta via reputemus, tum demum nos extra ictus fortunæ constitutos comperiemus; cum anima nostra hoc corporis carcere emissa in cælum, unde ducit originem, euolat. Hoc neque Solonem, neque Euripidem, neque Ouidium fatuit. (quorum tamen sententiam malignè, & non sine calumnia vellicat Aristoteles lib. 1. Ethicorum ad Nicomachum cap. 10.) Solon Cræsi gazas despiciens, dixit eum se beatum nominare, cui deus ad mortem vsque felicem vitam tribuisset. auctores sunt Herodotus & Plutarchus. Euripides testatur omnium, quotquot hoc cæli munere vescimur, vitam lubricam esse & laboriosam, hos erigi afflictos, illos affligi erectos, neque huius vicissitudinis vllū terminum esse ante mortem; quam Diphilus vult esse malorum medicinam his verbis,

— οὐκ ἔστι βίη δὲ ἐκ κέκτηται κακῆ,
 λύπαι, μεμνηνῆς, ἀεργαίας, πρέβλας, νόσος.
 τῶσαν δὲ θάνατος καὶ ἀδελφὸς ἰατρὸς φανεῖς
 ἀνεπαύσει τὸς ἔργους, ἀναπαύσει
 ἕνη.

Quidius autem:

— *ultima semper
 Expectanda dies homini, dicitur, beatus
 Ante obitū nemo supremamq; funera debet.*

quod forte mutuatus fuit ab Euripide, qui in Andromache, *χρὴ δ' ἔπειτ' εἰδ' ἐν ἡλβιον βροτῶν, πρὶν ἂν θανάτου* τὸ πῶλον δὲ πάλαι ἰδὼς ἕπος ἀθάτου ἠέρον ἢ ἐξ κῆπου. nec non in Troadibus; πῶν δ' οὐδ' ἀμύμονα μὴδ' ἐνα νομίζετ' εὐχέσθην, πρὶν ἂν θανάτου. vel equidem mutuatus fuit à Sophocle, in Oedipo Tyranno: *ὥστε θνήσκον ἄντ' ἐμὲν πῶλον δὲ πάλαι ἰδὼν ἠέρον ἐπισημαύται, μὴδ' ἐν ἡλβίῳ πρὶν ἂν τέμνετο τὸ βίον παρῶν μὴδ' ἐν ἀλγείαν παρῶν.* quod ipsum etiam Dionysius Tyrannus, in Leda, litteris prodidit: eaque causa est, cur D. Augustinus alicubi inquit, Lauda post mortem, cum ad triumphum venit. 602 *Mouentes Cuncta diuitias.* cur mouentes cuncta diuitias? an quia nihil tam sanctum, quod non violari; nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit? Cicero, in Verrem. Ideo prudenter Pythia consulenti Philippo, quomodo aduersarios vinceret, dicitur respondisse: *Ἄρροβέως λόγους ἰμάχου, καὶ πάντῃ νικήσῃ.* iuxta, ut ait A. Eschylus: *τὰ πάντα χρῆσθ' ἐμνεταὶ καὶ πρῶτιστα.* Aristodemi dictum celebratur hoc: *Χρήματα ἄνευ, πρὶν χρῆσθ' ὅσθ' οὐδ' εἰς πέλει' ἐδιδός, οὐδ' ἐπ' ἴμι.* Menander: *Χρῆσθ' ὅσθ' ἀνείχῃ πάντῃ, καὶ εἰδὼ πύλους.* Apuleius lib. 9. de asino, scripsit pecuniarum difficultates omnes esse peruias, auroque adamantinas perfringi fores. Archidamus Spartanus lib. 1. Thucydidis inquit, *καὶ ἔστιν ὁ πόλεμος οὐχ ὁ πῶλον ἢ πῶλεον, ἀλλὰ διαπάνης, δι' ἧν τὰ ὄπλα ἀφελεῖ ἄλλως τε καὶ ἡπαρῶντας ἀπὸς ἡμετέρας σίους.* Porro in hac Archidami oratione nonnulla videntur esse transposita, non quidem in his verbis, sed alibi. Item Thucydidis lib. 6. tradit. 614 *Nemo confidat nimium secundis.* Q. Curtius lib. 4. Breues & mutabiles vices rerum sunt. T. Livius lib. 45. Exemplum in signe cernitis mutationis rerum humanarum, vobis hoc præcipuè dico, iuuenes. Ideo in secundis rebus nihil in quemquam superbè ac violenter consilere decet, nec præsentem credere fortunæ: cum, quid vesper ferat, incertum sit. Is demum vir erit; cuius animum nec prospera flatu suo effert, nec aduersa infinget. Laberius, apud Macrobiū; *Non possunt primi esse omnes omni in tempore.*

Summum ad gradum cum claritatis veneris, Confites agrè, & citius, quam ascendas, decides.

619 *Crastinum.* Euripides, in Alcesti. *βροτῶν ἀπασι κατ' ἕναι ὁφείλεται, καὶ ἐπ' ἐν τῶν ὅσις ἐξέπισταται πῶλον ἄλλοιον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.* Horatius: *Quis scit an adiciant hodierna tempora vita*
Crastina Dijs superi. Theocritus: *ὁ θνατὸν πάλαι μὲν ἔδωκε, τὸ δ' ἄλλοιον σὺν ἑσπερῶν.* Guilielmus Tirus de bello sacro lib. 1. c. 17. Ignorat enim mortalis infirmitas, quid sibi crastina pariat dies.

*Anxius sceptrum tenet, & mouentes
 Cuncta diuitias, metuitq; casus
 Mobiles rerum, dubiumq; tempus.*
 Vos, quibus rector maris atque terra
 Ius dedit magnum necis atque vite,
 Ponite inflatos tumidosq; vultus:
 Quicquid à vobis minor expauescit,
 Maior hoc vobis dominus minatur.
 Omne sub regno grauiore regnum est.
 Quem dies vidit veniens superbum,
 Hunc dies vidit fugiens iacentem.
 Nemo confidat nimium secundis,
 Nemo desperet meliora lapsis.
 Miscet hec illis, prohibetq; Clotho
 Stare fortunam: rotat omne fatum.
 Nemo tam diuos habuit fauentes,
 Crastinum ut possit sibi polliceri.
 Res Deus nostras celeri citatas
 Turbine versat.

605
 “
 “ 610
 “
 “
 “
 “ 615
 “
 “
 “
 “ 620
 “

ACTVS

ACTVS QVARTVS.
 NVNCIVS. CHORVS.

NVN. *Quis me per auras turbo precipitem vehet,
 Atræq; nube inuoluet, ut tantum nefas
 Eripiat oculis? ô domus Pelopi quoque,
 625 Et Tantalò pudenda. CH. quid portas noui?*
 NVN. *Quenam ista regio est? Sparte & Argos,
 impros
 Sortita fratres, & maris gemini premens
 Fauces Corinthus? an feris Ister fugam
 Præbens Alanis? an sub eternâ niue
 630 Hircana tellus? an vagi passim Scythæ?
 Quis hic nefandi est conscius monstri locus?
 CH. Effare, & istud pande, quodcumq; est malum.*
 NVN. *Si steterit animus, si metu corpus rigens
 Remittet artus: hæret in vultu trucus
 635 Imago facti. ferte me insanae procul
 Illo procella: ferte, quò fertur dies
 Hinc raptus. CH. animos grauius incertos tenes.
 Quid sit quod horres ede, & auctorem indica.
 Non quaro quis sit, sed vter. effare ocyus.*
 640 NVN. *In arce summâ, Pelopæa pars est domus
 Conuersa ad austros; cuius extremum latus
 Equale monti crescit, atque urbem premit,
 Et contumacem regibus populum suis
 Habet sub ictu: fulget hic turba capax*
 645 *Immane tectum; cuius auratas trabes
 Variis columna nobiles maculis ferunt.
 Post ista vulgo nota, quæ populi colunt,
 In multa diues spacia discedit domus.
 Arcana in imo regia secessu patet,*
 650 *Altâ vetustum valle compefcens nemus,
 Penetrabile regni: nulla qua lætos solet
 Præbere ramos arbor, aut ferro coli,
 Sed taxus, & cupressus, & nigrâ ilice
 Obscura mutat silua, quam supra eminentis*
 655 *Despectat altè quercus, & vincit nemus.
 Hinc auspicari regna Tantalide solent,
 Hinc petere lapsis rebus & dubiis opem.
 Affixa imherent doma, vocales tubæ,
 Fractiq; currus, spolia Myrtoï maris,
 660 Victæq; falsis axibus pendent rota,
 Et omne gentis facinus: hoc Phrygius loco*

629 Alanis, hi, iuxta Plinium & Ammianum Sarmatiam Europæam incoluerunt; iuxta alios vel Daciæ partem, vel vterioris Scythiæ. Alanorum formam habes apud Claudianum, de bello Gethico:
*Cui natura breues, animis ingētibus artus
 Finxerat, immmaniq; oculos infecerat ira:
 Vulneribus pars nulla vacat, vacisq; cunctis
 Gloria foedati splendet iactantior oris.*
 Lucanus li. 10. feritaris & crudelitatis exempli, Mauros, Scythas, & Alanos proponit.
 649. PATET] ampla est & capax.

648 In multa diues spacia discedit domus, pars domus interior describitur, quæ reliquis vt plurimum ditior & augustior erat. Catull.
*Ipseus at sedes quacunq; opulenta recessit
 Regis, fulgenti splendet auro atque argento,
 Candet æbur solius, collucent pocula mēsis,
 Tota domus gaudet regali splendida gazæ.*
 Virgilius:
*At domus interior regali splendida luxu
 Instruitur.*
 653 Nigrâ ilice. Virgilius:
Illice sub nigra pallantes ruminat herbas.
 Claudianus lib. 1. in Rufin.
 — caligantia nigris
 Illicibus —
 quo loco rationem reddidi, cupilex nigra dicitur.

Fixus. e 3

662 *Tiavas*. vide quae dixi in not. ad Claudi-
diani Penegy. de 4. consilatu Honorij A.

666 *Qua facit calo fidem*. facit ut diis cre-
datur; qui eius iurare timent & fallere num-
men; iuxta Hesiodum in Theogon. Home-
rum Odyss. 4. & Apollonium Argonaut. 6.
vide Herc. Fur. 711.

682 *Liberos*. hic liberos pro filiis posuit.
recte, iuxta l. 10. D. de Senator. l. 10. §. libe-
ros, D. de in ius voc. l. liberorum, D. de verb.
signific. vbi traditur liberorum appellatione
omnes descendentes contineri, vt parentum
nomine omnes superiores l. 51. d. tit. sed &
Papirius Fronto lib. 3. responforum scripsit,
filij appellatione etiam aliquando nepotes
accipi, quod & Iuliano placuit l. 201. d. ut.

697 *Lauo athere*, q. v. l. *leuo*. alij *lauo*.
priorem orthographiam confirmat Nonius,
posteriorem Festus. Lapidis vtramque scri-
pturam agnoscunt, non alteram tantum, vt
voluit Aldus Manutius orthograph. pag. 477.
nisi nos idem fallit pag. 301.

701 *Fleuit in templis ebur*. solemnē pro-
digium. Tibullus lib. 2.

Et simulacra Deum lachrymas fudere
repentes.

Ovidius 15. Metamorph.
Mille locis lachrymas ebur —
Lucanus lib. 7.

— *rorantia stetu*
Vsq; ad Thessaliam Romana & publi-
ca signa.

Silius lib. 8.
— *lachryma q; vetusta*

Effigie patris late fluxere Quirini.
Iulius Obsequens, in lib. de prodigijs; testa-
tur L. A. Emilio Paulo & Cn. Barbato Tam-
philo Lanuuij Iunonis sospitae simulacrum
lachrymasse. Ap. vero Claudio & M. Perper-
na cons. Apollinis effigiem per quadriduum
fluxisse.

Fixus iaras Pelopis: hic prada hostium,
Et de triumpho picta barbarico oblamys.
Fons stat sub umbrâ tristis, & nigra piger
Heret palude: talis est dira Stygis 665
Deformis vnda, qua facit calo fidem.
Hic nocte caeca gemere ferales deos
Fama est: catenis lucus excubis sonat,
Plulantiq; manes: quicquid audire est metus,
Illic videtur: errat antiquus vetus 670
Emissa bustis turba, & insultant loco
Maiora notis monstra: quin tota solet
Micare flammis silua, & excelsa trabes
Ardent sine igne: saepe latratu nemus
Trino remugit: saepe simulachris domus 675
Attonita magnis: nec dies sedat metum:
Nox propria luco est, & superstitio inferam
In luce mediâ regnat: hinc orantibus
Responâ dantur certa, cum ingenti sono
Laxantur adyto fata, & immugit specus 680
Vocem deo soluente: quò postquam furens
Intrauit Atreus liberos fratris trahens,
Ornantur ara. quis queat dignè eloqui?
Post terga iuuenum nobiles religat manus,
Et mastravit à capita purpureâ ligat: 685
Non ihura desunt, non sacer Bacchi liquor,
Tangensve falsâ victimam culter molâ.
Seruatur omnis ordo, ne tantum nefas
Non ritè fiat. CH. quis manum ferro admonet?
NVN. *Ipsè est sacerdos, ipse funesta prece* 690
Lethale carmen ore violento canit,
Stat ipse ad aras, ipse deuotos neci
Contrectat, & componit, & ferro admonet.
Attendit ipse, nulla pars sacri perit.
Lucus tremiscit, tota succusso solo 695
Nutauit aula, dubia quò pondus daret,
Ac fluctuanti similis: è lauo athere
Atrum cucurrit limitem sidus trahens:
Libata in ignes vina mutato fluunt
Cruenta Baccho: regium capiti decus 700
Bis terq; lapsum est: fleuit in templis ebur.
Mouere cunctos monstra: sed solus sibi
Immotus Atreus constat, atque vltro deos
Terret minantes: iamq; dimissâ morâ
A siluit aris, toruum & obliquum intuens. 705

Ieiuna

Ieiuna siluis qualis in Gangeticis
Inter iuuenecos Tigris errauit duos,
Viriusque prada cupida, quò primos ferat
Incerta mor sus, flectit huc rictus suos,
710 *Illo reflectit, & famem dubiam tenet:*
Sic dirus Atreus capita deuota impia
Speculatur ira: quem prius mactet sibi,
Dubitat; secundâ deinde quem cade immolet.
Nec interest: sed dubitat, & tantum scelus
715 *Iuuat ordinare. CH. quem tamen ferro occupat?*
NVN. *Primus locus (ne deesse pietatem putes)*
Auo dicatur: Tantalus prima hostia est.
CH. *Quo iuuenis animo, quo tulit vultu necem?*
NVN. *Stetit sui securus, & non est preces*
720 *Perire frustra passus: ast illi ferus*
In vulnere ensen abscondit, & penitus premens
Iugulo manum commisit: educto stetit
Ferro cadauer; cumq; dubitasset diu
Hac parte an illâ caderet, in patruum cadit.
725 *Tunc ille ad aras Plithenem sauis trahit,*
Adicitq; fratri: colla percussa amputat,
Cervice casâ truncus in prouum ruit,
Querulum cucurris murmure incerto caput.
CH. *Quid deinde geminâ cade perfunctus facit?*
730 *Puerone parcat? an scelus sceleri ingerit?*
NVN. *Silua inbatu qualis Armenia leo,*
In cade multâ victor armento incubat,
Cenore rictus madidus, & pulsâ fame
Non ponit iras: hinc & hinc tauros premens.
735 *Vitulis minatur; dente iam lasso piger:*
Non aliter Atreus sauit, atque irâ tumet,
Ferrumq; geminâ cade perfusum tenens,
Oblitus in quem rueret, infestâ manu
Exegit vltra corpus. at pueri statim
740 *Pectore receptus ensis, in tergo exstitit:*
Cadit ille, & aras sanguine exstinguens suo,
Per vtrumq; vulnus moritur. CH. ô sauum scelus!
NVN. *Exhorruistis? hæctenus non stat nefas:*
Plus est. CH. an vltra maius, aut atrocius
745 *Natura recipit? NVN. sceleris hunc finem putas?*
Gradus est. CH. quid vltra potuit obiecit feris
Lanianda forsan corpora, atque igne arcuit?
NVN. *Vtinam arcuisset, ne regat functos humus,*
Ne soluat ignis. auibus epulandos licet

Ferisq;

707 *Inter iuuenecos*. Ouid. 5. Metamorph.
Tigris vt, auditis diuersa valle duorum
Exstimulata fame mugitibus armento-
rum,
Nescit vtro potius ruat, & rueret ardet
utroque.

708 *Primos. o. v. l. habent primùm.*
711 *Sic dirus Atreus*. hanc animi æstuan-
tis anxietatem præclare Ennius expressit, in
Thyeste:

Ibi quid agat, secum cogitat, parat, putat.
725 *Sauus*. in nonnullis membranarum legi-
tur malè, *ferus.*

731 *Silua inbatu qualis Armenia leo*.
quotquot crudelia facinora vel fortia pepe-
rant, leonibus cõparantur, apud Euripidem,
Virgilium & Ouidium passim, apud Home-
rum Iliad. 7. Iliad. 11. 2. & 3. Hesiodum in
Scuto. Lucantum lib. 1. & 4. Statij Theb. li. 1.
& 6. Silium lib. 5. 10. & 11. & Claudianum
lib. 2. in Rufin. & lib. 2. de rapto Proserpinæ:

738 *Fuerec. m. frueret* habent.

740 *Exiit. tres cod. scripti continent ex-*
stitit.

747 *Igne arcuit?* fuit hoc sepulturae genus,
vt scilicet mortuorum corpora combureren-
tur, Græcis, Romanis, & Barbaris valde fa-
miliare: vide Claudium Guicciardum lib. 1.
de Funerib. cap. 4. cuius consuetudinis varias
rationes refert Eustathius Iliad. 6. mihi præ-
ceteris illa placet, voluisse hoc modo cadâ-
uera, quæ erant impura, igne purgare. fuit hoc
ab Hæraclide Pontico institutum, vt docet
M. Varro, apud C. C. his verbis, *Quare Hæ-*
raclides Ponticus plus sapit, qui præcepit vt
comburerent; quam Democritus, qui vt in
melle seruarent; quem si vulgus securus esset,
perream si centum denariis calicem nulli bi-
bere possimus.

754 Erepta viniis, plerique lib. antiq. cuncta viniis, non minori sané elegancia.

765 Illa flammatus latex. Servius r. Acneid. heroes elixis cernibus negat vfos: verum vt illi non credam faciunt quæ sequuntur. Euripides, in Cyclope, ait Polyphemo parata fuisse i... Attius, in Atreo, de hac ipsa immanitate agens, inquit; Concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus, la-certa in focos. Fuit ergo pars carniū elixa. Ouidius de Lycaone:

Atque ita semineces partim feruentibus artus Mollit aquis, partim subiecto torruit igne. & de Itylo, idem;

— pars inde cauis exsultat abentis, Pars verubus stridit, &c.

767 Crepitanes focos. v.l. continent; trepidantes focos.

769 Stridet in verubus iecur. ab Ouidio sumtum; cuius versus supra posui.

770 Corpora an flamma gemant, Gemuere. in o. m. f. legitur; corpora an flamma ma-gu Gemuere. postea in solo Moguntino; vul-gatam inueni lectionem, sed non placet.

776 Raptum. ex vno cod. peruenit cor-rigo raptum.

779 Nitet. vnguentis nitere, apud Ana-creontem & Horatium inuenitur.

783 Perterit cursus. sic omnes vulgati & quidam libri scripti; alij autem, verterit cur-rus.

788 Ad artus. plerique membranz; ad ortum.

Ferisq; triste pabulum sanis trahat,
Votum est sub hoc, quod esse supplicium solet,
Pater in sepultos spectet. o nullo scelus
Credibile in auo, quodq; posteritas neget.

Erepta viniis exta pectoribus tremunt,
Spirantq; vena, corq; adhuc pavidum salit.
At ille fibras tractat, ac fata inspicit,
Et adhuc calentes viscerum venas notat.
Postquam hostia placuere; securus vacat
Iam fratris epulis, ipse diuisim secat
In membra corpus, amputat truncotenus
Humeros patentes, & lacertorum moras:
Denudat artus dirus, atque ossa amputat:
Tantum ora seruat, & datas fidei manus.

Hæc verubus hærent viscera, & lentis data
Stillant caminis: illa flammatus latex
Querente abeno iactat: impositas dapes
Transiit ignis, inq; crepitantes focos
Bis ter regeatus, & pati iussus moram
Inuitus ardet: stridet in verubus iecur.

Nec facile dicam, corpora an flamma magis
Gemuere. piceus ignis in fumos abit:
Et ipse fumus tristis, ac nebulâ grauis
Non rectus exit, seq; in excelsum leuat,
Ipsos penates nube deformi obsidet.

O Phæbe patiens, fugeris retrò licet,
Medioq; ruptum mer seris calo diem;
Serò occidisti. lancinat gnatos pater,
Artusq; mandit ore funesto suos:

Nitet fluente madidus vnguento comam,
Grauisq; vino: sape præclusa cibum
Tenuere fauces. In malis vnum hoc tuis
Bonum est Thyesta, quod mala ignoras tua.
Sed & hoc peribit. verterit currus licet

Sibi ipse Titan, obuium ducens iter,
Tenebrisq; facinus obruat teirum nouis,
Nox missa ab ortu tempore alieno grauis:
Tamen videndum est, tota patefient mala.

CHORVS.

Anapaestici, & vnus Adonicus.

Quò terrarum, superhūmāq; parens;
Cuius ad ortus noctis opata,
Decus omne fugit; quo vertis iter,

750

755

760

765

770

775

780

785

790

Medioq;

Medioq; diem perdis Olympo?
Cur Phæbe tuos rapis aspectus?
Nondum sera nuncius hora
Nocturna vocat lumina vesper:
795 Nondum Hesperia flexura rotæ
Iubet emeritos soluere currus.
Nondum in noctem vergente die
Tertia misit bucina signum:
Stupet ad subita tempora cæna,
800 Nondum fessis bubus, arator.
Quid te atherio pepulit cursu?
Quæ causa tuos limite certo
Deiecit equos? nunquid aperto
Carcere Ditis victi tentant
805 Bella gigantes? nunquid Tityus
Pectore fesso renouat veteres
Saucius iras? num reiecto
Latus explicuit monte Typhoeus?
Nunquid struitur via Phlegraos
810 Alia per hostes, & Thessalicum
Threßâ premitur Pelion Oßâ?
Solita mundi periere vices,
Nihil occasus, nihil ortus erit.
Stupet eos assueta deo
815 Tradere frenos, genitrix primæ
Roscida lucis, peruersa sui
Lumina regni, nescit fessos
Tingere currus, nec fumantes
Sudore iubas mergere ponto.
820 Ipse insueto nouus hospitio,
Sol auroram videt occidens,
Tenebrasq; iubet surgere, nondum
Nocte paratâ, non succedunt
Astra, nec villo micat igne polus.
825 Nec luna graues digerit umbras.
Sed quicquid id est, utinam nox sit.
Trepidant, trepidant pectora magno
Percussa metu, ne fatali
Cuncta ruinâ quassata labent,
830 Iterumq; deos, hominesq; premat
Deforme chaos: iterum terras,
Et mare & ignes, & vaga pictâ
Sidera mundi natura tegat.
Non aterna facis exortu

799 Tertia misit. quemadmodum nox, sic & dies in tres partes diuiditur; cæq; partes, vt nunc horologiis horarum, bucinarum clangore indicabantur.

Bucina. ita ad vnum o. v. l. & ita scribendum docet Aldus Manutius ex Iliadori & Martiorum auctoritate.

808 Typhoeus. hic etiam Typhon vocatur, de quo Homerus in hymno Apollinis, & Hesiodus in Theogonia. Fuit iste germanus hominis ambitiosi typhus. nam & ambitionis origo, vnde & aliorum vitiorum, ex inferno fluxit; ideo Typhon Erebi filius. ambitiosus æqualis astris graditur, & sidera sublimi ferit vertice: iccirco Typhon caelum manu cõtingebat, curæ est ambitioso cunctis se accommodare: ideo Typhon pedes habebat omni labori perferendo pares. erat illi lingua serpentis & oculi ignei, tum quòd ira ambitionis comes sit, tum etiâ quòd ambitiosi nulli non detrahunt, ex aliorum infamia decus suam petentes. centum capita habebat, quia ambitiosus variis semper cogitationibus æstuat, varias brutorum animalium voces edebat: quoniam qui hoc morbo laborant, nihil humanum loqui, sed omnia sonare immania, omnia belluina consueverunt. Postremo Typhoeum Iuppiter fulmine deiecit & Aetna obruit, quoniam ambitiosi sic à Deo puniuntur, vt cum se iam iam vocis suis fructuros confidunt, omni tunc spe profus decendant, & illorum, quos contemserunt aliquando, cachinnos natosque onus Aetna grauius perpeti cogantur. vide sup. Med. 773.

816 Roscida. verû Auroræ epitheton. Maro;

Roscida puniceo Pallantius exit amictu. quod Egnatius li. i. de rer. nat. Lunæ tribuit;

Roscida noctiuagus astris labentibus Phæbe Pulsa loco cessit concedens noctibus altis.

817 Nescit fessos Tingere currus. Virgil. Niroseus fessos iam gurgite Phæbus Ibero Tingat equos. Sidonius & Claudian. Soli tribuunt Gryphes.

818 Nec fumantes Sudore iubas mergere ponto. Solem veteres astrologi cum apparere desinebat occidere & interire, & cum rufus apparere incipiebat nasci credebant, in quo errore etiam Epicurum fuisse docet Cleomedes lib. 2. quo loco diram quandam veterum Hispanorum fabulam narrat: εμπίπτου τοσ ηλιον τω ἀκατω, φάρον εμπαιεν σενούρμου, ως Αλφουργυ σίνεργυ εν υδάλι.

828 Percussa. in o. v. l. continetur percussa. sic Lucret. lib. i. — sed acci

Percussit thyrsolaudis spes magna meū cor. si quis tamen vulgatam lectionem malit, est quo se tueatur. dixit enim Virgilius;

Quarū sacra fero ingēti percussus amore.

Dux

f

835 *Dux astrorum.* Cicero, de nat. deor.; Sol, qui astrorum obtinet principatum.

848 *Zephyro vela tepenti.* merito *tepeni.* nam Zephyrus aëris, qui est tepidus, habet temperaturam. Ovidius;

Aut niue, qua Zephyro victa tepente fuit.

849 *Aries.* Aries ille aureo vellere insignis fingitur Hellen; à cuius casu Hellestörus dicitur; & Phryxum, Athamantis iram fugientes, per mare vexisse, deinde inter astra collocatus, quæ quod ad fortunæ inconstantiam retulerunt, laudo: sed illud desidero, quod aliàs fere semper requirere soleo; scilicet ut quæ secundum ipsos temerè; ut ego sentio, magno iudicio sunt addita, accuratius singula perpendantur. neque enim inducar facile, ut credam nihil præterea hac fabula indicari: verum ex illa arbitror complura nos debere documèta elicere. Vt pote cum ab Athamante legimus Nephelen vxorem repudiata fuisse, & Ino ductam; mouemur non temerè ad secundas nuptias conuolare, ne prioribus liberis sumus iniurijs, & nobis nocimento: unde, si non hinc, illæ lachrymæ? unde in Phryxum & Hellen proprios liberos odium? solent nocentium delinquentis patres capti, erga prioris matrimonij liberos paternum affectum exuere, sic ut illos nonnunquam odio prosequantur. Ino sanè priuignis suis Athamantem infensum reddidit: illi ariete duce fugam arripiunt. Helle metu percussa decidit in mare, cui nomen indidit Phryxus impauide fretum superat, & Colchorum regis filiam vxorem ducit. Aries inter astra statuitur. Docemur miserias constanter ferre, neque ab iis perferendis vlla mollitie animi aut metu deterreri. si enim illis obrui nos patimur, nunquã ex iis emergemus; sin rebus aduersis fortes ac animosos nos exhibemus, iis superatis, melior fors nos manet. Monemur amicitiam colere, & amicos in calamitatibus non deserere. quia qui, quos in prospera fortuna coluerunt, eisdem in miseris constitutos amant; illorum memoriam nulla vnquam temporis diuturnitas valet extinguere.

852 *Perfert Hyadas.* malo, quod est in o. v. l. præfert.

855 *Iterum,* semel decidit cum ab Hercule fuit suffecatus.

859 *Et qui neruo.* Chiron Centaurus, non quidem, ut Suda nugatur, Ixionis; sed potius Saturni filius ex Cratini & Acasilai comicorum sententia, vulueris impatiens sagittâ Herculis in pedem eius delapsâ, vel, teste Mnesagora, longioris vitæ tædio, à Ioue impetravit ut sibi mort liceret. itaque inter sidera fuit translatus, Higyno auctore. nil mirum: cum à Pindaro in Pyth, Homero Iliad. 11.

Dux astrorum secula ducens

Dabit æstatis brumæq. notas.

Non Phæbeis obuia flammis,

Demet nocti luna timores,

Vincetq. sui fratris habenas.

Curuo breuius limite currens.

Ibit in vnum congesta sinum

Turba deorum.

Hic, qui sacris peruius astris

Secat obliquo tramite zonas,

Flectens longos signifer annos;

Lapsa videbit sidera labens.

Hic qui nondum vere benigno,

Reddit zephyro vela tepenti,

Aries præcepit ibi in vnda,

Per quas pauidam vexerat Hellen.

Hic qui nitido taurus cornu

Perfert Hyadas, secum Geminos

Trahet, & curui brachia Cancrî.

Leo flammiferis astibus ardens

Iterum è calo cadet Herculeus:

Cadet in terras virgo relictas,

Instaq. cadent pondera Libræ,

Secumq. trahent Scorpion acrem;

Et, qui neruo tenet Amonio

Pennata senex spicula, Chiron,

Rupto perdet spicula neruo.

Pigram referens biemem gelidus

Cadet Agoceros, frangetq. tuam,

Quisquis es, urnam: tecum excedens

Vltima cali sidera Pisces:

Monstraq. nunquam perfusa mari

Merget condens omnia gurges:

Et qui medias diuidit vrsas,

Fluminis instar, lubricus Anguis;

Magnog. minor iuncta draconi

Frigida duro Cynosura gelu;

Custosq. sui tardus plaustrî,

Iam non stabilis, ruet Arctophylax.

Nos è tanto visis populo

Digni, premeret quos euerso

Cardine mundus: in nos et as

Vltima venit. ô nos durâ

Sorte creatos, seu perdidimus

835

840

845

850

855

860

865

870

875

Solem

Solem miseri, siue expulimus.

880 *Abeant questus, discede timor:*

Vita est auarus; quisquis non vult,

Mundo secum pereunte, mori.

ACTVS QVINTVS.

ATREVS.

Æqualis astris gradior, & cunctos super

Alium superbo vertice attingens polum,

885 *Nunc decora regni teneo, nunc solum patris.*

Dimitto superos: summa votorum attingi.

Bene est, abunde est, iam sat est etiam mihi.

Sed cur satis sit: pergam, & implebo patrem

Funere suorum. nequid obstaret pudor,

890 *Dies recessit: perge, dum calum vocat.*

Vtinam quidem tenere fugientes deos

Possem, & coactos trahere, ut vlticem dapenam

Omnes viderent: quod sat est, videat pater.

Etiam die nolente discutiam tibi

895 *Tenebras, miseria sub quibus latitant tuæ:*

Nimis diu conuiuia securo iaces,

Hilarisq. vultu: iam satis mensis datum est,

Satisq. Baccho: sobrio tanta ad mala

Opus est Thyestæ. turba famularis fores

900 *Templi relaxa, festa patefiat domus:*

Libet videre, capita natorum intuens

Quos det colores, verba quæ primus dolor

Effundat, aut ut spiritu expulso stupens

Corpus rigescat: fructus hic operis mei est.

905 *Miserum videre nolo, sed dum fit miser,*

Aperta muli à tecta collucent face.

Resupinus ipse purpurâ atque auro incubat,

Vino grauatum fulciens leuâ caput:

Eruat. ô me celitum excelsissimum,

910 *Regumq. regem, vota transcendi mea.*

Satur est, capaci ducit argento merum.

Ne parce potu, restat etiam nunc cruor

Tot hostiarum. veteris hunc Bacchi color

Abcondit, hoc hac mensa claudatur scypho,

915 *Mistum suorum sanguinem genitor bibat,*

Meum bibisset. ecce iam cantus ciet,

Festasq. voces, nec satis menti imperat.

Apollonio lib. 3. & 4. Xenophonte in Hipparcho, Philostrato lib. 2. imaginum, Clemente lib. 1. Stromat. Ouidio lib. 5. Fastor. Germanico in Phœnom. Statio & Claudiano proditum sit singulari illum iustitia ac pietate fuisse.

856 *Senex spicula Chiron.* Theocritus;

νενητὴρ Ἡρακλῆι γέρον ἐς ἀστέρος Κείρων.

864 *Quisquis es.* diuersi enim diuersos esse credunt, Eubulus Cecropem, Hegesinax & Nigidius Deucaliona Thessalum, Euanthes Aristem Apollinis F. Echemenes aliq. Ganymedem Iouis catamitum & pincernam.

884 *Alium superbo vertice attingens polum.* talia sunt illa Herodoti in Thalia; *ψωσὴ τῆ νεφελῆς Ἡρακλῆος.* Horatius:

Sublimi feriam sidera vertice.

Ouidius:

— quo coniuge felix

Et diis cara ferar, & sidera vertice tangam.

THY-

f 2

943 *Flore recenti*. quidam m. *decenti*.
 945 *Rosa*. scriptum est ab Aristotele & Aristote Chio, veteres, ne ex immodico potu capere dolerent, tempora coronis vinxisset, roseis potissimum (quæ cephalalgia profunt, vide Mizalolum Centuria. 2. memorabil. aphorismo 101); quod Athenæo non probatur, qui existimat huius moris causam esse, quod in capite omnes sensus contineantur. Plurarchus verò in Sympos. causam reddat, factum ad significandam hilarem ingenij libertatem, & sales ab omni morositate alienos, proprios esse cõiuuitorum. Ceterum non caput modò aut pectora, sed collum etiã coronari consueuisse didici ex Stephani Nigri Musonio. Vtebantur coniuuã vt plurimum triplici coronarum genere; duobus roseis, tertio myrteo; quod, Polycharmo teste, Nauracriten vocabant. aliæ quoque herbæ coronarum vsum præbebant, vt ex Anacreonte & aliis scriptoribus constat. vitex auctore Anacreonte & Theodoro Samio; lotos, Callixeno Rhodio; palma, Sosibino; acis, Androne; hyacinthus, anysa, coriandria, demum omnes herbæ oculos vel nares delectantes, vt docet Pollux in Onomastico. Vtrum verò antiqui initio coniuuij an demum secundis mensis coronari fuerint soliti, quia Philoxenus & Nicostratus dissentiunt, nequeo dicere. Plura inuenies apud Athenæum lib. 15. c. 5. 6. & seqq. Steph. Nigrum in Musonio, & Leonicum lib. 1. variar. hist. cap. 70. & 71.

946 *Pingui madidus crinis amomo*. anti- qui coronati & vnguentis delibuti coniuuabantur. De coronis dictum est: nunc de vnguentis quædam ponamus. Vnguenta quia variè conficiebantur & diuersis morbis occurrebant, non iisdem locis applicabantur. de Metopio multa Hieron. Mercurialis lib. 2. variar. lection. cap. 19. fuit hoc vnguentum Aegyptium, sicut & Mendesium. viroque crura & pedes inungebantur; Phœnicino, malæ & mammæ; herpyllino genua & collum; sisybrino alterum brachium; amaracino supercilia & coma; antonio coma, vt patet ex hoc loco Senecæ, & ex aliorum testimoniis. Ouidius:
Spissa quæ de nitidâ tergît amoma comis.
 Staius:
— nec pingui crinem deducere amomo,
 Sollius Sidonius:
Indus odorifero crinē madefactus amomo.
 Præterea fuit vnguentum hoc, non liquidum, vt Bernardinus opinatur, sed valde spissum; cum ex supracitato Ouidij versu, tum ex hoc Persij carmine patet;
Compositus lecto crassis quæ lutatus amomis;
 quem locum ceteris melius Annæus Cornu- us Persij præceptor (nisi fallit inscriptio) &

T H Y E S T E S.

Anapæstici, cum Adonio.

Pectora longis hebetata malis,
Iam sollicitas ponite curas:
Fugiat mæror, fugiat quæ pauor, 920
Fugiat trepidi comes exsiliij
Tristis egestas, rebus quæ grauis
Pudor afflictis, magis unde cadas,
Quam quod, refert: magnum ex alto
Culmine lapsum, stabilem in plano
Figere gressum: magnum ingenti
Strage malorum pressum, fracti
Pondera regni non inflexâ
Ceruice pati, nec degererem
Victum quæ malis, rectum impositas
Ferre ruinas. sed iam sani
Nubila fati pelle, ac miseri
Temporis omnes dimitte notas:
Redeant vultus ad lata boni,
Veterem ex animo mitte Thyesten. 935
Proprium hoc miseros sequitur vitium,
Nunquam rebus credere latis.
Redeat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.
Quid me renocas, festum quæ, vetas 940
Celebrare diem, quid flere iubes
Nullâ surgens dolor ex causâ?
Quis me prohibet flore recenti
Vincire comam? prohibet, prohibet.
Verna capiti fluxere rosa: 945
Pingui madidus crinis amomo
Inter subitos stetit horrores:
Imber vultu nolente cadit.
Venit in medias voces gemitus,
Mæror lachrymas amat assuetas. 950
Flendi miseris dira cupido est.
Libet infastos mittere questus,
Libet & Tyrio saturas ostro
Rumpere vestes: ululare libet.
Mittit luctus signa futuri 955
Mens, antè sui præfagamali.
Instat nautis fera tempestas,
Cum, sine vento tranquilla, tument.

Quos

Quos tibi vultus, quos svevumulus
 960 *Fingis demens? credula præsta*
Pectora fratri: iam quicquid id est,
Vel sine causâ, vel serò times.
Nolo infelix, sed vagus intrâ
Terror oberrat. subitos fundunt
 965 *Oculi fletus, nec causa subest.*
Dolor an metus est? an habet lachrymas
Magna voluptas?

ATREVS. T H Y E S T E S.

Festum diem germane consensu pari
Celebremus: hic est sceptrâ qui firmet mea,
 970 *Solidam quæ pacis alliget certâ fidem.*
 THY. *Saties dapis me, nec minus Bacchi tenet:*
Augere cumulus hic voluptatem potest,
Si cum meis gaudere felici datur.
 ATR. *Hic esse natos crede in amplexu patris,*
 975 *Hic sunt, erunt quæ, nulla pars prolis tuæ*
Tibi subtrahetur: ora, quæ exoptas, dabo,
Totum quæ, turbâ iam suâ implebo patrem.
Satiaberis, ne metue. nunc misti meis,
Iucunda mensa sacra iuuenilis colunt,
 980 *Sed accientur. poculum infuso cape*
Gentile Baccho. THY. capio fraternæ dapis
Donum, paternis vina libentur diis,
Tunc hauriantur: sed quid hoc? non vult manus
Parere: crescit pondus, & dextram grauat.
 985 *Admotus ipsis Bacchus à labris fugit,*
Circa quæ, rictus ore decepto effluit,
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo:
Vix lucet ignis: ipse quin ether grauis
Inter diem noctem quæ, desertus stupet.
 990 *Quid hoc? magis magis quæ, concussi labant*
Connexa cali. spissior densis coit
Caligo tenebris, nox quæ, se in nocte abdidit.
Fugit omne sidus. quicquid est, fratri precor,
Gnatis quæ, parcat: omnis in vile hoc caput
 995 *Abeat procella. redde iam gnatos mihi.*
 ATR. *Reddam, & tibi illos nullus eripiet dies.*
 THY. *Quis hic tumultus viscera exagitat mea?*
Quid tremuit intus? sentio impatiens onus,
Meum quæ, gemitu non meo pectus gemit.
 1000 *Adeste gnati, genitor infelix vocat:*

Adeste

f 3

scholiastes exposuit. Fuit autem maximè in precio non Aegyptium illud, de quo Daniel hoc loco, qui incitè amomum cum metopio confundit: sed Assyrium, de quo Virgilius in eclogis;

Assyrium vulgò nascetur amomum.

De quibusdam vnguenti generibus veluti commageno, rhodino, nardino, crinino, atque aliis, mentio fit à Pomponio lib. 6. ad Sabinum l. 21. D. de aur. argent. & c. leg.

962 *Sine causa.* si nihil in te molitur Atreu.

Serò. si quid molitur, nunc enim in manu ipsius constitutus nequis euadere. debebas itaque vel prius timuisse, vel nunc timere non debes.

969 *Hic est sceptrâ.* ambiguit loquitur. aliter enim intelligit Thyestes, aliter Atreus sentit. ille Atreum hoc dicere existimat propter pacem factam: hic propter occisos à se nepotes hoc dicebat.

1007 Chaos inane. Ouid lib. 4. Fast. Possidet alter aquas, alter inane chaos. uterque de inferis loquitur, apud quos maximum inane, de quo supra in Herc. Fur. dictum est satis, vide Med. 9.

1012 Diuide amplexus tribus. ita Horat. caris multa sodalibus, Nulli tamen plura diuidit oscula, Quam caro Lamia Seneca, Troad. Lassabar in tot oscula & in totum gregem Diuidere matrem unde pater Latine dictum a Claudiano lib. 2. in Rufin. cladem diuisit in orbem. qua de re memini me in Notis meis ampliasse.

1042 Sanguinis multum mei. liberos vocat suum sanguinem. sic in Herc. Furente; Quo tendis amens? sanguinē fundis tuum. Tibullus: sanguis est tamen ille tuus. Ouid. in epist. Canaces; Cum mea, me corā, filius inimicus in altis viscera montanus ferret edenda lupis. Item, in epistola Didus; Forsitan & gravidam Dido scelerate relinquis, Parsq; mi latitat corpore clausa meo. apud Q. Curtium lib. 4. Darius de matre & liberis suis agens, Eripit, inquit, viscera mea ex vinculis.

Adeste, visis fugiet hic vobis dolor. Vnde obloquuntur? ATR. expedi amplexus pater. Venere, gnatos ecquid agnoscis tuos? THY. Agnosco fratrem. sustines tantum nefas Gestare tellus? non ad infernam Styga Te, nosq; mergis, rupta & ingenti viā Ad chaos inane regna cum rege abripis? Non tota ab imo tecta conuellens solo, Vertis Mycenae? stare circa Tantalum, Ausq; nostros, si quis intra Tartara est, Vterq; iam debuimus. hinc compagibus Et hinc reuulsis; huc tuam immani sinu Demitte vallem, nosq; defossos tege Acheronte toto: noxia supra caput Anima vagentur nostrum, & ardenti freto Phlegethon arenas igneus totas agens, Exitia supra nostra violentus fluat. Immoa tellus pondus ignauum iaces? Fugere superi. ATR. at accipe hos potius libens, Recipe hosce citius: liberis tandem tuis Diu expetitis, nulla per fratrem est mora, Fruere: osculare: diuide amplexus tribus. THY. Hoc foedus? hac est gratia? hac fratris fides? Sic odia ponis? non peto, incolumes pater Gnatos ut habeam, scelere quod saluo dari Odioq; possit: frater hoc fratrem rogo, Sepelire liceat. redde quod cernas statim Vri. nihil te genitor habiturus rogo, Sed perditurus. ATR. quicquid è gnatis tuis Superest, habebis: quòd q; non superest, habes. THY. Vtrumne sauis pabulum alitibus iacent? An belluis seruantur? an pascunt feras? ATR. Epulatus ipse es impiā gnatos dape. THY. Hoc est, deos quod puduit: hoc egit diem Aversum in ortus. quas miser voces dabo? Questusq; quos? quae verba sufficient mihi? Abscissa cerno capita, & auulsas manus, Et rupta fractis cruribus vestigia. Hoc est, quod audius capere non potuit pater. Voluuntur intus viscera, & clusum nefas Sine exitu luctatur, & querit viam. Da frater ensem, sanguinis multum meū Habet ille: ferro liberis demus viam. Negatur erips: pectora illisō sonent

1005

1010

1015

1020

1025

1030

1035

1040

Con-

1045 Concussa planctu. sustine infelix manum. Parcamus umbris. tale quis vidit nefas? Quis inhospitalis Caucaſi rupem asperam Heniochus habitans, quisve Cecropiis metus Terris Procrustes? genitor en gnatos premo Premorq; gnatis. sceleris est aliquis modus? ATR. Sceleri modus debetur, vbi facias scelus, Non vbi reponas. hoc quoque exiguum est mihi. Ex vulnere ipso sanguinem calidum in tua. Diffundere ora debui, ut viuentium 1055 Biberes cruorem: verba sunt ira data, Dum propero, ferro vulnera impresso dedi. Cecidi ad aras, cede votuā focos Placui, & artus, corpora exanima amputans, In parua carpsi frustra: & hac feruentibus. 1060 Demersi abenis: illa lentis ignibus Stillare iussi: membra, nervosq; abscidi: Viuentibus, gracilibq; irae etas veru Mugire fibras vidi, & aggesti manu Mea ipse flammās. omnia hac melius pater 1065 Fecisse potuit. cecidit incaſsum dolor. Scidit ore natos impio, sed nesciens, Sed nescientes. THY. clusa litoribus vagis Audite maria, vosq; dii audite hoc scelus, Quocunq; diffugistis; audite inferi, 1070 Audite terra; noxq; Tartareā granis Et atra nube, vocibus nostris vaca. Tibi sum relictus, sola tu miserum vides, Tu quoque sine astris. vota non faciam improba, Pro me nihil precabor: ecquid iam potest 1075 Pro me esse? vobis vota prospicient mea. Tu summe cali rector aetheria potens Dominator aula, nubibus totum horridis Conuolue mundum, bella ventorum vndique Committe, & omni parte violentum intona, 1080 Manuq; non quā tecta, & immeruas domos Telo petis minore; sed quā montium Tergemina moles cecidit, & qui montibus Stabant pares Gigantes: hac arma expedi, Ignemq; torque, vindica amissum diem. 1085 Iaculare flammās, lumen ereptum polo Fulminibus exple: causa, ne dubites diu, Vtriusque mala sit: si minus, mala sit mea, Me pete: trifulco flammeam telo facem

1047 Inhospitalis Caucaſi. hoc illi epithetum Horatius & Valerius Flaccus tribuunt.

1052 Non vbi reponas. aequè impiè Euripides, in Iones: πῶς δ' ἀσέβειαν, ἀποχρῶσι ἐδρ, καλὸν πῦρ ἔειπεν ἢ παλαιὸς ἀγνοοῦ κακῶς Θείηςτις, εὐεῖς ἐμποδῶν κείτητο μῦθος.

1082 Qui montibus Stabant pares. Virgilius 9. Aeneid.

Abietibus iuuenes patrii & montibus aquos.

1085 Lumen ereptum polo. huius rei mythologiam habes apud Hyginum in tabulis.

Per

*Per peccatus hoc transmittite. si gnatos pater
Humare, & igni tradere extremo volo,
Ego sum cremandus. si nihil superos mouet,
Nullumq; telis impios numen petit;
A Eterna nox permaneat, & tenebris tegat
Immensa longis scelera. nil Titan queror,
Si per seueras. ATR. nunc meas laudo manus,
Nunc parta vera est palma. per dideram scelus,
Nisi sic doleres, liberos nasci mihi
Nunc credo, castis nunc fidem reddi toris.*

1090

1095

1099. *Quid liberi meruerit.* scelus patris æquum non est filios sustinere, quod diuino & humano iuri congruere ostendit Hieronymus Gygis lib. 3. de crim. læsæ maiestatis q. 1. in princ. nisi in quibusdam casibus, quorum aliquos refert illustrissimus præses Didacus Couarruias à Leyua lib. 2. variat. resolut. cap. 8. Quomodo autem hac in re diuina iustitia procedat, vide Abulen. in lib. 4. Reg. c. 10. q. 6. & cap. 14. q. 5. & 6. Hadrian. Pontif. Quodlib. 12. circa punicip. & Adamaum Sasbault Quodlib. 3.

TH. *Quid liberi meruerit?* ATR. *quod fuerant tui.*

THY. *Gnatos parenti?* ATR. *fateor, & quod me iuuat,*

Certos. THY. *piorum præsides testor deos.*

ATR. *Quid coniugales?* THY. *scelere quis pensat scelus?*

ATR. *Scio, quid queraris. scelere prærepto, doles:*

Nec, quod nefandas hauseris tangit dapes,

Quod non pararis: fuerat hic animus tibi,

Instruere similes in scio fratri cibos,

Et adiuuante liberos matre aggredi,

Similiq; letho sternere. hoc unum obstitit,

Tuos puniti. THY. vindices aderunt dei,

His puniendum vota te tradunt mea.

ATR. *Te puniendum liberis trado tuis.*

1100

1105

1110

L. ANN.

Troas.

TRAGOEDIA VIII.

PERSONÆ.

Hecuba	Pyrrhus.
Chorus mulierum.	Andromacha.
Talthybius.	Senex.
Agamemnon.	Vlyffes.
Calchas.	Astyanax.
Helena.	Nuncius.

ACTVS PRIMVS.

HECVBA.



*VICVNQVE regno fudit, &
magna potens
Dominatur aulâ, nec leues me-
tuit deos,
Animûmq; rebus credulum*

*latis dedit;
Me videat, & te Troia: non unquam tulit
5 Documenta Fors maiora, quam fragili locos*

TROAS. Iulius Scaliger Ideæ cap. 97 hanc inscriptionem vellicat. immeritò. nam in quibusdam codicibus antiq. non Troas, sed Troades habetur, quod Lucianus agnoscit, & Euripidis, & Attij auctoritate astruitur, & verò elegantissimum est. Potest etiam vulgata in scriptio defendi, siquidem ipsemet Scaliger paulo antè scripserat, titulum esse imponendum ab ea persona, quæ est celeberrima dignitate aut infelicitate, aut quæ plurimum versatur in toto argumento: est autem hic haut dubiè talis Hecuba, cui hæc omnia simul conueniunt: noluit tamen Hecubam (etsi non immeritò putes, Hecubam fuisse inscriptam) inscribere, vel quia Andromacha, Polyxena, ceterarû Troadum calamitates inscuntur; vel quia Troadis appellatione Hecuba intelligitur; quemadmodum postea Homerus & Virgilius; (Cicero in Topic. Seneca lib. 8. epist. Aristot. 1. Rhetor. 1. aut facta, §. euentus, D. de pœn. §. sed ius quidem, inst. de iur. nat. gent. & ciu.) Pontis, mare quod à Mæotide palude vsque ad Tenedum decurrit; (Strabo lib. 1.) prudentium & prudentia, iuris prudentia & iuris prudentes, l. 7. D. de iustit. & iur. & in constitut. de conceptione, D. in §. omnes verò, proœm. inst. Quamquam, verù vt fatear, malim hanc tragœdiam inscribi Troades, propter ea quæ dixi. Vir autem doctissimus, quia iudicis & censoris munus obibat, omni affectione liber esse debuerat, odio potissimum, quo qui non

vacat, tantum abest vt iustè iudicare queat, vt etiam sapiens litem suam faciat, manifestè iniqua pronuncians, quod illi nimirum accidit, cum, quod nescio an non inprimis ridiculum sit, Hispanos, quos omnium gentium minimi potus esse constat, idem bibaces scribere veritus non fuit, eadem arte poetica. Ceterum Troades ediderunt Attius & Euripides, è quibus, & huius Hecuba, multa noster desumpsit. Troadem etiam tragœdiam Q. Cicero scripsit, vt ex M. Ciceronis ad eum epistolis patet. Macrobius lib. 5. Saturnal. ait Epicharmum Troes composuisse. τὰ τροιακά & res sub Priamo gestas memoria prodiderunt Græcè quidem Demetrius Scepsius, Dionysius Milesius, Metrophanes Phrygius Iophista, Palæphatus Abydenus, Polemō Euergeti filius, Timolaus Larissæus, Philostratus Neruijani F. Phormus Syracusanus, Hesticea Alexandrina, Metrodorus Chius, Pisander, Hegesanax Alexandrinus, Acarns Argiuus, Phileas, Chamæleon, Hellanicus, Hermogenes, Idomeneus & Aristonymus, qui Ptolemæi bibliothecæ præfuit; hos omnes citant Athenæus, Plutarchus, Pausanias, Strabo, Laertius, Suidas, Clemens Alexand. & Sholiastæ Homeri, Hesiodi, Dionysij, Apollonij, Theocriti, Euripidis, Arati, Aeschylj, Sophoclis, Pindari, Lycophronis & Aristophanis; quos qui non legerit, vix est vt huiusmodi de rebus scribere queat, vix etiam vt poetarum fabulas probè intelligat. Idem argumentum profecuti sunt Dictys, Lesches, Tryphiodorus, Dares, Coluthus, Smyrnæus, Lycophron & Homerus: qui tamen, quod vulgò creditur, primus non fuit. Nam Plutarchus in lib. de Musica refert Phemium Ithacensem ante Homerum scripsisse de Græcorum reditu à Troia. & Dionys. Halycarnass. lib. 1. Antiqu. est auctor, Abratinum quendam omnium antiquissimum poetam Troianas res scripsisse: & Aelianus lib. 4. var. histor. testatur poetam quendam Syagrum ante omnes bellum Troianum cecinisse: & in Suda lexico legitur Corinnum Iliensem poetam belli Troiani tempore vixisse, & primum Iliada scripsisse, atque ab eo Homerum Iliada suam mutuatum fuisse. quod ipsum de Sisypho Coo tradidit Ioan. Meles teste Tzetze Chiliad. 5. histor. 29. Illud penè exciderat, Nestorem Larendensem, Pisandri patrem, Seueri Imp. tēpore Iliadem scripsisse vt arbitror, non inuira Minerva. eius namque Metamorphoses Parthenij Niceni, in primis laudati scriptoris, Metamorphosium libris comparantur. Teste Laertio, tertius quidam Aristoteles opus edidit τὰ Τροιακά

Peplum fortè, qui exstat. Dionis libellus de Troia non capta ad Ilienses exstat. Latinum qui ex professo hoc argumentum tractauerit scio neminem, exceptis Trimatio, & Nummio Crasso, & Cn. Maritio, quos Iliades scripsisse refert ex Prisciano Lilius dialog. 4. Sed ego nomina duo priora corrupta non dubito, & reponendum C. Marij & Naeuij nomen. Addo Clodium Sabinum, quem de bello Troiano scripsisse comperio; & Lucanum, quem P. Crinitus de poet. Latin. lib. 3. ait quædam de Troiæ incendio & Priami calamitate composuisse; Macrum etiã Aemili-um. A uorum nostrorum memoria à quodam Guidone (qui & quando vixerit, & cuius fuerit, nescio) Troianum bellum oratione soluta descriptum fuisse inuenio. à Ioan. Scopa citatur Ioan. iudex de columna, in Troiana histo-ria, quem scriptorem non vidi, puto esse illum quem sæpe D. Antoninus in Sum. histor. adducit. Exstat Martirani Coriolani Odyseea ex Homero desumpta. & de raptu Helenæ Sfondrati poemata non inelegans. Obiter istam expeditionem attigerunt Virgilius lib. 2. Aenid. Ouid. 1. 2. & 1. 3. Metamorph. & ceteri poetæ variis locis.

6 Superbi. quia superbia commune nobilitatis malum est, teste Sallustio in Iugurth. & Petro Arboriuo lib. 1. Nanceidos, inu-uit apud Latinos vt superbia pro nobilitate, & superbi pro nobilibus dicatur, vt ait Seruius Aeneid. 1. 3. & 7. & sequitur Merula in com-mentar. Ouidianis, in 5. Tristium eleg. vlt. Virgilius;

— cecidit q. superbum

Ilium —

& Silius, de annulis in Cannensi clade nobilibus Romanis detractis agens;

Testes hi fragilis, quas, signum illustrè, superbis

Mos lana gestare viris, tum funditur ante

7 Calitum. Neptuni & Apollinis, qui, à Laomedonte mercede conducti Troiæ muros edificauerunt, auctoribus Virg. 3. Aeneid. Ouidio in epist. Paridis, & Aphthonio in Progymnasmat. 8 Frigidum. Claudianus;

— seu fore è rigentem Thermodontica Tanaim fregere securi. Idem; Trans gelidum Tanaim — apud Senecam Nat. quæst. lib. 6. c. 7. legendum, Tanais & Rheusus. 9 Septena. Rhœsum significat, porro quod Istri est, mulier, cosmographiæ ignara, Tanai tribuit, in quo præclarè Seneca decorum seruauit.

10 Qui renatum. Euphratis accolam Memnonem describit, qui non ex Aethiopia, sed ex Sufis, auctore Pau- sania, Troiam venit. Euphrates ortus in penitissima Asia, supra Zimaram, ad Capotis montis radices, totus in pa- ludem quandam influens, & mox egressus, ac, Dione teste, Tigrianni commisit, in Persicum mare influit, non, vt ait nofter, in rubrum mare. Profrus, in Armenia enim maiore oritur, qua in Orientem vergit, itaque Solis ortum ante se videt, & orientem diem quasi excipit. Profrus autem hic idem valet quod recta. Plautus, in Pseu- dolo; Non profrus, velut in ransuersum cedit, quasi cancer solet. Terentius, in Hecyra; Trepidari sentio, cur- sari sursum, profrum. 11 Trepidum rubenti. ex Herodoti c. κλειδ, Diodori τῆς τῶν ἰσπε, βιβλιοθ. β. Q. Curtij lib. 6. Iosephi lib. 1. antiq. cap. 2. D. Hieronymi & aliorum veterum sententia hæc est. Res tamen ipsa testatur Euphratem & Tigrim in mare Persicum, non in Erythræum mare, se exonerare: idq. ab Arriano lib. 7. Historiæ Alexandri, Ptolemæo, Mela, Plinio & Solino traditur. Fallitur etiam Philostratus lib. 1. scribens Eu- phratem in nullum pelagus se exonerare, sed in quandam paludem maximam eius partem illabi, rursusque in ter- ra sui finem recipere. de hoc flumine quandam admiratione digna refert Procopius lib. 1. de bello Persico.

13 Viduis. castis virorum amplexus non expertis. hoc enim inter cetera viduam significat. vnde & virgines, vi- duæ dicuntur. de quo nos alibi ex Antistio Labeone diximus; cuius sententiam in l. malum, D. de verb. sign. im- merito And. Alciatus reprehendit. Scio veteribus viduare idem fuisse, quod priuare. vnde Horatius, — Viduus pharetra Risit Apollo. Scio viduaretatem dici calamitatem, quod viduet bonis, auctore Festo. nec ignoro vidui etymologiam à Macrobio lib. 2. Saturnal. cap. 1. 5. traditam. Non me fugit postremò viduam plerumque dici eam, cuius maritus mortuus est. c. vidua, 34. distinct. sed quid tum? obtinent illa omnia, quando in propria significatio- ne, & iuxta vsum quotidianum vocem illam accipimus, vt etiam censuit illustrissimus & optimè meritis episco- pus & preses Couarruias Praëicar. quæst. cap. 7. nu. 2. Labeonis autem sententia confirmatur auctoritate Senecæ in Agamemnone, scribentis;

Ante morantur virgines vidua domi & Plauti, in Cistellaria;

Hæc equidem cætor cotidie vironubis, nupsit q. hodie, Nubet mox noctu, nunquam ego hanc viduam eubare siui. Sic etiam vidua dicitur cuius maritus abest. apud Senecam in Agamemn. ait Clytæmnestra;

Decem per annos vidua respiciam virum? apud Ouidium in epist. Heroid. Deianira; Vir mihi semper ab- est, & contige notior hospes, Monstraq. terribiles persequiturq. feras; Ipsa domo vidua votis operosa pu- dicitus Torqueor infesto ne vir ab hoste cadat. Plautus, in Sticho; Credo ego miseram fuisse Penelopem soror, suo Ex animo, quæ tam diu vidua viro suo caruit. vnde à iuris interpretibus passim receptum est viduam dici quæ maritum inuilem vel senem nacta est, quod & Plautus in milite glorioso probat.

Starent Superbi. columen euer sum occidit

Pollentis Asia, celitum egregius labor:

Ad cuius arma venit, & qui frigidum

Septena Tanaim ora pandentem bibit;

Et, qui renatum prorsus excipiens diem,

Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto;

Et qua vagos vicina prospiciens Scythas

Ripam cateruis Ponticam viduis ferit.

Excisa ferro est Pergamos, incubuit sibi.

En

Ora admirantum præfulgens annulus auro.

15 En alta muri decora congesti iacent,
Tectis adustis regiam flammæ ambiunt,
Omnisq. latè fumat Assaraci domus.
Non prohibet auidas flamma victoris manus,
Diripitur ardens Troia: nec calum patet

20 Vndante fumo, nube ceu densa obsatus
Ater fauillâ squallet Iliacâ dies.
Stat auidus irâ victor, & lentum Ilium
Meitur oculus, ac decem tandem ferus
Ignoscit annis horret afflictam quoque,

25 Victamq. quamuis videat, haud credit sibi
Potuisse vincti, spolia populator rapit
Dardania, prædam mille non capiunt rates.
Testor deorum numen, aduersum mihi,
Patriæq. cineres, teq. rectorem Phrygum,

30 Quem Troia toto conditum regno tegit;
Tuosq. manes, quo stetit stante, Ilium;
Et vos meorum liberum magni greges,
Vmbra minores: quicquid aduersi accidit,
Quacunq. Phæbas ore lymphato furens,

35 Credi Deo vetante, prædixit mala;
Prior Hecuba vidi grauida, nec tacui metus,
Et vana vates ante Cassandram fui.
Non cautus ignes Ithacus, aut Ithaci comes
Nocturnus in vos sparsit, aut fallax Sinon:

40 Meus ignis iste est, facibus ardetis meis.
Sed quid ruinas urbis euer sa gemis
Viuax senectus? respice infelix ad hos
Luctus recentes. Troia iam vetus est malum.

Deus inclusus corpori humano iam, non Cassandra lo- quitur; Lamq. mari magno classis cita

Texitur, exitium examen capiti

Classis aduenit, & fera velivolantibus

Nauiibus compleuit manus litora.

In eodem libro etiam hæc carmina ponuntur, quæ & ipsa ex Cassandræ vaticiniis esse arbitror:

Eheu videte iudicauit iudicium inclusum

Inter deas tres aliquis, quo iudicio

Mulier furiarum vna, adueniet.

35 Credi Deo vetante. Virgil. 2. Aeneid.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris

Ora, Dei iussu, non umquam credita Teucris.

36 Prior Hecuba vidi grauida, nec tacui metus) per somnium scilicet, de quo idem Tullius supra citato lo- co cecinit;

Quia mater grauida parere se ardentem facem

Visæst in somnis Hecuba; quo factò pater

15 En alta. Cicero lib. 3. Tusculan.

Quid petam præsidij aut exequar: quo

nunc ex silio aut fuga

Freta sim: arce & urbe, orba sum quò ac-

cedam: quò applicem?

Quoi nec ara patria domi stant, fracta &

dissecta iacent.

Fra a flamma deflagrata, tostis alti sunt

parietes.

16 Tectis adustis regiam flamma ambiit.

Cicero dicto loco, ex veteri poeta:

O pater, o patria, o Priami domus,

Septimum alitomo cardine templum;

Vidi ego te, adstante ope barbarica,

Tectis calatis, laqueatis,

Auro, ebore, instructam magnificè:

Hæc omnia vidi inflammari.

Porro eius imitatione, quod iste vetus poeta, qui, existimo, fuit Attius, dixit; ope barbari- cã; scriptum fuit à Virgilio 2. Aeneid.

Barbarico postes auro, spoliisq. superbi.

17 Omnisq. latè fumat. Virg. 3. Aeneid.

— Omnis humo fumat Neptunia Troia.

Assaraci domus. Virgilius Aeneid. 1.

Cum domus Assaraci, &c.

Horatius, in Epod.

Te manet Assaraci tellus.

32 Liberum magni greges. Homerus, Eup- ripides & Virgilius Hecubæ quinquaginta liberos tribuunt; pauciores Theocritus; Cice- ro 1. Tuscul. septendecim.

34 Phæbas. Cassandra veticinia habes aptid Lycophronem, nonnulla etiam apud Cicero- nem lib. 1. de diuinat. his verbis: Illud quod volumus expressum est, vt vaticinari vera furor soleat:

Adest, adest fax obuoluta sanguine atque incendio:

Multos annos latuit, ciues ferte opem & restinguat.

Vidi

Rex ipse Priamus, somnio mentis metu.

Perculsus, curis sumis suspirantibus,

Exsacrificabat hostiis balantibus:

Tum coniectorem postulat, pacem petens,

Vt se edoceret obsecrans Apollinem,

Quò se vortant tamta sortes, somnium.

Ibi ex oraculo voce diuina edidit

Apollo, puerum, primus qui Priamo foret

Post illa natus tempora, hunc ne tolleret,

Eom esse exitium Troia, pestem pergamno.

Ouidius, in epist. Paridis;

Matri adhuc viro paru remorantes tenebar,

Iam grauidus iusto pondere ventererat;

Illa sibi ingentem visa est, sub imagine somni,

Flammiferam pleno reddere ventre facem.

Territa con surgit, metuendaq. noctis opaca

Visa, seni Priamo; vaticibus ille, refert.

Arxurum Paridis vatescanit Ilii igni.

44 *Vidit exsecrandum*, hoc concinit Euripidis versibus, quorum initium est, *ἴδ' ἄρα φούρου γόν Πριάμην*, &c.

45 *Ipsasq; ad aras*. Iouis. Tryphiodorus; *Ἀΐακίδης ἢ γέροντα Νεοπτόλεμος ἑοσιλήα πύκνωσι κερμηθῶ παρ' ἐρμείῳ κ' ἄνε βαμῶ*. Attius;

Hac omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari,
Iouis arato sanguine turpari.

46 *Sana manus*. leuā, quam vet. scruā vocabant. Virgil. 2. Aeneid.
Implicuitq; comā laua, dextrāq; cornū cū
Extulit, ac lateri capulo tenui abdidit
ensem.

53 *Quondam sacri Regni iacentis*. quondam ait; quia dij omnes antequam Troia caperetur, urbem deseruisse credebantur. Virgilius dicto loco:

Excessere omnes adytis, sacrisq; relictis
Dij, quibus imperium hoc steterat.

Aeschylus scholiastes; *ἀέγ' ἢ γ' ὅπ' ἔτ' ἄν' ἔμειπ' πορθηθῆναι ἢ Τροία ἐφαιήσαν οἱ θεοὶ ἕως Τροίας ἂν ἐλθῶσι ὅτι τῶν νεῶν τὰ ἀγῶλα ἔλασσαν αὐτῶν*. Veientium quoque urbem tutelares deos deseruisse Liuius scribit lib. 5. sed hoc facta euocatione; cuius ritus à Sammonico Sereno lib. 5. rerum reconditarum ex Furio quodam refertur, teste Macrobio: qua de re latē Robert. Valturius lib. 6. de remilit. cap. 2. post Plinium lib. 28. cap. 2.

56 *Superi*. o. v. l. *superis*.

58 *Sortitur*. veteres pleraque sortibus decidebant, l. si cum ambo D. de iudic. l. si duobus in prin. D. comm. delegat. c. hi qui. c. il. l. 26. q. 2. cum similib. vt copiose ostendit more suo And. Tiraquellus, magnus librorū helluo, de iure primogen. q. 17. pag. 527. & de sortis iudicio nonnulla Ioannes le crier Parisiensis lib. 1. de iure primogenituræ, seu Maioricatus quæst. 9.

59 *Respondet*. in m. f. legitur *deposcit*.

66 *Fatalis Ida iudicis*. Quidius & alij penè omnes scriptores Paridem in Ida monte referunt iudicasse; quam sententiam hoc loco Seneca probat. Strabo autē *χαρζαφ.* v. tradit in Antandro iudicium illud fuisse celebratū.

Diri. propriè, quasi deorum ira ad sententiam illam ferendam electi.

70 *Grains*. hoc addidit ad earum distinctionem quæ sunt in Campania.

Hospes Amyclas. ex Ouidio, qui ait lib. 2. de arte,

Talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis
Candida, cum rapta cōiuge, vela dedit.

71 *Pinus matri Sacra Cybelli*. Quidius libro 10. Metamorph.

Vidi exsecrandum regia cædis nefas,
Ipsasq; ad aras maius admissum scelus 45
A Eacida armis: cum ferox seu à manu
Coma reflectens regium tortà caput,
Alto nefandum vulnere ferrum abdidit;
Quod penitus actum, cum recepisset libens,
Ensis senili tinctus è iugulo redit. 50
Placare quem non potuit à cade efferà,
Mortalis cui cardinem extremum premens,
Superiq; testes sceleris, & quondam sacrum
Regni iacentis? ille tot regum parens 55
Caret sepulchro Priamus, & flamma indiget
Ardente Troia: non tamen superis sat est,
Dominum ecce Priami nuribus & natis, legens
Sortitur urna. prada quem vilis sequar?
Hic Hectoris coniugia despondet sibi,
Hic optat Heleni coniugem, hic Antenoris, 60
Nec deest tuos Cassandra qui thalamos petat.
Mea fors timetur: sola sum Danaus metus.
Lamenta cessant? turba captiua mea
Ferite palmis pectora, & planctus date,
Et iusta Troia facite: iam dudum sonet 65
Fatalis Ida iudicis diri domus.

CHORVS MULIERVM.

HECVBA.

Anapestici.

Non rude vulgus, lachrymisq; nouum
Lugere iubet: hoc continuis
Egimus annis; ex quo tetigit 70
Phrygius Graias hospes Amyclas,
Secutiq; fretum pinus matri
Sacra Cybelli: decies niuibus
Canuit Ide, Ide nostris
Nudata rogis; & Sigeis
Trepidus campis decies secuit 75
Messor aristas: vt nulla dies
Mærore caret, sed noua stetus
Causa ministrat. ite ad planctus,
Miseramq; leua regina manum,
Vulgus dominam vile sequemur:
Non indociles lugere sumus. 80
HE. Fide casus nostri comites,

Sol-

Soluite crinem, per colla fluant
Mæsta capilli tepido Troia
85 *Pulvere turpes, paret exertos*
Turbalacertos: veste remissa
Substringe sinus, uteroq; tenus
Pateant artus. cui coniugio
Pectora velas capite pudor?
90 *Cingat tunicas palla solutas,*
Vacet ad crebri verbera planctus
Furibunda manus. placet hic habitus,
Placet. agnosco Troada turbam.
Iterum luctus redeant veteres,
95 *Solitum flendi vincite morem,*
Hectora stemus. CH. Soluimus omnes
Lacerum multo funere crinem,
Coma demisso est libera nodo,
Sparsitq; cinis feruidus ora.
100 *HE. Complete manus, hoc ex Troia*
Sumfisse licet: cadat ex humeris
Vestis apertis, utrunque tegat
Suffulta latus: iam nuda vocant
Pectora dexteras. nunc nunc vires
105 *Exprome dolor: Rhætae sonent*
Litora planctu: habitansq; cauis
Montibus Echo, non (vt solita est)
Extrema breuis verba remittat;
Totos reddat Troia gemitus.
110 *Audiat omnis pontus, & ather.*
Sauite manus, pulsu vasto
Tundite pectus: non sum solito
Contenta sono. Hectora stemus.
CH. Tibi nostra ferit dextra lacertos,
115 *Humerosq; ferit tibi sanguineos,*
Tibi nostra caput dextera pulsat,
Tibi maternis vbera palmis
Laniata iacent: fluit, & multo
Sanguine manat, quamcunque tuo
120 *Funere feci rupta cicatrix;*

Colu-

Et succincta comas, hirsutisque vertice
pinus
Grata Deum Matri, siquidem Cybeleius
Atis
Exiit hac hominem, trucoq; induit illo.
plura Pierius lib. 52. Hieroglyphic.
76 *Messor aristas*. simile est illud Catulli;
Smyrna mei Cinna nonam post denique
messam
Quam cepta est, nonamque edita poss
hyemem.
fieri potest, vt Sophoclem Catullus imitatus fuerit. nam apud illū *ἀέγ' ἢ γ' ἄν' ἔμειπ'* annū denotat.
80 *Sequemur*. tres lib. m. f. *sequamur*.
83 *Soluite crinem*. mos fuit Troianarum mulierum in luctu crinem soluere. Virgilius;
Et circum Iliades crinem de more soluta.
communis etiam mos Græcis. Seneca, in Herc. Fur.
Sed mæsta venit crine soluto Megara.
Et Herc. Oetæo, Græcicæ mulieres,
Et comas nullo cohibente nodo
Femina exertos feriat lacertos.
Italicis quoque & Gallicis feminis hunc morem communem fuisse ostendit Propertius Eleg. lib. 2. eleg. 15. Ouidius Fastor. libro 3. T. Liuius ab. V. C. lib. 1. & Iulius Cæsar lib. 7. de bello Gallico.
100 *Hoc ex Troia*. licet meus cod. m. f. contineat *has*; placet tamen vulgata lectio. Hecuba cum istud diceret pauxillum cineris Troiani manu acceptum spargebat.
103 *Suffulta*.] subbulata.
107 *Non, vt solita est*. Ouid. 3. Metamor.
Corpus adhuc Echo, non vox erat, & iam
men vsus
Garrula non alium, quam nunc habet,
oris habebat;
Reddere de multis vt verba nouissima
posset.
Aufonius;
Commoritur, Narcisse, tibi resonabilis
Echo,
Vocis ad extremos exanimata modos,
Et pereuntis adhuc gemitum profecuti
querelis,
Vltima nunciata verba loquentis amat.
ideo quidā poeta vocat Echo *ἠῆρα ἢ ἔλω*. Penes me est Cælij Symphosij libellus AEnigmatum manuscriptus, in quo de Echo tale AEnigma habetur;
Virgo modesta, sacri legem bene seruo pu-
doris,

Ore procax non sum, nec sum temeraria lingua;
Vlterò nolo loqui, sed do responsa loquenti.
Echo alicubi à Varrone appellatur Pieridum comes. Echus cuiusdam in Charentonio, primò à Lutetia Paris. lapide, exemplum mirabile, sed quod verum esse non semel cōperi, refert Petrus Boysteaus in historis prodigiosis, Paulanius Heptaphoni Attici meminit, de quo loqui videtur Lucret. lib. 4. *Quomodo verò fiat ista soni iteratio*, vide Aristotelem sect. 1. 1. problem. 23. & 51. & Fran. Toletum & alios ad lib. 2. Arist. de Animā.

121 Mora fatorum. viuo Hectore Troia capi non potuit: tantum in eo ad victorie m Graecorum differendam momenti positum erat, ideo Virgilius 9. Aeneid.

Hanc sibi cum Danaus rem saxo, aut pu- bo Pelasga Esse putent, decimum quos distulit He- ctor in annum.

Horatius, — & ademtus Hector Tradidit fessis leniora tolli Pergama Graiis.

nofter, in Agamemnone; — sola Danaus Hector & bello mora, qui versus forte ex illis Abroni Silonis, apud Senecam defumtus fuit;

Ite, agite Danaï magni Paana canentes, Ite triumphantes, belli mora concidit hora, nam de Hectore occiso hoc fragmentum accipio. existant etiã in hancrem ista Pentadij, Hectore sub magno summa est mihi gloria caelo,

Qui seps Argolicas debilitauit opes, Ille in effectus subiit, me vindice poenas: Pergama tunc ferro procubuerit meo.

123 Tu murus eras. in vno eorum epigramatum, qui Maronis operibus solent subiungi legitur:

Defensor patria, inuenit fortissimus Hector, Qui murus miseris ciuibus alter erat, Occubuit telo violenti victus Achilles.

Occubuit simul spes q, salus q, Phrygum, auctor est Higynus Achillem, cum Hectore raparet, exclamasse, Expugnauit Troiam.

133 Bisq, pharetras Passa Herculeas. Hercules in Sophoclis Philoctete ait bis debere Troiam telis suis expugnari: τὸ δ' ἄπειρο, ὅδ' ἴσ' ἔμεις ἀπὸ τῶν τοῦ τοῦ ἀλλόθεν. vnde Propertius lib. 3. eleg. 1.

Exiguo sermone fores nunc Ilion & tu Troia, bis O Ezei numine capta dei.

In eadem elegia obscure est illud; Idam Simoenta, Iouis cunabula parui.

Nam Iuppiter in Creta verè natus & sepultus traditur à Callimacho & plerisque, alij in Sicilia Messana, alij in Thebis Bceotii, alij in Arcadia Olympo natum ferunt. Propertium igitur in errorem videatur induxisse Callimachus scribens;

Ἐξ οὗ τ' ἴδ' ἱδαιίστον ἐν ἔγεισι φανήσεται, cum tamen Callimachus de Ida Crete loqueretur. Virgilius 3. Aeneid.

Crete Iouis magni medio iacet insula pōto, Mons Idæus ubi & gētis cunabula nostra.

Sed nō est cur Propertium errasse credamus. Nam didici ex scholiaste Apollonij lib. 3. Demetrium Schepstum tradidisse Phrygas Ionem apud se natum & educatū contendere cum Cretensibus & Arcadibus: ideoque omnia quae Arcades & Cretenses de eius natali ac Rheæ puerperio vluaribus & finatiko discursu exhibebant, eadem Gallos in Phrygia representare. Quō non dubito Propertium respexisse.

138 Truncum. Virgilius 2. Aeneid.

Columen patria, mora fatorum. Tu praesidium Phrygibus fessis, Tu murus eras, humerisq, tuis Stetit illa decem fulta per annos, Tecum cecidit: summusq, dies Hectoris idem patriaq, fuit.

HE. Vertite planctus, Priamove vestros Fundite fletus: satis Hector habet.

CHO. Accipe rector Phrygiae planctus, Accipe fletus bis capite senex: Nil Troia semel te rege tulit.

Bis pulsata Dardana Graio Mænia ferro, bisq, pharetras Passa Herculeas. post elatos Hecubæ partus, regumq, rogos,

Postrema pater funera cludas, Magnosq, Ioui victima casus Sigea premis litora truncus.

H. Alid lachrymas flectite vestras, Non est Priami miserranda mei

Mors, Iliades. felix Priamus, Dicite cunctae. liber manes Vadit ad imos, nec feret unquam

Vincta Graium ceruice iugum. Non ille duos vidit Atridas, Nec fallacem cernit Vlysem:

Non Argolici prada triumphis Subiecta feret colla trophaeis:

Non assuetas ad scepra manus Post terga dabit, currusq, sequens Agamemnonios aurea dextrâ

Vincula gestans latus fiet Pompa Mycenis. CH. Felix Priamus, Dicimus omnes: secum excedens

Sua regna tulit: nunc Elysi Nemoris tutus errat in umbris, Interq, pias felix animas

Hectora querit, felix Priamus. Felix quisquis bello moriens Omnia secum consumpta videt.

ACTVS

125 Hec ubi Iliades Hectoris fuit. Manilius lib. 4. astronomi, — iacet ingens litore truncum.

125

130

135

140

145

150

155

160

ACTVS SECVNDVS.

TALTHYBIVS. CHORVS.

TAL. Quam longa Danaus semper in portu mora, Seu petere bellum, petere seu patriam voluit. CH. Qua causa raris faciat, & Danaus moram, Effare, reduces quis Deus cludat vias?

165 TA. Pauet animus, artus horridus quassat tremor, Maiora veris monstra vix capiunt fidem. Vidi, ipse vidi: summa iam Titan iuga Stringebat, ortus vicerat noctem dies; Cum subito cæco terra mugitu fremens

170 Concussa, cacos traxit ex imo sinus. Mouere silua capita, & excelsum nemus Fragore vasto tonuit, & lucus sacer, Idearuptis saxa ceciderunt iugis: Nec sola tellus tremuit, & pontus suum

175 Adesse Achillem sensit, ac strauit vada. Tunc scissa tellus aperit immensos specus, Et hiatus Erebi: per uinum ad superos iter Tellure fracta præbet, ac tumultum leuat. Emicuit ingens umbra Thessalici ducis,

180 Threicia qualis arma præcludens tuis Iam Troia fatis strauit, aut Neptunium Cana nientem perculit tuuicem comâ: Aut cum inter acies Marte violento furens, Corporibus amnes clusit, & querens iter

185 Tardus cruento Xanthus errauit vado: Aut cum superbo victor in curru stetit, Egitq, habenas, Hectorem & Troiam trabens; Impleuit omne litus irati sonus: Ite, ite ineries, debitos manibus meis

190 Auferte honores, soluite ingratas rates Per nostra ituri maria. non paruo luet Iras Achilles Grecia: at magno luet Desponsa nostris cineribus Polyxena. Pyrrhi manu maetetur, & tumulum riget.

195 Hec fatus altâ voce, dimisit diem, Repetensq, Ditem, mersus ingentem specum Coeunte terra iunxit: immoti iacent

Inq, rogo Cræsum, Priamumq, in litore truncum Cui nec Troia rogos — quod postertis hemistichium noster poeta imitatus supra cecinit: — ille tot regum parens Caret sepulchro Priamus, & stâma indiget Ardente Troia — 146 Nec fallacem. Ouidius; Naryciasq, domos, regnum fallacis Vlyssis. 159 Felix quisquis. ideo olidus ille senex Tiberius Priamum felicem censebat. Identidem, inquit Suetonius, felicem Priamum vocabat, quod superstes omnium suorum existisset. hæc verba Suetonij sunt è lib. 3. historiar. nam in libros scriptorem illum partiendum esse, non vt vulgò fit, ex m. f. apparet; & quia sic adducitur à Iacobo Magno Sophologij lib. 2. cap. 17. capitum quoque distinctio ab iisdem abest, & sanè est planè commentitia. vtique in m. f. D. Martini Tornacensis recenter ab aliquo capitum distinctio margini fuit ascripta, fortassis ab Erasmo vel Glareano; qui eo libro vsi fuerunt. 168 Vicerat noctem dies. maior noctis pars erat peracta: quo tempore, quæ apparerit somnia, veraveteres existimabatur, vt alibi docemur. 174 Pontus suum. ideo suum, quia Achilles Thetidis filius fuit, Neret nepos. sic infra ait Achilles; — per nostra ituri maria. 179 Thessali ducis. Achilles alibi legitur; Mactanda virgo Thessali busto ducis. Horatius, in Odis, Achillem, Thessalum vocat. rectè Eguian. cod. Thessalici. 180 Threicia qualis arma. Thracum & Myforum exercitum, Telepho duce, Græcos repellentem, Achilles fudit, testis est Dictys Cretensis. 181 Neptunium. Cycnum, Neptuni & Mandrociæ, vel, iuxta alios, Hapalæ filium, de quo Ouidius lib. 1. 2. Metamorph. Izacius in Lycophronem, & Theon sophista, in Eucomio Achillis. 182 Caua nitentem. in Agamemn. leges; Non nitua proles Cycnus a quo rei Dei. 185 Tardus cruento. vide Homer. Iliad. p. huc respicit Papinius, in Achilleide; — modo crassa exire vetabit Flumina — in quatuor codicibus scriptis, Statiij Achilleis vnicus est liber. 187 Egitq, habenas. Homeris Iliad. x. 191 Per nostra ituri maria. communem scriptorum sententiam noster sequitur, arbitrantium Achillem Thetidis filium fuisse. Daimachus lib. 2. reditum, Achillis matrem nominat Caloen; Staphylus in lib. de Thessalia, Philomelam vocat; Tzetza scribit Chironis filiam fuisse. 197 Coeunte terra iunxit. o. v. l. quos vidi, omnes etiam prælo impressi ita continent, & sententia est minime obscura. quare non audio eum, qui pro iunxit emendat vixit. s. p. e. v. m. h. i. a. t. u. m. quem egrediens aperuerat.

200 Triton. Tritonis, iuxta Acaëlandrum, Neptuni & Celenus; vel secundum Nume-
 nium in lib. de piscationibus, Oceani & Te-
 thyos; vel, ex Hesiodi, in Theogonia, senten-
 tentia, Neptuni & Amphitrites filij, habes
 formam apud Apollonium Argonaut. 4. &
 Claudianum in carm. de nupt. Honor. & Ma-
 riæ. hic testibus Virg. lib. 10. Aeneid. & Ouid.
 lib. 1. Metamorph. & Seneca in Aethna, est
 maris bucinator. ideo Seneca fingit illum
 Achilli & Polyxenæ hymenem cecinisse.

212 Pylly senis. Nestoris. Horatius;
 — non Pyllyum Nestora aspicias?
 Albinovanus Pedo, in elegia de obitu Mæ-
 cenatis;

Ter Pylly flouere suum ter Nestora canum.
 218 Et vitem manum. Telephus, Hercu-
 lis F. rex Myrsorum, strenuus Græcos aditu
 regni sui arcens, Bacchi dolo cadens, in Per-
 gami cacumine, iuxta Suidam, ab Achille
 lancea percussus, ab eodem sanatus fuit, au-
 ctore Higyno c. 101. Dicty, & Izacio in Ly-
 cophrone. Propertius;

Mysus & Harmonia iuuenis qua cuspide
 vulner
 Senferat, hac ipsa cuspide sensit opem.
 Q. Serenus;

Vt Larissæa curatur Telephus hasta.
 idem Ouidius & alij pleriq; affirmant, nepo-
 curatum Teledum ferrugine hasta Achil-
 leæ. vnde;

Vulneris auxilium Pelias hastatulis.
 quod inde confectum puto, quia Syderite herba
 a se iauenta, Telephi vulneris Achilles sana-
 uit. vide Dioscoridem lib. 4. cap. 33. Plinium
 lib. 23. cap. 5. & Apuleium de herbarum viri-
 bus cap. 89. qui, ne quis fallatur, non est Ma-
 daurenfis ille qui de Afino scripsit: sed ab eo
 alius, cuius liber ab Aldo excusus exstat, &
 citatur etiam a Scribonio Largo, ac Marcello
 Burdegalensi: qui verò à Constantino Imp.
 in Geoponicis citatur, alius est antiquior.
 Hinc intelliges illa Claudiani;

Sanus Achilleis remenit Telephus herbis,
 Cuius pertulerat vires, & sensit in vno
 Lethæalem placidamq; manum, medicina
 per hostem
 Contigit & populit, quos fecerat ipse,
 dolores.

nec mirum, medicinam etenim Achilles di-
 dicit à Chirone, vt testatur idem Claudianus
 de 3. consul. Honorij agens;

— nec ocyus hausit Achilles
 Semiferi precepta senis; seu cuspida artes,
 Siue lura cantus, socius seu disceret herbas.

Porrò ab hoc vulnere Telephi, immedicabi-
 lia vulnera dicuntur Τελιφειῶνα, au-
 ctore Paulo Aegineta lib. 4. cap. 46. quo lo-
 co idem de Chironeo vulnere tradit, post

Tranquilla pelagi, ventus abiecit minas,
 Placidumq; fluctu murmurat leni mare,
 Triton ab alto cecinit hymenaum choro.

200

PYRRHVVS. AGAMEMNON.
CALCHAS.

PYR. Cum lata pelago vela rediturus dares,
 Excidit Achilles; cuius vnius manu
 Impulsa Troia corruit tandem solo,
 Breui repensans quicquid obiecit mora
 Scyros, fretumq; Lesbos Aegeum secans;
 Illo remoto, dubia quò caderet stetit;

205

Velis licet, quod petitur, ac properes dare,
 Sed es daturus: iam suum cuncti duces
 Tulere precium, quæ minor merces potest
 Tanta dari virtuti? an is meruit parum,

210

Qui fugere bellum iussus, & longa sedens
 Auum senectâ degere, ac Pylly senis
 Transcendere annos; exiit matris dolos,
 Falsasq; vestes, fassus est armis virum?

215

Inhospitale Telephus regno impotens,
 Dum Mysia ferocis introitus negat,
 Rudem cruore regio dextram imbuuit,
 Fortemq; eandem sensit, & mitem manu.

220

Cecidere Thebæ, vidit Eetion capi
 Sua regna victus: clade subuersa est pari
 Apposita celso parua Lyrnessos iugo,
 Captag; tellus nobilis Brisetide,

225

Et, causa litis regibus, Chryse iacet,
 Et nota fama Tenedos, & quæ pascuo
 Fœcunda pingui Thracios nutrit greges,
 Et sacra Phœbo Cilla: quid? quas alluit

230

Vernis Caycus gurgitem attollens aquis?
 Hæc tanta clades gentium, ac tanti pavor,
 Sparsa tot vrbes, turbinis vasti modo,
 Alterius esset gloria, ac summum decus,

335

Iter est Achillis, sic meus venit pater,
 Et tanta gessit bella, dum bellum parat.
 Vt alia fileam merita: non vnus satis
 Hector fuisset? Ilium vicit pater,

Vos diruistis, inclytas laudes iuuat,
 Et clara magni facta genitoris sequi.

Iacuit peremptus Hector ante oculos patris,
 Patruiq; Memnon; cuius ob luctum parens

Pallente mastum protulit vultu diem,
 240 Suiq; victor operis exemplum horruit,
 Didicitq; Achilles, & deâ natos mori.
 Tum versa Amazon vltimus cecidit timor:

Debes Achille, merita si digna estimas,
 Et si Mycenis virginem, atque Argis petat.
 245 Dubitatur etiam: placita nec subito probas?
 Priamiq; natam, Pelei nato, ferum
 Mactare credis? at tuam natam parens
 Helena immolasti: solita iam, & facta expeto.

AG. Iuvenile vitium est, regere non posse impetum.
 250 Etatis alios feruor hic prima rapit,
 Pyrrhum paternus: spiritus quondam truces,
 Minasq; tumidi lentus Aecida tuli.

Quò plura posis, plura patienter feras.
 Quid cade dira nobilem clari ducis
 255 Aspergis umbram? noscere hoc primum decet,
 Quid facere victor debeat, victus pati.
 Violenta nemo imperia continuit diu.
 Moderata durant: quoq; fortuna altius
 Evexit, ac lenauit humanas opes;

260 Hoc se magis suppressere felicem decet,
 Variosq; casus tremere, metuentem deos
 Nimum fauentes, magna momento obrui
 Vincendo didici. Troia nos tumidos facit,
 Nimum ac feroces: stamus hoc Danaï loco,
 265 Vnde illa cecidit, fateor, aliquando impotens
 Regno ac superbus, altius memet tuli.
 Sed fregit illos spiritus hæc, qua dare
 Potuisset alij, causa, fortuna fauor.

Tu me superbum Priame, tu timidum facis.
 270 Ego esse quicquam sceptræ, nisi vano putem
 Fulgore tectum nomen, & falso comam
 Vinclo decentem? casus hoc rapiet breuis,
 Nec mille fors an ratibus, aut annis decem.
 Non omnibus fortuna tam lenta imminet.

275 Equidem fatebor (pace dixisse hoc tuâ
 Argiua tellus liceat) affligi Phrygas,
 Vinciq; volui ruere, & aquari solo,

249 Impetum, quidam v. l. imperium. 252 Tuli. Iliad. 4.
 vnto nimum secundo Turgida vela. 261 Variosq; casus tremere. Horatius lib. 2. odor.
 Speras infestis, metuit secundis Alteram sorte bene preparatum Pectus &c.

262 Magna momento obrui. dici solet, facilius est diruere, quam ædificare. Isocrates αὐτῶν Φιλίππων ὄψιν αὐτῶν
 h

Galenum lib. 4 de composit. med. & Thera-
 peut. lib. 2. 220 Sua regna, cam Cilicia
 partem, cuius metropolis Thebæ. Ouidius;
 Eetionem impleus sanguine Thebas.
 Horatius; — Eetionem Thebæ.
 Propertius lib. 2.
 Et Thebæ steterant, altaq; Troia fuit.

Macrobii lib. 5. Saturnal. cap. 14. Theben,
 vnius, non plurium, numero esset Græcos
 secutus. cuius rei duo quidem exempla ipse
 adducit; ego verò etiam altera duo proferte
 possen, Strabonis lib. 13. & Q. Smyrn. lib. 3.
 221 Lyrnessos, sic scribendum ex Homero,
 Smyrnao, Strabone, Ouidio, cæteris: quam-
 quam vitio operarum proximè citato Ma-
 crobij loco λυρνησῶν, pro λυρνησῶν exisset.

223 Causa litis, vide Homerum, Iliad. 4.
 226 Sacra Phœbo Cilla. Homerus; Κίλλα
 & Ζαδίβο. pro sacra, meus cod. antiq. habet
 cara. 231 Iter est Achille, simillimum
 est illud Claudiani, in 1. panegy. de 1. con-
 sulat. Stilichonis;

231 Iter est Achille, simillimum
 est illud Claudiani, in 1. panegy. de 1. con-
 sulat. Stilichonis;

233 Causa litis, vide Homerum, Iliad. 4.
 236 Sacra Phœbo Cilla. Homerus; Κίλλα
 & Ζαδίβο. pro sacra, meus cod. antiq. habet
 cara. 231 Iter est Achille, simillimum
 est illud Claudiani, in 1. panegy. de 1. con-
 sulat. Stilichonis;

239 Pallente mastum. Ouidius de Aurora
 Memnonis matre lib. 13. Metam. scripsit;
 Cura deâ propior luctuosq; domesticus angit
 Memnonis amissis, Phrygius quem lutea cæpis
 Vidit, Achillea pereuntem cuspide mater,
 Vidit & ille color, quo matutina rubescunt
 Tèpora, palluerat; lauitq; in nubibus ather.
 idem tradidit Triphilodorus.

241 Diu natos mori, v. l. quos vidi conti-
 nent; Dea natos mori, quod amplector, nam
 & ante Memnonem, Troiano bello, multi-
 diis nati oppetierunt; Memnone verò Auro-
 ræ filio, à se occiso, Achilles, Thetidis filius,
 se quoque mortalem esse, didicit.

242 Amazon. Penthafilea; quam Dares à
 Neoptolemo interfectam scribit.

247 At tuam natam parens. Iphigeniam;
 noster, vt Euripides, Agamemnonis ex Cly-
 temnestra; alij eiusdem ex Chryseide, Afty-
 nomæ filia; Duris, & alij nonnulli Thesci ex
 Helena filiam fuisse tradiderunt. Non mi-
 nor controersia est, de Iphigeniæ in sacrificio
 metamorphosi. Sunt à quibus proditur in
 anum transformata; Nicaudrus ait mutatam
 in Taurum; Phanodemus historicus in vr-
 sum; plerique in cernam; Meryllus, primo
 Bœotiecorum, in buculam. Simile quidpiam
 Romanæ cuidam virgini Metellæ accidisse,
 tradit alicubi Plutarc, ex Pythocle, in Italicis.

Etiam

260 Felicem decet. Horatius; Contrahens

Etiam

260 Felicem decet. Horatius; Contrahens

ἴδω' ἐπὶ τὴν ἀποικίαν ζαλευπόν. Ἀγαλλιστοῦ δὲ πρόδου. quo spectat dictum illud Laconis cuiusdam de Philippo, qui Olynthum diuenerat, apud Plurarchum & Ἐπιχαιρίαν.

290 Qui non uetat peccare, cum possit, iubet. ex Thucydide lib. 1. & γδ δ δελωσάδραρος. ἀλλ' ὁ δὲ δωαδρῶν ἴδω' ἀπὸ τῶν ἄλλων δὲ ἀλαθίστην αὐτοῖς δρεῖ, εἰσὶν ἡμῶν τὴν ἀξίαν τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἐπισημαίνων τῶν ἑκατάων οἰστῶν.

291 Cicero in offic. Nam qui iniuste impetū in aliquem facit, aut ira, aut aliqua perturbatio, ne incitatus, is quasi manus videtur adferre socio: qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, iniuria; tam est in vitio, quam si parentes aut patriam aut socios deserat. Conuenit autem hæc Senecæ sententia cum nonnullis responsis Pauli, l. 4. D. de noxal. action. l. 45. D. ad leg. Aquil. l. 50. & l. 109. D. de diuers. regul. iur. antiq. & Vlpiani l. 25. §. 5. D. de Damo infec. l. 1. r. in fi. D. de his qui notan. infam. huc spectat illud Apulei lib. 6. de asino aureo; An ignoro etiam eos, qui mortis auxilium salutare denegarint, quod contra bonos mores id fecerint, solere puniri: de hac re plura Decius, Cagnol. Faber & Ræuaid. ad d. l. 50. & ad d. l. 109. Bart. Alex. Taf. & omnes in l. quæ dotis. D. solu. matri. Phænucius de lucro dor. glof. r. 3. num. 8. Imbertus Rupellanus in Enchiridio, pag. 160. & alij passim.

297 Quando in inferias homo. ab Achille Patroclo duodecim homines in inferias impenduntur apud Homerum Iliad. φ'. & Palanti ab Aenea, apud Virgilium Aeneid. 10. Præterea pseudodidii antiquorum homines immolari non fuit insolens. Fecerunt hoc Carthaginenses & Celtæ, teste Dionysio Halicarnass. lib. 1. Scythæ auctore Herodoto in Melpom. Leucadij & Albani, si Straboni credimus lib. 10. & 11. Achai & Lacedæmonij, ut scribit Pausanias in Lacon. & Achaicis, fecere Aristomenes, Pellæi, Phocenses, Lesbij, Lycij teste Clemente Alex. in Protrept. & Euseb. lib. 4. de præparat. c. 7. & S. R. hodij, Salaminiij, Spartani, & alij de quibus Theodoret. lib. 7. curation. Græcan. necnon Gothi, ut testantur Olaus Magnus, & Ioannes Magnus in eorum historia.

303 Solio. propter Briseidem & Chryseidē hoc dicit, sed in o. v. l. legitur subitō, vnoque modo πολυφιλιῶν eius capite.

306 Maiorem. te ipsum.

312 Supplex paternus. Iliad. Ω.

315 Atiaci preces. Iliad. ε.

320 Chelym. apud Homerum dicto loco.

Etiam arcuisssem. sed regi frenis nequit, Et ira, & ardens hostis, & victoria Commissa nocti. quicquid indignum, aut ferum 280

Cuiquam videri potuit, hoc fecit dolor, Tenebræq; per quas ipse se irritat furor, Gladiusq; felix; cuius infecti semel 285

Vecors libido est. quicquid euersa potest Superesse Troiæ, maneat: exactum satis Pænarum, & ultra est. regia ut virgo occidat, Tumuloq; donum detur, & cineres riget, Et facinus atrox cadis, ut thalamos vocem, Non patiar. in me culpa cunctorum redit.

Qui non uetat peccare, cum possit, iubet. 290

Nullumne Achilles præmium manes ferent? AG. Ferent, & illum laudibus cuncti canent, Magnumq; terræ nomen ignota audient. Quod si leuatur sanguine infuso cinis; Opima Phrygiæ colla cadantur gregis, 295

Fluatq; nulli flebilis matri cruor. Quis iste mos est, quando in inferias homo est Impensus homini? detrabe inuidiam tuo Odiumq; patri, quem coli pœnâ iubet. 300

O tumide, rerum dum secundarum status Extollit animos: timide, cum increpuit metus. Regum Tyrannæ: iamne flammatum geris Amore subito peccatus, ac Veneris noua? Solusne toties spolia de nobis feres? Hac dextrâ Achilli victimam reddam suam: 305

Quam si negas, retinesq; maiorem dabo, Dignamq; quam det Pyrrhus. & nimium diu A cade nostra regiâ cessat manus, Paremq; poscit Priamus. AG. haud equidem nego Hoc esse Pyrrhi maximum in bello decus, 310

Sauo peremptus ense quod Priamus iacet, Supplex paternus. PYR. supplices nostri patris, Hostesq; eosdem nouimus. Priamus tamen Præsens rogauit: tu graui pavidus metu Nec ad rogandum fortis, Atiaci preces 315

Ithacoq; mandas, clusus, atque hostem tremens. AG. At non timebat tunc tuus fateor parens, Interg; cadet Graciæ, atque vstas rates, Segnis iacebat, belli & armorum immemor, Leni canoram verberans pleçtro chelym. 320

PyR. Tunc magnus Hecctor arma contemns tua,

Cantus

Cantus Achilles timuit: & tanto in metu Nauatibus pax alta Thessalicis fuit. AG. Nempe iisdem in istis Thessalis nauatibus, 325

Pax alta rursus Hecctoris patri fuit. PYR. Est regis alti, spiritum regi dare. AG. Cur dextera regi spiritum eripuit tua? PYR. Mortem misericors saepe pro viâ dabit. 330

AG. At non misericors virgines busto petis. PYR. Iamne immolari virgines credis nefas? AG. Præferre patriam liberis regem decet. PYR. Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit, AG. Quod non uetat lex, hoc uetat fieri pudor. 335

PYR. Quodcunque libuit, facere victori licet. AG. Minimum decet libere, cui multum licet. PYR. His ista iacta, quos decem annorum graui Regno subactos Pyrrhus exoluit iugo. AG. Hos Scyros animos? P. scelere qua fratrum caret. 340

AG. Inclusa fluctu. PY. nempe cognati maris. Atrei & Thyestæ nobilem noui domum. AG. Ex virginis concepte furtiuo stupro, Et ex Achille nate, sed nondum viro. PYR. Illo ex Achille, genere qui mundum suo Sparsum per omnem, cælitum regnum tenet. 345

Thetide aquor, umbras Eaco, cælum Ioue. AG. Illo ex Achille, qui manu Paridis iacet. PYR. Quem nec deorum cominus quisquam petiit. AG. Compescere equidem verba, & audacem malo Poteram domare: sed mens captis quoque 350

Scit parcere ensis. potiùs interpres desum Calchas vocetur: fata si postulant, dabo. Tu qui Pelasga vincula soluisti rati, Morasq; bellis, arte qui reseras polum, Cui viscerum secreta, cui mundi fragor, 355

Et stella longa semitam flammâ trahens Dant signa fati: cuius ingenti mihi Mercede constant ora, quid iubeat Deus Effare Calcha, nosq; consilio rege. CAL. Dant fata Danaïs, quo solent precio, viam. 360

Maçtanda virgo est Thessali busto ducis: Sed quo iugari Thessalæ cultu solent, Ionidē ve, vel Mycenæe nurus. Pyrrhus parenti coniugem tradat suo. Sic ritè dabitur. non tamen nostras tenet 365

Hæc una puppes causa. nobilior tuo, Polyx-

329 At nunc misericors. libri m. s. non pro nunc.

338 Hos Scyros animos? scilicet tam vile regnum, ut eius inopia & humilitas adagio, δεινὴ οὐκ ἐστὶν ἄρχη originem dederit.

342 Sed nondum viro. non abs re hoc dictum est. nam qui a iuuenibus procreantur, non æquè robusti aut perfecti esse solent, ac illi qui gignuntur à viris, auctore Aristotele lib. 7. Politic. cap. 1. 6. quare plerique viros matrimonium ante trigésimum ætatis annum contrahere noluerunt, Aristoteles dicto loco, Plato lib. 6. de Repub. Solon apud Philonem lib. 2. de mundi officio.

352 Rati. quædam membrana, ratiis. 361 Iugari. matrimonio iungi. meraphora à bubus ducta, qui, quædo idem iugum subeunt, iugantur. ea figura sic vsum comperio Plautum, in Curculione:

— iamne ea fert iugum? & Horatium; Nondum subacta ferre iugum valet Cernice

Sanè posset quis suspicari, Senecæ alluisse ad morem, quem Seruius & S. Isidorus commemorant, sponso & sponsa iugum imponendi, vnde Iuga Iumo Sex. Pompeio; Iugia Dionysio, Mufonio & Apuleio, ut rectè sentierunt Brisonius in lib. singulari de ri-nupt. & M. Anton. Antimachus, teste Alexandro Sardo in libro de moribus gentium. à Nonno etiam Panoplitano Dionysiac. sic nominatur. Musæus citante & emendante Geratto Falckenburgio ad dictum locum Nonni cecinit;

ἡ γὰρ οὐκ, ἀλλ' ἀχόρδου. ἔω δέχου, ἀλλ' ἀπὲρ ὕμων, ἐ ζυγίλω ἠέλω &c.

Polyxe- h 2

367 Turre de summa, pro summa, in mem-
bris vel dira, vel dura legitur.

372 Coniux oculis imposuit manum. olim
propinquoies quique mortentium oculos
claudabant. Virgil. 9. Aeneid.

— nec te, tua funera, mater,
Produxi, pressitue oculos —

quo loco Donatus scribit hoc moris fuisse.
Quid lib. 4. amor. eleg. 8.

Hic cerè manibus fugientes pressit oculos
Mater, & in cineres ultima dona dedit.
Non lubet alia testimonia congerere. sunt
enim infinita.

384 Pegaseo corripit gradus. proverbiali-
ter, pro celerissimo. Sic Valer. Catullus;
Non si Pegaseo ferar volans.

399 Quo iaceas. in v. l. inuenio; quo ia-
ceant, male.

405 Non facili. sic Horatius, in elegantis-
sima ode ad Virgilium, de morte Quintilij
Vari;

Quam virga semel horrida,
Non leuis precibus fatia recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.

435 Sopor. varia somniorum genera ab
Hippocrate, in libro de insomniis, referun-
tur. noster soporis nomine id comprehendit
quod Theffalus Hippocratis filius, in lega-
tione, φάσος vocauit: Herodotus vero non
semel ἄφρονος Homerus Iliad. τ. ἔπι-
ἀν τοῖς ὄφρονος ὕπνῳ, ait doctissimus Scaliger, in
comentario dicti libri Hippocratis. huius-
modi φάσος siue ἀφρονος, multa refert
Valerius Maximus, & Tullius lib. 1. de nat.
deor. & lib. 1. de diuinat.

*Polyxena, cruore debetur cruor,
Quem fata querunt: turre de summa cadat
Priami nepos Hectoris, & Isthmum oppetat.
Tum mille velis impleat classis freta.*

CHORVS.
Choriambici.

*Verum est, an timidos fabula decipit,
Umbras corporibus viuere conditis?
Cum coniux oculis imposuit manum,
Supremusq; dies solibus obstitit,
Et tristes cineres urna coercuit,
Non prodest animam tradere funeri,
Sed restat miseris viuere longius?
An toti morimur? nullaq; pars manet
Nostris; cum profugo spiritus halitu
Immixtus nebulis cessit in aera,
Et nudum tetigit subdita fax latus?
Quicquid sol oriens, quicquid & occidens
Nouit: caruleus Oceanus fretis
Quicquid vel veniens, vel fugiens lauat,
Etas Pegaseo corripit gradu.
Quo bissera volant sidera turbine,
Quo cursu properat secula voluere
Astrorum dominus, quo properat modo
Obliquis Hecate currere flexibus.
Hoc omnes petimus fata, nec amplius,
Iuratos superis qui tetigit lacus,
Vsq; quam est, ut calidis fumus ab ignibus
Vanescit spaciū per brene sordidus:
Ut nubes gravidas, quas modo vidimus,
Arctoi borea disscit impetus:
Sic hic, quo regimur, spiritus effluet.
Post mortem nihil est, ipsaq; mors nihil,
Velocis spaciū meta nouissima.
Speram ponant auidi solliciti metum.
Quis quo iaceas post obitum loco?
Quo non nata iacent.
Tempus nos auidum deuorat, & chaos.
Mors indiuidua est noxia corpori,
Nec parcens anima. Tanara, & aspero
Regnum sub domino, limen & obsidens
Custos non facili Cerberus ostio,
Rumores vacui, verbaq; inania
Et par sollicito fabula somnio.*

ACTVS TERTIVS.
ANDROMACHA. SENECA.
VLYSSES.

*AN. Quid maesta Phrygia turba laceratis comas?
Miserumq; tunsa pectus, effuso genas
410 Fletu rigatis? leuia perpeisse sumus,
Si flenda patimur. Ilium vobis modò,
Mibi cecidit olim; cum ferus curru incito
Mea membra raperet, & graui gemeret sono
Peliacus axis pondere Hectoris tremens.
415 Tunc obruta atque euerfa Troia concidit.
Torpens malis, rigensq; sine sensu feror:
Iam erepta Danais coniugem sequerer meum,
Nisi hic teneret. hic meos animos domat,
Morig; prohibet: cogit hic aliquid deos
420 Adhuc rogare. tempus arumna addidit.
Hic mihi malorum maximum fructum abstulit,
Nihil timere. prosperis rebus locus
Ereptus omnis: dira, qua veniant, habent.
Miserum est timere, cum speres nihil.
425 SE. Quis te repens commouit afflictam metus?
AN. Exoritur aliquod malis è malo malum.
Nondum ruentis Ilij fatum stetit.
SE. Et quas reperiet, ut velit, clades Deus?
AN. Stygi profundi claustra, & obscuri specus
430 Laxantur: & ne desit euerfis metus,
Hostes ab imo conditi tumulo exeunt.
Solisne retro peruium est Danais iter?
Certe aqua mors est: turbat, atque agitat Phrygas
Communis iste terror. hic proprie meum
435 Exterret animum, nohis horrenda sopor.
SE. Quae visa portent, effer in medium, metus.
AN. Partes ferè nox alma transferat duas,
Clarumq; septem verterant stella iugum:
Ignota tandem venit afflictæ quies,
440 Breuisq; fessis somnus obrepfit genis,
(Si omnis ille est mentis attonita stupor)
Cum subito nostros Hector ante oculos stetit,
Non qualis ultrò bella in Argivos ferens,
Gratas petebat facibus Iææis rates;
445 Nec cæde vastâ qualis in Danaos furens
Vera ex Achille spolia simulato tulit,
Non ille vultus flammæ incendens inbar;*

436 Visa. ὁράματα hæc triplicia sunt, ut ait
Scaliger d. loco, pag. 9. aut enim præsententena
ostendunt, ut apud Virgil. Hector Aeneas aut
præteritam, ut Elysiæ Sichæus & Alcyonæ
Ceyx Ouidianus: aut futuram, ut Anchisæ
Aeneas & hic Hector Andromachæ; ite bo-
ues Pharaoni, statua regi Assyriorum in fa-
cris litteris, necnon apud Claudianum Vm-
bræ Ruffino. ea pars χρησιμώδης Græcis,
nostris diuinitatio appellatur.

437 Partes feror: alma transferat duas.
Renatus Vegetius lib. 3. de re milit. Roma-
nos scibit noctem in quatuor partes diuisif-
se: quod huc non pertinet. Arbitror enim Se-
necam hoc loco noctem in tres partes distri-
buisse. nam Andromacham, Græcorum capti-
uam, in Græcis castris agentem, verisimile est
iuxta Græcorum consuetudinem loqui. quæ
consuetudo traditur ab Homero Odyss. 2.

ἄλλοτε δὴ τῆρα νυκτὸς ἴλου, μὴ δ' ἀστὲρ βα-
κέη.

post mediam igitur noctem ait sibi φάσος
oblatum, ut verum esse credatur. Theocritus;
Ἐδὲ ἄπῃ ποτὲ Κῦπρις ἐπὶ γλυκῶν ἢ ἀσ-
τέρον,
νυκτὸς ὅτε τῆρα πῶν λάχῃ ἔτετε, ἐχέουσι δὴ
ἦν.

ἔπειτα ὅτε γλυκίων μίλιτι βλαφάροισιν
ἐφίλῳν

λυσιμελὴς πῶδα μαλακῶν φάσα δρομῶν
δὲ τῆ ἀστέρων πικρῶν ἔδον ἀείρων.

Nox alma. almam dici Cererem ab alen-
do, alibi scripti. nox etiam alma vocatur, quia
nocturna quies, cibi instar, homines alit, vel
quia noctem siderum matrem seu nutricem
veteres dixerunt. Euripides;

ὁ γυζὲ μέλαινα, χρυσίων ἄστρων τροφέ.
Tibullus lib. 2.

Ludite, iam nox iungit equos, currumq;
sequuntur

Matris, lasciuo sidera fulua choro.
quod etiam Theocritus in Pharmaceutria.

Transferat. al. transferat. vtrumque
quoad sententiam recipi potest. transmitto
enim pro transeo nō est insolens. Lucr. li. 2.

Et circū volitant equites. medioq; repētē
Transmittunt valido quatiens impete
cæmpos.

apud Macrobiū lib. 6. Saturnal. cap. 4. scri-
ptum est: sed & Pestañus Vibenensis sic ait:

Pedibus equos transmissimus. sic vulgò ex-
stat: fortassis tamen tutius sit reponere; Pedi-
bus Æquos transmissimus.

444 Facibus Ideis. Iliad. 6 & Iliad. 2.

446 Vera ex Achille spolia simulato.

Patroclum intellige, qui Achillis arma induca-
rat, Iliad. 7. ceterum sunt hæc ex Virgilio
f. 2. Aeneid.

Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus
 ab illo
 Hector, qui redit exuvias indutus Achillus,
 Vel Danaum Phrygios iaculatus puppi-
 bus ignes.
 449 Squalida obiectus coma. Virgilius, de
 Hectore;
 Squalentemq; barbam & concretos san-
 guine crines,
 Vulneraq; illa gerens qua circum plurima
 muros
 Accepit patrios —

459 Fallax per ipsos. Virgilius Aeneid. 6.
 Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
 Ter frustra compressa manus effugit imago,
 Par levibus ventis, volucribusq; simillima
 somno.

A Sabinus, in epist. heroid.
 Rettulit illa domus eadem mala, meque
 querentem

Fugit ab amplexu ter resoluta meo.
 quo loco pro meq; forte legendum terq;, vt
 Virgilij dictis versibus, & Homericis Odyss.
 λ. quos imitatur, respondeat.

462 Nimum inclyti. nobilis. sic sumitur
 Hercule Fur. actu 2. Hercule Oetæo actu 4.
 Medea actu 3. sic interpretatur Festus, cui
 assentitur Seruius libro 6. Aeneid. qui à Gre-
 co κλυτός deducit.

463 Hos vultus. Dares ait Hectorem bla-
 sum, barbatum, crispum, strabū, candidum,
 pernicios membris, venerabili vultu fuisse.

471 Recidua ponus Pergama. Virgilianum
 aliud imitatur;

EL Recidua manu posuissem Pergama
 vitæ.

481 Fraudis. in fra dolum dicit,
 amone testes doli.

scilicet quia omnis fraus dolus est. non omnis
 tamen dolus est fraus. quidam enim dolus
 bonus est. ideo edicto Prætoris adiicitur ma-
 lus, l. i. D. de dolo malo. fraudem quoque ve-
 teres delictum dixerunt: & quia iure omni
 delicto pœna adiuncta est, fraudem etiam
 pœnam nominarunt, vt aduertit Hugo Do-
 nellus, in tract. de ædil. edict. pag. 279.

Sed fessus, ac deiectus, & fletu grauis,
 Similisq; nostro, squalida obiectus comâ,
 Iuuat tamen vidisse. tum quassans caput,
 Depelle somnos, inquit, & natum eripe
 O fida coniux. lateat, hæc vna est salus.
 Ommitte fletus. Troia quod cecidit, gemis?
 Vtinam iaceret tota: festina, amoue
 Quocunque nostra paruulam stirpem domus.
 455
 Mihi gelidus horror ac tremor somnum excutit,
 Oculosq; nunc huc pauida, nunc illuc ferens,
 Oblita nati, misera quasiui Hectorem.

460
 Fallax per ipsos umbra complexus abit.
 O gnate, magni certa progenies patris,
 Spes vnica Phrygius, vnica afflictæ domus,
 Veterisq; soboles sanguinis nimium inclyti,
 Nimumq; patri similis. hos vultus meus
 Habebat Hector, talis incesu fuit,
 465
 Habituq; talis: sic tulit fortes manus;
 Sic celsus humerus, fronte sic toruâ minax,
 Ceruice fusam disperans latâ comam.

470
 O nate sero Phrygius, at matri cito,
 Erit ne tempus illud, ac felix dies;
 Quo Troici defensor & vindex soli,
 Recidua ponas Pergama, & sparfos fugâ
 Ciues reducas: nomen & patriæ suum,
 Phrygiusq; reddas? sed mei fati immemor,
 Tam magna timeo vota. quod captis sat est,
 475
 Vinamus. heu me! quis locus fidus meo
 Erit timori: quæve te sede occulam?
 Arx illa polleus opibus, & muris deum
 Gentes per omnes clara, & inuidia capax,
 Nunc puluis altius strata sumi flamma omnia,
 480
 Superestq; vastâ ex vrbe ne tantum quidem,
 Quo lateat infans. quem locum fraudi legam?
 Est tumulus ingens coniugis cari sacer,
 Verendus hosti, mole quem immensâ parens,
 Opibusq; magnis struxit in luctus suos,
 Rex non auarus. optimè credam patri.
 485
 Sudor per artus frigidus totos cadit:
 Omen tremisco misera feralis loci.
 SE. Hæc causa multos vna ab interitu arcuit,
 Credi perisse. AN. vix spei quicquam est super.
 Graue pondus illum, magna nobilitas, premit.
 490
 SEN. Ne prodat aliquis: amoue testes doli.

AN.

AN. Si quaret hostis? SE. vrbe in eversa perit.
 AN. Quid proderit latuisse redituro in manus?
 SE. Victor feroces impetus primos habet.

495 AN. Quid? quod latere sine metu magno nequit?
 SE. Miser occupet præsidia, securus legat.
 AN. Quis te locus, qua regio seducta, inuia
 Tutò reponet? quis feret trepidis opem?
 Quis proteget? qui semper, etiam nunc tuos
 500 Hector tuere: coniugis furtum præ-
 Serna, & fideli cinere victurum excipe.
 Succede tumulto nate: quid retro fugis,
 Turpesq; latebras spernis? agnosco indolem.
 Pudet timere: spiritus magnos fuge,
 505 Animosq; veteres, sume quos casus dedit.
 En intuere, turba qua sumus super,
 Tumulus, puer, captiua: cedendum est malis.
 Sanctas parentis conditi sedes, age,
 Aude subire. fata si miseros iuuant,
 510 Habes salutem: fata si vitam negant,
 Habes sepulchrum. SE. claustra commissum tegunt.
 Quem ne tuus producat in medium timor,
 Procul hinc recede, teq; diuersam amoue.

AN. Lenius solet timere, qui propius timet.
 515 Sed si placet, referamus hinc alio pedem.
 SE. Cohibe parumper ora, que stusq; opprime:
 Gressus nefandos dux Cephaleum admonet.
 AN. Dehisce tellus, tuq; coniux ultimo
 Specu reuulsam scinde tellurem Stygis,
 520 Sinu profundo conde depositum meum.
 Adest Vlysses, & quidem dubio gradu
 Vultuque, nec ut pectore astus callidos.
 VL. Dura minister sortis, hoc primum peto;
 Vt ore quamuis verba dicantur meo,
 525 Non esse credas nostra: Graiorum omnium,
 Procerumq; vox est: petere quos seras domus
 Hectorea soboles prohibet: hanc fata expetunt.
 Sollicita Danaos pacis incertæ fides
 Semper tenebit, semper à tergo timor

530 Respicere coget, arma nec poni sinet;
 Dum Phrygius animos natus euersis dabit,
 Andromacha. AN. vester augur hoc Calchas, canit?
 VL. Et sitaceret augur hæc Calchas, tamen
 Dicebat Hector, cuius & stirpem horreo,
 535 Generosa in ortus semina exsurgant suos:

Sic

506 En intuere turba qua sumus super,
 Tumulus, puer, captiua. tale est Penelopes
 apud Ouidium argumentum;
 Tres sumus imbelles numero, sine viribus
 vxor,
 Laertesq; senex, Telemachusq; puer.

523 Hoc primum peto, solent, qui mala nū-
 ciant, ante precari, ne sibi hoc impurctur.
 Talthybius apud Euripidem Troadib.

μή με συήσης, οὐχ ὅκων γδ ἀρχελαῶ
 Δαιμόν τε κρινά Πιλοπιδῶν τ' ἀρξέλιουτος
 apud Sophoclem, in Antigone, nuncius:
 φέρω σοὶ θέλω σοὶ σπῆσαι τὰ μωυ εἶν. τὸ γδ
 πρῶτον ἔτ' ἔδρασ', ἔτ' εἶδον ὅτις λυδὶ ὄρων.
 Terentius Eunuch. actu 5.

P. Hæc primum te arbitrari id quod res
 est, velim.
 Quidquid huius factum est, culpa non fa-
 ctum est mea.

L. Quid? P. rectè sane interrogaſti. oportet
 tui
 Rem prænarrasse me. Emit quædam Phæ-
 driæ, &c.

huiusmodi prologium antiqui prologium
 vocabant. Festus.

535 Generosa in ortus ab Euripide transla-
 tum, qui in Heraclidis;
 δεινὸν γδ ἐχθροῖς ἑλεσσοῦντες εὐγυνεῖς
 νεανία τε, καὶ πατέρας μεμνημένοι
 λύκους.

Item, in eadem fabula;
 ἐχθρὸν λέοντα & δυσὸν βλαστῆρας
 ἠλκυνας ἀν κρησίου.

ea verò de causa, quam hic Vlysses prætextit,
 scribit Statius;

νῆπιος δὲ πατέρος κρείωνος παῖδ' αἰ κρησίου
 quod ipsum etiam à Xenophonte alicubi loci
 ptum memini.

540 *Qua tenera caso virga.* hanc virgae comparari neml. alo quoque non neglexit, inquit;

Qua praeibat latas arbor spaciatib' umbras. Quo primu' posita est tempore virga fuit: Tunc poterat manibus summa tellure reuelli; Nunc stat in immensam viribus aucta sua.

541 *Matri.* arborem plantarum, qua ab eius trunco, quasi pulli, nascuntur, matrem vocant, vt Virgilius;

Hic plantas tenero absindens de corpore matrum.

Item; — *Parnassa laurus* Parua subinget matri se subiicit umbra. 554 *Victor.* Agamemnon. Euripides, in Iphigenia priore.

559 *Præstrincta.* manus ferro præstringuntur. oculi etiam splendore præstringuntur. quod posterius nolim mutari in præstringuuntur; cum propter omnium librorum vnam mem consentum: tum quia Nonius ait; Strictura dicuntur proprie scintilla, quæ de ferro feruenti excunt, quod aut strictè emittantur, hoc est, celeriter: aut oculos suo fulgore præstringant. Et Alconius Pedianus, dignissimus cui credatur in re longè maior:

PRÆSTRINGATACIEM. Vel à præstigiatoribus translitulum verbum: vel à tironibus, qui ignari & rudes pugna etiam vano armorum sonitu terrentur præstrictis luminibus.

Si à præstigiatoribus, præstringo; non ab antiquo verbo stringo, deducitur. si à præstringo, stricturæ; præstringo, non præstringo dicendum. alioquin stinçturas vel stinçturat dicere quis ferat?

560 *Latus flamma cinçta.* veteres flammam & ignem ad exprimendum, quod volebant, quaestionibus adhibuisse, ex Martyrum historis patet à Prudentio & aliis compositis: & Lucretio;

Verbera, carniçes, robur, pix, lamina, tæda. Iudocus Damhaderius V. C. in praxi rerum crimin. c. 37. num. 18. vt & Ludouic. Carrerius in præct. crimin. pagina 69. num. 10. negant vsipiam in iure alterius tormenti fieri mentionem, quam eius quod funibus sit, cuius extat vestigium I. nullus C. ad leg. Iul. Maieft. extat tamen in iure nostro eculei, vngularum seu fidicularum mentio I. 8. C. de malefic. & mathemat. l. 4. C. ad leg. Iul. Maieft. l. 16. C. de quaestion. & mala mansionis, l. 15. §. quaestionis, D. de iniur. l. 7. D. de pos. de qua Furnerius lib. 2. sektion. c. 1. & Cuiacius lib. 9. obseruat. c. 37. D. Cyprianus de his quaestionibus & tormentis agens lib. 2. epist. Incisæ sunt, inquit, leges x 1 r. tabulis & publico ære præfixa iura, præscripraque sint: inter ipsas leges delinquitur, inter iura peccatur: innocentiæ nec illic, vbi defenditur, re-feruatur. Sænit iniucem discordantium rabies: inter togas omnia repleta sunt litibus, hasta illic & gladius & carniçes præsto est, vngula effodiens, eculeus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus vnun plura sunt supplicia, quàm membra. Iam Ammianus Marcellinus quodam loco ita scribit; Intenduntur eculei expendantur pondera plumbea, fidiculis & verberibus resultabant omnia. vngularum etiam Eusebius & Tertullianus meminerunt. Synesius nouit *δικτυλάτρου, ποδος εκβλυ, περηλον, ρινολαβιδω, ωτάραν, χηλος εφφειον.* hæc igitur omnia & si qua olim alia fuerunt tormentorum ad verum exculpendum genera, veluti rota, tauræ, hyfriches, icrion, intelligo in Martiani responso d. l. fin. C. ad leg. Iul. maieft. & præterea quotiescunque simpliciter de quaestionibus & tormentis in iure agitur. Ferulam verò & habenam, cuius mentio fit in l. 1. D. ad Syllanian. ad æquæ: quia non tam quaestionis, quam ad terrendum loco pœnæ adhibetur. sed & virgis veritas eruebatur. c. circum celliones 23. c. 1. Carierium & Damhaderium fortè impulit fidicularum significatio ab A cursio vbique tradita, & ab Alberi. & aliis antiquis iuris interpretibus passim, & quod magis miror, à Cælio antiq lect. lib. 10 c. 5. & Turnebo lib. 4. aduerfar. cap. 3. recepta: eum sit alia fidicularum significatio magis vsitata, & propria. Isidorus lib. 5. etymolog. cap. 27.

Sic ille magni paruus armenti comes,
Primisq, nondum cornibus findens cutem,
Ceruce subito celsus, & fronte arduus,
Gregem paternum ducit, ac pecori imperat.
Qua tenera caso virga de trunco fletit, 540
Par ipsa matri tempore exiguo subit,
Umbrasq, terris reddit, & calo nemus.
Sic male relictus igne de magno cinis,
Vires resumit. est quidem iniustus dolor

Rerum astimator: si tamen tecum exigas, 545
Veniam dabis, quod bella, post hiemes decem,
Totidemq, menses, iam senex miles timet,
Aliasq, clades rursum, ac nunquam bene
Troiam iacentem, magna res Danaos mouet,
Futurus Hector. libera nos hoc metu. 550
Hac vna naues causa deductas tenet,
Hic classis hæret. ne ve crudelem putes,
Quod sorte iussus Hectoris natum petam,
Petissem Orestem: patere quod victor tulit.

AN. Utinam quidem esses nate maternâ in manu, 555
Nossemq, quis te casus ereptum mihi
Teneret, aut qua regio: non hostilibus
Confossa telus peçtus, aut vinculis manus
Secantibus præstrincta, non acri latus
Vtrunq, flammâ cinçta, maternam fidem 560
Vnquam exuisssem, nate quis te nunc locus,
Fortuna que possedit: errore auiso

Vagus

Vngula dicitur, inquit, quod effodiant hæ & fidicula: quia his rei in eculeo torquentur, vt fides inueniatur. eculeus autem dicitur, quod extendat. Papias etiam in Dictionario scribit; Fidiculae sunt vngulae, quibus torquetur in eculeo appensi. quod etiam vetus glossarium confirmat. Hinc apparet, vngulas & fidiculas idem quandoque fuisse. & apparet etiam fidiculas, quando in iure earum mentio occurrit, posse non tantum pro funibus illis & tendiculis (vt apud Maximum & Tranquillum sumuntur) accipi, sed etiam pro vngulis; & temerè D. Isidorus à nonnullis reprehendi. Porro, vt nec illud taceam, existimo olim veteres reum primò in eculeo extendisse, deinde fidiculas, postremò ignem & flammam adhibuisse. Patet hoc ex Prudentio, in hymno de Eulalia, vbi non fidicula post flammam, sed flamma post vngulas lateri & stomacho applicatur. & in hymno de S. Vincentio, præfectus iuber vinctū retortis brachiis sursum ac deorsum extendi, scilicet in eculeo; deinde vngulis extentum dissecari. Q. Curtius quoque scribit lib. 6. Philotam post fidiculas lampadibus ardentibus tortum fuisse. Suetonius lib. 3. Excogitauerunt inter genera cruciatu, vt repente vereris diligatis fidicularum simul vrinæque tormento distenderet.

540 *Vires resumit.* est quidem iniustus dolor
Rerum astimator: si tamen tecum exigas, 545
Veniam dabis, quod bella, post hiemes decem,
Totidemq, menses, iam senex miles timet,
Aliasq, clades rursum, ac nunquam bene
Troiam iacentem, magna res Danaos mouet,
Futurus Hector. libera nos hoc metu. 550
Hac vna naues causa deductas tenet,
Hic classis hæret. ne ve crudelem putes,
Quod sorte iussus Hectoris natum petam,
Petissem Orestem: patere quod victor tulit.

565 *Lusit cruore: nunquid immanis fera*
Morsu peremptus pascis Ideas aues?
VLVS. Simulata remoue verba. non facile est tibi
Decipere Vlysssem. vicimus matrum dolos,
Etiam dearum: casta consilia amoue.

570 *Vbi natus est? AN. vbi Hector? vbi cuncti Phryges?*
Vbi Priamus? unum quæris, ego quero omnia.
VLVS. Coacta dices, spontè quod fari abnuis.
AN. Tutâ est, perire qua potest, debet, cupit.
VLVS. Magnifica verba mors propè admota excutit.

575 *AN. Si vis Vlyse cogere Andromacham metu,*
Vitam minare: nam mori votum est mihi.
VLVS. Verberibus, igne, morte, cruciatu, eloquii
Quodcunque calas, adiget inuitam dolor,
Et peçtore imo condita arcana eruet.
580 Neceffitas plus posse, quàm pietas solet.

Stulta est fides, celare, quod prodas, statim.
AN. Propone flammâ, vulnera, & diras mali
Doloris artes, & famem, & æuam sitim,
Variâq, peçtes undique, & ferrum inditum
585 Visceribus vstis, carceris ceci luem,
Et quicquid audet victor iratus, tumens.
Vt animosa nullos mater admittit metus?
Hic ipse, quo nunc contumax perstas, amor
Consulere paruis liberis Danaos monet.

590 *Post armatam longinqua, post annos decem.*
Minus timerem, quos facit Calchas metus;
Si mihi timerem: bella Telemacho par as.
AN. Inuita Vlyssi gaudium, ac Danais dabo.
Dandum est: fatere, quos premis, luctus dolor.

595 *Gandete Atride, tuq, lætifica, vt soles,*
Refer Pelasgis: Hectoris proles obit.

563 *Vastus an, duo li. scr. cõninent notus an.*
568 *Vlysssem.* de quo sunt illa Hom. Iliad. γ. εὶδὲς πωκεῖται τὸ δάλας τῆ μηδῆα πικρῶν. & Odyss. δ. πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστα & νόον ἔγνω. *Vicinus matris dolos.* Thetidis. vide Statij Achilleidem.

577 *Morte, cruciatu.* o. v. l. *mortis cruciatu.* & sanè ridiculum sit, si sententiam spectes, mori volenti mortem minari: mortis verò cruciatum illi minari, hoc est minari per crucentis cruciatum modos se enecatuum, magi metuendum sit.

580 *Neceffitas plus posse, quàm pietas solet.* maxima necessitatis vis est. Aeschylus, in Prometheo victo, τοῦτῆς ἀνάγκης ἐστ' ἀδύνατον δένειν. idem; τὴν χηρὴν ἀνάγκης ἀδύνατον ἐστὶ μέγα εἶναι.

Euripides; δὲνάς ἀνάγκης ἐδὲν ἰχθῦεν πλέον. Simonides; ἀνάγκη δ' ἐδὲ θεοὶ μάχονται.

Thales, apud Laertium: ἰχθυοῦσιν ἀνάγκη, κρητὶ δ' παντῶν. *Laberius;* *Neceffitas cuius cursus transuersi impetu*
Voluerunt multi effugere, pauci posuerunt
Quod me destruxit penè extremis sensibus?

Sallustius, in bello Catilinario: Præterea necessitudo, quæ etiã timidos fortes facit. T. Liuius; Neceffitate, quæ vltimum ac maximum celum est, fortiores estis. Q. Curtius li. 5. Ignauiam quoque neceffitas acuit, & sæpe despeccratio spei causa est. Porro ex omnium membranarum fine post hunc versum, alium, qui in vulgatis libris ab hoc est sextus ordine, collocandū crediderim exigente sententiã. nepe;

Neceffitas plus posse quàm pietas solet. *Stulta est fides, celare, quod prodas statim.* *AN. Propone flammâ, & c.*
583 *Famem.* teste Menandro, famis dolor est maximus. Cicero lib. 5. ad Atticū; Famem, qua nihil miserius est. Homerus Odyss. μ. πάντες ἰδὲ συμπερὶ θάνατον ἐφιλοῖσι βροτοῖσι, λυμὸν δ' οἰκτιροῦσιν ἡνίκα πόντον ἐπιπλωσέν.

VLVS.

1

Et sic propter famem licet patri filios suos vendere, l. final. C. de patrib. qui lib. distraxer. Lucas de penna in l. i. C. de quib. muner. vel praest. nem. lic. se excus. Ceterum istud famis tormentum hodierno die inter quaestio- num genera receptum est à criminalium rerum scriptoribus, Gaudino, de malefic. in tit. de quaestioib. Angel. de malefic. in glos. fa- ma publica, in versic. tortura. Hippol. de Mar- fil. in l. i. D. de quaestio. Iacob. de Bellouif. in pract. crimin. tit. de quaestio. Fran. Bruno in tract. de iudiciis & tortura, Paulo Guil- lando in tract. de quaestio. & tortura.

584 Carceris caeci. Virgilius;
Respiciunt clausa tenebris & carcere caeco.
603 Debita iusta.
618 Alia qui. de hoc loco Mar. Antonius Muretus lib. 2. variar. lection. cap. 4. iam pri- dam eleganter & copiose differuit.

VLYS. Et esse verum hoc, qua probas Danais fide?
AN. Ita quod minari maximum victor potest,
Contingat, & me fata maturo exitu
Faciliq; soluant, ac meo condant solo, 600
Et patria tellus Hectorem leuiter premat:
Vt luce caret, vt inter extinctos iacet,
Datusq; tumulo debita exanimis tulit.
VL. Expleta fata stirpe sublatâ Hectoris,
Solidamq; pacem letus ad Danaos feram. 605
Quid agis Vlysse? Danaide credent tibi,
Tu cui? parenti: fingit an quicquam parens,
Nec abominande mortis auspiciu pauet?
Auspicia metuumt, qui nihil maius timent.
Fidem alligauit iureiurando suam. 610
Si peierat, timere quid grauius potest?
Nunc aduoca astus anime, nunc fraudes, dolos,
Et totum Vlysem: veritas nunquam latet.
Scrutare matrem: maret, illachrymat, gemit;
Et huc & illuc anxios gressus refert, 615
Missasq; voces aure sollicita excipit.
Magis hac timet, quam mæret: ingenio est opus.
Alios parentes alloqui in luctu decet:
Tibi gratulandum est, misera, quod nato cares;
Quem mors manebat seua, præcipitem datum 620
E turre, lapsis sola qua muris manet.
AN. Reliquit animus, membra quatiuntur, labant,
Torpetq; victus frigidus sanguis gelu.
VL. En tremuit hac, hac parte querenda est mihi:
Matrem timor detexit, iterabo metum. 625
Ite ite celeres, fraude maternâ abditum
Hostem Pelasgi nominis, pestem ultimam,
Vbicunque latitat, erutam in medium date.
Benè est, tenetur: perge, festina, attrahere.
Quid respicis, trepidasq; ? iam cerè perit. 630
AN. Vtinam timerem, solitus ex longo est metus.
Dediscit animus serò, quod didicit diu.
VL. Lustrale quoniam debitum muris puer
Sacrum antecepsit, nec potest vatem sequi
Meliore fato raptus: hoc Calchas ait 635
Modo piari posse redivas rates;
Si placet vndas Hectoris sparsi cinis,
Ac tumulus imo totus aequetur solo.
Nunc ille quoniam debitam effugit necem;
Erit admoenda sedibus sacris manus. 640

AN.

640 Sedibus sacris. hoc est, sepulchro. nam sepulchra eorumq; iura, sacra fuisse antiquis docent Paullus Manutius de legibus, & Ca- lius lib. 17. antiq. lection. vide Claudiu Guic- chiardum lib. de funerib. r. c. 1. & 3. & lib. 2. c. 2. & patet ex multis legibus per totum pe- nè titulum D. de relig. & sumtib. funerib. & c. & D. de sepul. viol. adeò vt mortuum in lo- cum suum purum inferendo, locus illereli- giosus factus, l. 6. §. religiosum. D. de rerum diuis. §. religiosum, eod. tit. instit. nullius effi- ciatur, l. 1. in princ. D. & §. nullius. instit. dic. titulo: sic vt eius dominium nullus vindicare queat: àus tamen eius ad illum, in cuius fun- do est sepulchrum, vel inferentem eiusq; he- redes omnemq;ue familiam pertinet, vt late docet Ioan. Robertus Aurelius lib. 1. recept. iur. civil. lection. cap. 5.

A. Quid agimus? animu distrahit geminus timor,
Hinc gnatus, illinc coniugis cari cinis.
Pars vtra vincet? testor immites deos;
Deosq; veros, coniugis manes mei;
645 Non aliud Hector in meo nato mihi
Placere, quam te: viuat, vt possit tuos
Referre vultus, prorutus tumulo cinis
Mergetur? ossa fluctibus spargi sinam
Disiecta vastis? potius hic mortem oppetat.
650 Poteris nefanda deditum mater neci
Videre? poteris celsa per fastigia
Missum rotari: potero, perpetiar, feram,
Dum non meus post fata victoris manu
Iactetur Hector. hic suam pœnam potest
655 Sentire, at illum fata iam in tuto locant.
Quid fluctuaris? statue, quem pœna extrahas.
Ingrata dubitas? Hector est illinc tuus.
Erras, vtrique est Hector: hic sensu potens,
For san futurus vltor extincti patris.
660 Vtrique parci non potest, quidnam facis?
Serua è duobus anime, quem Danaï timent.
VL. Responso peragam, funditus busta eruam.
AN. Quæ vè didistis? VL. pergâ, & è summo aggere
Traham sepulchra. AN. calitum appello fidem,
665 Fidemq; Achillis. Pyrrhe, genitoris tui
Munus tuere. VL. tumulus hic campo statim
Toto iacebit. AN. fuerat hoc prorsus nefas
Danaï inausum: templa violastis, deos
Etiam fauentes: busta transierat, furor.
670 Resistam, inermes offeram armatis manus:
Dabit ira vires, qualis Argolicas ferox
Turmas Amazon stravit: aut qualis deo
Percussa Menas, entheo. siluas gradu
Armata thyrsoterret, atque expers sui
675 Vulnerus dedit, nec sensit: in medios ruam,
Tumuloq; cineris socia defenso cadam.
VL. Cessatis? & vos flebilis clamor mouet?
Furorq; cassus femina? iussa ocyus
Peragite. AN. me me sternite hic ferro prius.
680 Reuelle Auernum: rumpe fatorum moras.
Molire terras, Hector; vt Vlysem domes,
Vel umbra satis es. arma concussit manu:
Iaculatur ignes: cernitis Danaï Hectorem,
An sola video? VL. funditus cuncta erue.

AN.

12

661 Serua è duobus anime, quem Danaï timent. variant libri antiq. sunt in quibus le- gitur; Serua è duobus illum quem Danaï ti- ment. in aliis continetur; Serua è duobus ma- lum, quod Danaï timent.
663 Quæ vè didistis? Græci vendiderant Priamo non ipsum sepulchrum, sed locum sepulchro ædificando destinatum. hoc est, nō superficiem, sed solum, loquor more iuril- consultorum, quorū superficies alia est à su- perficie mathematicorum, id est, lata extre- mitate corporis. Iuriconsultis enim superfi- cies est terræ superior pars, faciesque cuiusq; rei quæ oculis cernitur: etiam si profundita- tem habeat. auctore Vaconio lib. 2. declarat. iur. cap. 82. Tu vide Brillonium de verb. si- gnificat. lib. 17. pag. 578. & 578. Scaligerum, in Idæa cap. 5.
668 Deos Etiam fauentes. propter Palla- dē hoc dicit, in cuius æde Ajax Oileus Caf- sandram stuprauerat.
673 Percussa. vnus lib. scriptus, percussa.

AN. Quid agis? ruinâ mater & gnati & virum 685
 Prosterne unâ: forsitan Danaos prece
 Placare poteris: conditum elidet statim
 Immane busti pondus: intereat miser,
 Vbicunque potius, ne pater gnatum obruat,
 Prematq; patrem gnatus ad genua accido 690
 Supplex Vlysse, quamq; nullius pedes
 Nouere dextram, pedibus admoeco tuis:
 Miserere matris, & preces placidus pius
 Patiensq; recipe: quoq; te celsum alius
 Superi leuarunt, mitius lapsos preme. 695
 Misero datur, quodcunque fortuna datur.
 Sic te reuisat coniugis sancta torus,
 Annosq; dum te recipit, extendat suos
 Laëria: sic te iuuenis excipiat tuus,
 Et vota vincens vestra felici indole, 700
 Aetate auum transcendat, ingenio patrem.
 Miserere matris: unicum afflicta mihi
 Solamen hic est. VLYS. exhibe gnatum, & roga.

699 - Iuuenis. Telemachus. nam Telego-
 num nondum genuerat.

ANDROMACHA.
 Anapestici.

Huc è latebris procede tuus,
 Flebile matris furtum misera. 705
 Hic puer, hic est terror, Vlysse
 Mille carinis. submitte manus,
 Dominiq; pedes supplice dextrâ
 Stratius adora: nec turpe puta,
 Quicquid miseris fortuna iubet:
 Pone ex animo reges atavos,
 Magniq; senis iura per omnes
 Inclita terras. excidat Hector,
 Gere captiuum, positoq; genu,
 Si tua nondum funera sentis,
 Matris fletus imitare tue.
 Vidit pueri regis lachrymas
 Et Troia prior, paruusq; minas
 Trucis Alcida flexit Priamus.
 Ille, ille ferox, cuius vastis
 Viribus omnes cessere ferae;
 Qui per fracto limine Ditis
 Cecum retro patefecit iter,
 Hostis parui victus lachrymis;
 Suscipe, dixit, rector habemus, 725

718 Prior. hoc est, prius, veluti, seruis, pro
 seris.

Patrioq;

Patrioq; sede celsus solio,
 Sed sceptrâ fide meliore tene.
 Hoc fuit, illo victore capi.
 Discite mites Herculis iras.
 730 An sola placent Herculis arma?
 Iacet ante pedes, non minor illo
 Supplice, supplex, vitamq; petit.
 Regnum Troia, quocunque volet,
 Fortuna ferat.

727 Fide meliore. quam pater tuus Lao-
 medon.

VLYSSES. ANDROMACHA.

ASTYANAX.

735 VL. Matris quidem me mæror attonita mouet:
 Magis Pelasga me tamen matres mouent;
 Quarum iste magnos crescit in luctus puer.
 AN. An has ruinas urbis in cinerem datas
 Hic excitabit? hæ manus Troiam erigent?
 740 Nullas habet spes Troia, si tales habet.
 Non sic iacemus Troes, ut cuiquam metus
 Possimus esse. spiritus genitor facit?
 Sed nempe tractus ipse post Troiam pater
 Posuisset animos, magna quos frangunt mala.
 745 Si pæna petitur, que peti grauior potest?
 Famulare collo nobili subeat iugum:
 Seruire liceat. aliquis hoc regi negat?
 VL. Non hoc Vlysses, sed negat Calchas tibi.
 AN. O machinator fraudis, ô scelerum artifex,
 750 Virtute cuius bellicâ nemo occidit,
 Dolis & astu malefica mentis iacent
 Etiam Pelasgi. vatem & insontes deos
 Pratendis: hoc est pectoris facinus tui
 Nocturne miles, fortis in pueri necem.
 755 Iam solus audes aliquid, & claro die.
 VL. Virtus Vlyssis nota Danais est satis,
 Nimisq; Phrygiibus: non vacat vanis diem
 Conterere verbis: anchoras classis legit.
 AN. Breuem moram largire, dum officium parens
 760 Gnato supremum reddo, & amplexu ultimo
 Auidos dolores satio. VL. misereri tui
 Vtinam liceret. quod tamen solum licet,
 Tempus moramq; dabimus, arbitrio tuo
 Implere lachrymis: fletus arumnas leuat.
 765 AN. O dulce pignus! ô decus lapsa domus,
 Summumq; Troia funus! ô Danaum timor?

746 Collo nobili. sic Euripides, in Helenas
 φωνὴ βροχῶν ὡς βροχῶν δέλω, &c.
 Epiternum hoc additum vim habet. nam, vt
 ait Attius,
 Is diuinus miser est, cuius miseria nobili-
 tas nobilitat.

752 Etiam Pelasgi. Iphigenia, Palamedes,
 Ajax Telamonijs.

758 Legit. o. v. l. legat. continent.
 761 Misereri tui. duo m. f. habent miserere.
 nec verò id exemplo caret. Attius in Atha-
 mante.

Atque ita de illis morui, vt iura hac num-
 quam misererent mala.
 Ennius in Hecubâ,
 Miseret e auuis, data ferrum, qui me ani-
 ma priuem.

764 Fletus arumnas leuat. Ouidius;
 Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.
 Hieron. Cardanus, in libris de subtilitate,
 scripsit nonnullis lethale fuisse fletum conti-
 nere, neque dolori suo indulgere.

Geni-

770 Non tu. hæc vota Andromachæ conueniunt, quæ vbiq; fingitur mulier virilis animi & nomini suo respondens: talia etiam Theodosius Honorio, apud Claudianum de tertio consulat. Honorij A. & filio suo Telamonius Ajax optat, apud Sophoclem in Aiacæ flagellifero. Sed quæ sequuntur muliebria sunt; iis tamen quæ nutricula Flacci lib. 1. e. pist. alumno optat suo non nihil grauiora.
777 Solemne referens Troici lustræ sacrum. scilicet ludorum qui postea Troiani vocati fuerunt, & à Virgilio 5. Aeneid. & Suetonio lib. 1. describuntur.
780 Concito cornu modos. Phrygios modos, de quibus loquitur, merito concitos nominat. quia tam erant concitati, ut iis homines ad furorē, non ad hilaritatem commouerentur, si quidem Aristotele lib. 8. Politicorum, & Galeno lib. 5. sententiarum Hippocratis & Platonis credimus. de his sunt Telestæ Selinuntij hi versus:
*σπῶσι πειρῆ κρητῆρας Ἐλλώων ἐ σάλλοις
σάουδαπποὶ Πέλοπ' ὄμορτος ὄρεια
Φρύγιοι αἰχταί ἴκρον,
τοὶ δ' ἄε φάωνοις πηκτῖδων ψαλλέμεν
κρήσθ' Ἀύδων ἕμενον.*
781 Saltatus. Phrygio, de quo ait Euripides in Troadib.
*Ἀίδους τε λωτός ἐκτύπει,
Φρύγιά τε μέλαι παρθένος
ἢ ἀγρόν ἀνά κρητῶν ποδῶν
βόων' ἔμελλον ἀφρονί.*
782 O morte dira tristius lethi genus. Quedi actu i. dicit;
O dira noui facies lethi
Gravior letho —
Sic Martialis:
*Tristius est letho lethi genus —
790 Quid meos retines sinus. conueniant hæc cum illis Euripideis;
τί μιν δὲ δεσπῆς κρησι, κἄν δέχῃ πέπλον
797 Talis è nostro sinu. comparatio ista prius fuit vsurpata ab Euripide, apud quem Polyxena:
σάμνον γὰρ μ' ὄσπ' ἕσθ' ἄρπεν
μάχον, δ' ἀλαίαι δ' ἀλαίαι
ἔσονται κρησι ἀνταρπισῶν.*
813 Qua. velim hunc chorum diligenter comparari cum exactissima Græciæ descriptione, quæ composuit Nicolaus Sophianus.
818 Iolchos. Græci libri plerique docent scribendum Iolcos. Steph. iolchos. maris domitrix dicitur, propter Iasonem Argonautarum ducem.
820 Trice. ex Homero, Stephano, Strabone, & Ptolomæo scribas Tricce. Porphyrius in libro de Responsis, citante Eusebio lib. 3. de præparat. euangelica: Τελωνίους ἐξ ἰερέως ἔκαστου

*Genitricis ô spes uana! cui demens ego
Laudes parentis bellicas, annos aui
Medios precabar: vota destituit Deus.
Iliaca non tu sceptrâ regali posens
Gestabis aulâ, iura nec populus dabis,
Victasq; gentes sub tuum mittes iugum;
Non Graia cædes terga, non Pyrrhum trabes;
Non arma tenerâ parua tractabis manu,
Sparsasq; passim saltibus latis feras
Audax sequeris; nec stato lustræ die
Solemne referens Troici lustræ sacrum,
Puer citatas nobiles turmas ages:
Non inter aras mobili velox pede,
Reuocante flexo concitos cornu modos,
Barbarica prisco templa saltatu coles.
O morte dirâ tristius lethi genus!
Flebilis aliquid Hæctoris magni nece
Muri videbunt. VL. rumpe iam fletus parens.
Magnus sibi ipsi non facit finem dolor.
A. Lachrymis Vlysse parua, quâ petimus, mora est.
Concede paruos ut meâ condam manu
Viuentis oculos. occidis paruos quidem,
Sed iam imendus Troia te expectat tua.
I, vade, liber liberos Troas vade. (nus, 790
AST. Miserere mater. AN. quid meos retines si-
Manusq; matris? cassa presidia occupas.
Fremitu leonis qualis audito tener
Timidum iuuenens applicat matri latus:
At ille saeuus matre summoia leo,
Prædam minorem morsibus vastis premens
Frangit, uehitq; talis è nostro sinu
Te rapiet hostis oscula, & fletus puer,
Lacerosq; crimes excipe, & plenus mei
Occurre patri: pauca materna tamen
Perfer querela verba, si manes habent
Curas priores, nec perit flammis amor:
Seruire Graio pateris Andromachen viro
Crudelis Hæctor? lentus & segnis iaces?
Rediit Achilles. sume nunc iterum comas,
Et sume lachrymas, quicquid è misero viri
Funere relictum est. sume, quæ reddas tuo
Oscula parenti. matris hanc solatio
Relinque vestem, tumulus hanc tetigit meus,
Manesq; cari: quicquid hic cineris latet,*

770
775
780
785
790
795
800
805
810
815

Scru-

*Scrutabor ore. VL. nullus est stendi modus.
Abripite properè clas̃is Argolica moram.*
CHORVS.
Sapphici.
Quæ vocat sedes habitanda captas?
Thessali montes, & opaca Tempe,
815 An viros tellus dare militares
Aptior Phibie? meliorq; sætu
Fortis armenti lapidosa Trachyn?
An maris vasti domitrix Iolcos?
Urbibus centum spaciofa Crete?
820 Parua Gortyne, sterilisq; Trice?
An frequens ruscis leuibibus Methone,
Quæ sub O Etais latebrofa siluis
Misit infestos Troia ruinas
Non semel arcus?
825 Olenos tectis habitata raris
Virginis Pleuros inimica diua?
An lati maris sinusosa Træzen?
Pelion regnum Protei superbum
Tertius celo gradus? hic recumbens
830 Montis exesi spaciosus antro
Iam trucis Chiron pueri magister.
Tinnulas plectro feriente chordas,
Tunc quoque ingentes acuebat iras
Bella canendo.
835 An ferax varij lapidis Carystos?
An premens litus maris inquieti
Semper Euripo properante Chalcis?
Quolibet vento faciles Echina?
An carens nunquam Gonoessa ventos?
840 Quæq; formidant Borean Enispa?
Atticâ pendens Peparethos ora?
An sacrîs gaudens tacitis Eleusis?
Nunquid Aiakis Salamina veri?
An ferâ notam Calydonia seuâ?
845 Quæ sive perfundit subiturus æquor

Segni-

838 Echidna. m. f. echina. & ἐχίνα appellat Homerus, Callimachus, Euripides, Strabo; & quem in compendium redegit Hermolaus Byzantius grammaticus, Stephanus ὁ πολέων. 839 Gonoessa. lege Gonoessa, ex Homero, qui alto loco sitam scribit; ideo noster ait; — nunquam carens Gonoessa vento. 840 Formidant Borean Enispa. iccirco Homerus Iliad. 6. è quo multa in hunc chorū translata sunt; — ἡ ἢ ἢ μὲ ὄσαν Ἐνισπῶν.
843 Veri. vel quia eius nomini exitus vitæ bellè respondit; vel recti & veracis minimeque soliti menti; qualem Aiæem Telamonium vbiq; pingit Homerus. dicit porro, Salamina Aiakis, quia Ajax Telamonius in illa insula natus sit, ex Aretæe Cnidio, Plutarchus in Parallēlis memorat.

Jedes, &c. eodem modo scriptum est in Heliodori ὁ πολέων ad Nicomachum, si non est mendosus Galeni contextus lib. 2. antidotorum. Domitius Calderinus in Commentario super Statium, Triccen cum Trachyne confundit: sed vel ex hoc Senecæ loco, eas separantis, manifestissime refellitur. ideoque merito ab Hermolaio, in emendationibus Plinianis, fuit reprehensus.
824 Non semel. semel tantum misit: sed iidem arcus bis Troia infesti fuerunt.
826 Inimica diua: Diana, cuius ira aprum Calydonis immisit.
828 Pelion regnum Protei superbum. Proteus enim in Thessalia & Thracia regnavit, quem admodum in Aegypto. Izacius in Lycophronis Caslandam; Πρωτεὺς Προσδῶν τοῦ τοῦ γλῶσσι Αἰγύπτιος, εἰς Φλέγγου τῆς Παλλῆος ἐκ θεῶν ἐλθῶν, ἐξ Αἰγύπτου Τροάδου γαμῆ ἕξ ἡς ἀντιφάσκει Τροῦς καὶ Τηλέθων, οἱ κρητῶν ἀλλοτῶν τοῦ κένου ἀνίσθον ἂν τὴν ἕροσιν ἰού μὴ φέρων ὁ Πρωτέως, ἡ ἕρσο το τῷ αὐτῷ πατρὶ Προσδῶν, πάλιν κρητῶν σαὶ αὐτῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον. ὁ ἦ ἕρσο σὺς αὐτῶν ἀλλοτῶν ἐκ τῆς Παλλῆης ποίους ἕρσο καὶ ἑκάστου ἕξ ἡς Αἰγύπτου, quem locum mihi indicavit Fr. Sanctus meus, homo doctissimus & humanissimus. vide Liliu Syntagm. 5.
830 Montis exesi. Chironis antrum describens Papinius, ait;
*Longauium Chirona petit. domus ardua montem
Perforat & certo suspendit Pelion arcu:
Pars exhausta manu, partem sua rupera at us.*
833 Tunc quoque ingentes acuebat iras Bella canendo. Papinius in Achilleide de eadē re;
*Elicit extremo chelym, & solantia curas
Fila mouet, leuiterq; expertas pollice chordas*
*Dat puero: canit ille libens ingentia laudib;
Semina, &c.*
ingentes iras dicit, propter iracundiam Achillis, vnde Ilias Homeri inchoatur.
835 Varij lapides. nonnulli m. f. habent varij lapidis. Carystos, teste Plinio, prius Chalcodoris dicta est, si Ephoro credimus; sita Calidemo apud Solinū, Chalcis. sed eas separat poeta noster hoc choro. subiungit enim;
Semper Euripo properante Chalcis.

853 *Spartæ*. odio Helenæ, quæ Spartana fuit, negat se Spartam proficisci velle.
 854 *Pelopis Mycenæ*. hoc & proximè præcedenti versu ad Ouidij locum respexit;
Argosq; & Spartæ Pelopiadesq; Mycenæ.
 856 *Nocens saxus Ithacæ*. saxosam enim & asperam esse Ithacam Homericus Telemachus Menelao affirmat. Cicero etiam, de Oratore, sic scribit; Ithacam illam in asperimis saxis tanquam nidulum affixam. Marius Niger Geograph. lib. 1. 1. tradit eam hodie vocari; *val de Compagno*. Sophianus autem appellat *Compagne*, ut testatur Ortelius in Theatro orbis. adeo hodierna regionum nomina incerta sunt.
 862 *Auspice*. Romanos constat nihil neque priuatim neque publicè inauspicato gefisse. quo ex more, inquit, post Ciceronem Valerius Maximus, nuptiis auspices interponitur. Lucanus de nuptiis Catonis & Martiæ; *Iunguntur taciti, contentiq; auspice Bruto*. quem locum Sulpitius non satis videtur intellexisse. hunc morem Græcis quoque familiarem fuisse præter Senecam hic, docet Claudianus;
 — *hac auspice tæda*

OEidipodem matri, natai unxere Thyestem.
 Porro de hac re copiosè & eleganter illustratus Cardinalis Gabriel Paleottus libro de spuris & nothis cap. 4.
Helena. Stasimus, Pausanias & Higynus Helenæ matrem Nemefim vocant; Homerus, Theocritus, Euripides, Theon Arati scholiastes & Ouidius Ledam nominant; quæ contraria non sunt. cum Bassus, in Germanicum, Lactantius lib. 1. de falsa religione, & Crates tradiderint Ledam mortuâ Nemefis nomen assumisse. Apollodorus lib. 3. bibliot. credit Nemefim à Ioue adamatam, cum periculi euitandi causâ in anferem se mutasset, à Ioue, qui cygni formam induerat, compressam, & eo compressu gravidam decumo post mense ouum peperisse, quod Ledæ custodiendum tradiderit; inde natam Helenam; quæ quia à Leda educabatur pro sua, Ledæ filia dicta fuit. Clearchus, in amatoris, teste Atheo lib. 2. cap. 17. prodidit Helenam in cœnaculis, quæ *aita* dicebantur, educatâ fuisse; unde fabula Helenam ouo prognatam. quod tamen Lucianus in Gallo, quia Helena olorinum collum, candidum habuerit & oblongum, putat confictum. Ridicula etiam est Melisii Euboici fabulæ istius interpretatio, quam Fulgentius lib. 2. Mytholog. refert. Magis etiam ridiculum Neoclis Grononiæ commentum, cecidisse ouum è luna, è quo Helena nata sit, & mulieres lunares oua parere, è quibus nati ceteros homines quin-

*Segnibus terras Titareffos undis,
 Bessan & Scarphen? Pulon an senilem?
 Pharin, an Pisam Ionis, & coronis
 Elida claram?
 Quolibet tristis miseræ procella
 Mittat, & donet cuicumque terræ:
 Dum luem tantam Troiæ atque Achiviis
 Qua tulit, Spariæ, procul absit, absit
 Argos, & sæui Pelopis Mycenæ;
 Neritos paruâ breuior Zacyntho,
 Et nocens saxus Ithacæ dolosis.
 Quod manet fatum, dominusq; quis te
 Aut quibus terris Hecubæ videndam
 Ducet: in cuius moriere regno?*

ACTVS QVARTVS.

HELENA. ANDROMACHA.
HECVBA.

HE. *Quicumque hymen funestus illatibilis,
 Lamenta, cades, sanguinem, gemitus habet;
 Est auspice Helena dignus. euerfis quoque
 Nocere cogor Phrygiibus. ego Pyrrhi toros
 Narrare falsos iubeor, ego cultus dare,
 Habitusq; Graios: arte capietur meâ,
 Meaq; fraude concidet Paridis soror.
 Fraudetur. ipsi leuius hoc equidem reor.
 Optanda mors est, sine metu mortis, mori.
 Quid iussa cessas agere? ad auctorem redit
 Sceleris coacta culpa. Dardaniæ domus
 Generosa virgo, melior afflictos Deus
 Respicere cœpit, teq; felici parat
 Dotare thalamo: tale coniugium tibi
 Non ipsa sospes Troia, non Priamus daret.
 Nam te Pelasga maximum gentis decus
 Ad sancta læti iura legitimi petit,
 Cui regna campi lata Thessalici iacent.
 Te magna Tethys, teq; tot pelagi dea,
 Placidumq; numen æquoris tumidi Thetys
 Suam vocabunt: te datam Pyrrho socer
 Peleus nurum vocabit, & Nereus nurum.
 Depone cultus squallidos, festos cape.
 Deditce captam. deprime horrentes comas,
 Crinemq; doctâ patere distingui manu.*

H i

885 *Hic forsitan te casus excelso magis
 Solio repomet: profuit multus capi.*
 AN. *Hoc deerat unum Phrygiibus euerfis malam,
 Gaudere. flagram stratâ passim Pergama.
 O coniugale tempus! an quisquam audeat
 890 Negare, quisquam dubius ad thalamos eat;
 Quos Helena suadet? pestis, exitium, lues
 Viriusque populi, cernis hos tumultos ducum;
 Et nuda totis ossa quæ passim iacent
 Inhumata campis: hæc hymen sparsit tuus.
 895 Tibi fluxit Asia, fluxit Europa cruor:
 Cum dimicantes læta prospiceres viros,
 Incerta voti, perge, thalamos appara.
 Tædis quid opus est? quidve solenni face?
 Quid igne thalamis Troia præluet nouis.
 900 Celebrate Pyrrhi Troades connubia,
 Celebrate: digni planctus & gemitus sonent.
 HEL. *Ratione quamuis careat, & flecti neget
 Magnus dolor, sociosq; nonnumquam sui
 Mæroris ipsos oderit: causam tamen
 905 Possum tueri iudice infesto meam.
 Grauior a passa luget Andromacha Hecforem,
 Et Hecuba Priamum: solus occuliè Paris
 Lugendus Helena est. durû & inuisum & graue
 Seruitia ferre: patior hoc olim iugum
 910 Annis decem captiua. prostratum Ilium est,
 Versi penates; perdere est patriam graue:
 Grauius timere. vos leuat tanti mali
 Comitatus: in me victus & victor furit.
 Quam quisque famulam traheret, incerto diu
 915 Casu pependit: me meus traxit statim
 Sine sorte dominus. causa bellorum fui,
 Tantaq; Teucris cladis. hoc verum puta,
 Spartana puppis vestra si secuit freta:
 Sin rapta Phrygiis præda remigibus fui,
 920 Deditq; donum iudici victrix dea,
 Ignosce Paridi. iudicem iratum mea
 Habitura causa est. ista Menelaum manent
 Arbitria. nunc hanc luctibus paulum tuis,
 Andromacha, omisis flecte. vix lachrymas queo
 925 Retinere. AN. *quantum est, Helena quod lachry-
 mat, malum!
 Cur lachrymat autem? fare quos Ithacus dolos,
 Quæ scelera necat: vtrum ab Iðæis ingis***

quies & decies proceritate excedant, auctore Herodoto Heracleote. hæc partim ab aliis accepi, partim addidi de meo.
 868 *Optanda mors est, sine metu mortis mori*. huc spectat quod de Iulio Cæsare his verbis traditur à Suetonio lib. 1. Illud planè inter omnes confitit, talem ei mortem pene ex sententia contigisse. nam & quondâ cum apud Xenophontem legisset Cyrum vltima valetudine mädasse quædam de funere suo, aspernatus tam lentum mortis genus, subitam sibi celeremq; optauerat, & pridie quam occideretur, in sermone super cænam nato apud M. Lepidum, quifnam esset vitæ finis commodissimus, repentinum inopinatumq; præculerat. hoc ergo mortis genus præoptauerat Cæsar.
 869 *Ad auctores*. m. f. nonnulli ad auctores. Coacti. noster, in Thyeste; *Sape in magistrum scelera redierunt sua.* Mimographus; *Malum consilium consultori pessimum.* vbi notandum, consultoris nomè pro eo qui dat consilium esse positum; cum frequentius ponatur, pro eo qui consilium accipit. Horat. — *consultor vbi ostia pulsar.*
 875 *Nam te*. in nonnullis v. l. legitur iam te.
 879 *Æquoris tumidi*. Ouidius; *Obstitit inceptus tumidum iuuenitibus æquor.*
 887 *Hoc deerat*. hæc verba quibusdam in m. f. Polyxenæ potiùs, quàm Andromachæ tribuuntur. sed infra, Helena ostendit Andromachæ verba fuisse.
 896 *Prospiceres viros*. Iliad. 9.
 902 *Ratione quamuis*, &c. auctor est Plutarchus in orat. consolatoria omnium animi perturbationum grauissimum esse dolorem: eumque tradit Aristoteles lib. 6. ethic. cap. 5. iudicium rectamque existimationem ad res gerendas corrumpere atque peruertere. eaq; est huius Senecæ loci ratio, quemadmodum & alterius vbi ait, Leuis est dolor qui consilium capere potest.

Iactan-

k

*Lactanda virgo est, arcis an celsa edito
Mittenda saxo? num per has vastum in mare
Voluenda rupes, latere quas scisso leuat
Altum vadosos Sigeon spectans sinus?
Dic, fare, quicquid subdolo vultu regis.
Leuora mala sunt cuncta, quam Priami gener,
Hecubaeq; Pyrrhus, fare, quam poenam pares,
Exprime, & vnum hoc deme nostris cladibus,
Falli, parat as perpeti mortem vides.
HEL. Vtinam iuberet me quoque interpres deum
Abrumpere ense lucis inuisa moras,
Vel Achillis ante busta, furibunda manu
Occidere Pyrrhi, fata comitantem tua
Polyxena miseranda, quam tradi sibi,
Cineremq; Achilles ante mactari suum,
Campo maritus ut sit Elysio, iubet.*

944 Viden' animus ingens. in Hecuba Eu-
ripidis ait Polyxena;
και σε μὲν μᾶττε δότυνε
κλειῶ πονοδύβους Ἐγλύοις.
τὸν ἐμὸν ἢ βίον, λάβαν, λυγροῖ
τ' ἢ μετὰ κλειομετα. ἀλλὰ θανέιν μὲν
ἕωπαυχία κρείσσων ἐκούρησον.

965 E vultu cadit. Hecuba apud Euripi-
dem dicto loco idem ait.
& apud Ennium, in Andromacha;
Vide hinc, mea inquam lachryma gutta-
tim cadunt.

971. Scias. o. v. l. scies.
986 Armis Achillis. quae Vlysses iudicio
obtinuerat.

989 Hecubae spoliū feret. spoliū est quod
corpori haerens, & corpus quodam modo ve-
stiens, corpori detrahitur. supra in Herc. Fur.
Illic qua viduis gentibus imperat.

Aurato religans ilia baltheo,
Detrahit spoliū nobile corpori.

Vlpianus in l. 6. D. de bon. damnator. spolia
definit, quibus quis indutus est, cum ad sup-
plicium ducitur. Ideo Hecuba se, quae He-
ctorem vtero clausum gestauerat, Hecubae
spoliū vocat. simile ferē est quod ad Clau-
dianum lib. 2. in Rufin. notauit, in notis meis
pag. 25. ibi;

AN. Vide ut animus ingens, letus audierit necem.
Cultus decoros regia vestis petit,
Et admaueri crinibus patitur manum.
Mortem putabat illud, hoc thalamos putas.
At misera luctu mater audito stupet,
Labefacta mens succubuit. affurge, alleua
Animum, & cadentem misera firma spiritum.
Quam tenuis anima vinculo pendet leui!
Minimū est, quod Hecubam facere felicem potest.
Spirat, reuixit. prima mors miserōs fugit.
HEC. Adhuc Achilles viuit in poenas Phrygum?
Adhuc rebellat? o manum Paridis leuem.
Cinis ipse nostrum sanguinem, ac tumulus sitit.
Modo turba felix latera cingebat mea,
Lassabar in tot oscula, & in totum gregem
Diuidere matrem. sola nunc hac est super,
Votum, comes, leuamen, afflictā quies.
Hac totus Hecuba foetus, hac solā vocor
Iam voce mater. dura & infelix age
Elabere anima: denique hoc vnum mihi
Remitte funus. irrigat fletus genas,
Imberq; victo subitus ē vultu cadit.
Latere, gaude gnata, quam vellet tuos
Cassandra thalamos, vellet Andromache tuos!
AN. Nos Hecuba, nos nos Hecuba lugenda sumus.
Quas mota classis huc & huc sparsas feret,
Hanc cara tellus sedibus patriis teget.
HEL. Magis inuidebis, si tuam sortem scias.

AN.

AN. An aliqua poena pars mea ignota est mihi?
HEL. Versata dominos vna captiuus dedit.
AN. Cui famula tradar, ede: quem dominum voco?
975 HEL. Te sorte primā Scyrius iuuenis tulit.
AN. Cassandra felix, quam furor sorte eximit,
Phœbusq;. HEL. regū hanc maximus rector tenet.
HEC. Estne aliquis, Hecubam qui suam dici velit?
HEL. Libaco obtigisti preda nolenti breuis.
980 HEC. Quis tam impotēs, ac dirus, & iniqua ferus
Sortitor vna, regibus reges dedit?
Quis tam sinister diuidit captas Deus?
Quis arbiter crudelis, & miseris grauis?
Eligere dominos nescit, & sua manu
985 Dat iniqua miseris fata. quis matrem Hecubae
Armis Achillis miscet? ad Vlysses vocor.
Nunc victa, nunc captiua, nunc cunctis mihi
Obsessa videor cladibus: domini pudet,
Non seruitutis: Hecubae spoliū feret,
990 Qui tulit Achillis. sterilis, & seuis fretis
Inclusa tellus, num capit tumulos meos?
Duc, duc Vlysse: nil moror dominum sequor,
Me mea sequuntur fata. non pelago quies
Tranquilla veniat, sauiat ventis mare,
995 Et bella, & ignis, & mea, & Priami mala:
Dumq; ista venient, interim hac poena in loco est.
Sortem occupauit, premium eripuit mihi.
Sed incitato Pyrrhus accurrat gradu,
Vultuq; toruo. Pyrrhe quid cessas? age
1000 Reclude ferro pectus, & Achillis tui
Coniunge soceros. perge mactator sebum,
Et hic decet te sanguis. abreptam trahite,
Maculate superos cade funesta deos,
Maculate manes. quid precer vobis? precor
1005 His digna sacris aquora. hoc classi accidat
Toti Pelasgae, ratibus hoc mille accidat;
Mea precabor, cum uehar, quicquid rati

Flexilis inductis animatur lamina mem-
bris.
quam lectionem Pulmannus in contextum
recipere debebat.
993 Sequuntur. melius in m. f. legitur se-
quantur, ut apparet ex sequentibus.
996 Interim hac poena in loco est. omnes
libri impressi ita habent: scripti verò: interim
hoc poena in loco est. fuit tempus cum credidi
posse reponi; interim hoc poena loco est. hac
sententia: Interim dum ista mala eos manent
& ceruicibus eorum, quasi iam casura
imminent, ipsa hac mali expectatio poenae
loco est. nam qui in continuo metu versatur
infortunij, grauius nonnunquam cruciatur,
& affigitur vehementius, quam qui malum
ipsum patitur. metus enim & spes cuncta in
maius effertur, suntque tyranni mentis no-
strae crudelissimi: qui verò nec spe nec metu
vrgeatur, felicissimus putandus est. nobis non
licet esse tam beatis. Catholicus noster Rex
Philippus II. Symboli loco ferebat olim:
NEC SPE NEC METU. de quo Symbolo
P. Ronsardus, poeta Gallus ita cecinit:

Esprit & crainte est la seule misere
Qui nous tourmente: & qui en ce bas lieu,
Ainsi que toy, ne craint plus ny esfer
Se doit nommer non pas home, mais dieu.

Ideo poetae Tantalum aeterno metu capiti
impendentis saxi cruciari finxerunt; ideo va-
na carpentorum pomorum & aquarum for-
bendatarum spe ludi tradiderunt. ideo scripsit
Ouidius;
Morsq; minus poena quam mora mortis
habet.

huc alludit noster, in Hercule O Etzo;
Quicumque misero sorte dissuadet mori,
Crudelis ille est. serim poena est mori;
Item, in Thyeste;

Peior est bello, timor ipse belli.
Fuit olim hac mea de recentendo & expli-
cando hoc loco sententia: cuius me (dicam
quod res est) ne nunc quidem valde poeni-
ret. de sententia quidem omnino certus sum,
de emendatione non aequē. ideo si quis hunc
sensum ex m. f. codicum lectione, quam po-
sui, eliciat, facile illi assentiar.

1000 Reclude ferro pectus. Euripidis He-
cuba mori exoptat:

ἠμῶς δ' ἄγορες αὐτῶς πογγῆς ἂ' ἡδέως
κοντεῖται, μὴ φείδεσθε —

& apud Ennium ait eadem;

“ Misere anuis, data ferrum, qui
“ Me anima priuem.

“ 1008 Dulce. hanc vocem eodem modo re-
“ petit Horatius;

“ Dulce videns Lalagen amabo
“ Dulce loquentem.

CHORVS.

Sapphici.

Dulce mærenti populus dolentum,
Dulce lamentis resonare gentes.
1010 Lenius luctus lachrymaq; mordent,
Turba quas fletu simili frequentat.
Semper ab semper dolor ipse magnus

GAU-

k 2

1013 *Gaudet*, tractat eleganter & copiosè
vulgatissimum illud; Solatium est miseris so-
cium habere in pœnis. Item, Mala commu-
nia leuius tangunt. Sumta occasione eius,
quod Helena dixerat;

Comitatus, in me victus & victor furit.
1019 *Remoueto centum*. simili in re hunc
numerum Horatius posuit;
*Te greges centum, Siculasq; circum
Mugiant vacca*
& Virgilius de Galeo;

Terram centum vertebat aratri,
quia numerorum perfectissimus. vide Iulia-
num epist. ad Serapionem.

1021 *Animi incentes*. membranæ conti-
nent; animi recentes.

1026 *Rate singulari*. vnica & sola, vel, vt
Plautus loquitur, singula; vel, vt Turpilium,
singularia.

1036 *Iactum Fecit*. iecit. Paullus lib. 2. re-
cept. sentent. si leuandæ nauis gratia iactus
mercium factus est. Callistratus etiam, non
infimæ auctoritatis I. C. lib. 2. quæstionum:

cùm autem iactus de nauè factus est. Quod
Paullus & Callistratus facere iactum, hoc Iu-
lianus, in quem Marcellus & Paullus notas
scripserat, dixit, proicere, lib. 2. ad Minicium:
his verbis: qui leuandæ nauis gratia res ali-
quas proiciunt. Hæc Iuriconsultorum testi-
monia ex lib. 14. Pandectarum seu Digestor-
um tit. 11. desumpti: quibus congruit illud
Senecæ patris lib. 4. declamation. Necessitas
est, quæ nauigia iacta exonerat.

1038 *Et vir*. Deucalion Prometheus filius
iuxta Hællanicum, Hesiodū, & Apollonium.

Pyrrha. Epimethei filia, auctore Proclo
in Hesiodicis enarrationib. de qua & isto di-
liuio multa Natalis lib. 8. Mytholog. cap. 17.

1039 *Et nihil prater mare cùm viderent*.
nullum vidi co. m. f. vidi autē multos, in quo
iste versus haberetur, sed aberat ab omnibus.

1043 *Tuba*. imitatur Euripidem, qui in
Rhoëso,

πάνους εὖ ἔροντες ἀνὰ ψῆμα
σάλασσι κ' αὖ δῖω.

& in Heraclidis;
ἴσηδ' ἄεθρον τορομηκῆ
σάλασσι.

Sophoclis tamen & Euripidis scholiastæ tra-
diderunt neque Græcos neq; Barbaros Tro-
iani belli tempore tuba vsos fuisse; quibus
Euripides & Seneca, vt videris, alij etiã poëte
repugnant. vide Comm. Agamem. ver. 424.

1045 *Fugientq; litus*. vnus manifest. habet
fugietq;. sanè e' portu soluētib; ac altum
perentibus litus recedere; contra ex alto por-

*Gaudet in multos sua fata mitti,
Seq; non solum patuisse pœna.
Ferre, quam seruem patuntur omnes,
Nemo recusat.*

Nemo se credit miserum, licet sit:
Tolle felices, remoueto multo
Diuites auro, remoueto centum
Rura qui scindant opulenta bubus;
Pauperi surgent animi iacentes.

Est miser nemo, nisi comparatus.
Dulce in immensis posito ruinis,
Neminem letos habuisse vultus.
Ille deplorat, queriturq; fatum,
Qui secans fluctum rate singulari
Nudus in portus cecidit petitos:

Aequior casum tulit, & procellas,
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui vidit, tabulæq; litus
Naufragâ spargi, mare cùm coactis
Fluctibus corus prohibet reuerii.

Questus est Hellen cecidisse Phryxus,
Cum gregis ductor radiante villo
Aureo, fratrem simul, & sororem
Sustulit tergo, medioq; iactum
Fecit in ponto: tenuit querelas
Et vir, & Pyrrha, mare cùm viderent,
Et nihil prater mare cùm viderent,
Vnicî terris homines relictî.

Soluet hunc questum, lachrymasq; nostras
Sparget huc illuc agitata classis.
Et tubâ iussi dare vela nautæ,
Cùm semel ventus proper ante remo
Prenderint altum, fugienti q; litus.

Quis status mentis miseris, vbi omnis
Terra decrescet, pelagusq; crescet,
Celsa cùm longè latitabit Ide:
Tum puer matri, genitrixq; gnato,
Troia qua iaceat regione monstrans
Dicet, & longè digito notabit:
Ilium est illic, vbi fumus aliè
Serpit in calum, nebulæq; turpes.

Troes hoc signo patriam videbunt.

ACTVS

ACTVS QVINTVS.

NVNCIVS. ANDROMACHA.

HECVBA.

1055 NVN. O dira fata, saeva, miseranda, horrida!
Quod tam ferum, tam triste, bis quinis scelus
Mars vidit annis? quod prius referens gemam?
Tuosne potius, an tuos luctus, annus?

1020 HEC. Quoscunq; luctus fleueris, flebis meos,
1060 Sua quenque tantum, me omnium clades premit.
Mihi cuncta pereunt, quisquis est, Hecuba est mi-
NV. Maculata virgo est, missus è muris puer: (Ser.
Sed uterque lethum mente generosa tulit.
AN. Expone seriem cadis, & duplex nefas

1065 Prosequere: gaudet animus ærummas meus
Tractare totas: ede, & enarra omnia.
NVN. Est vna magnâ turris è Troiâ super,
Assucta Priamo; cuius è fastigio
Summisq; pinnis, arbiter belli sedens

1070 Regebat acies: turre in hac blando sinu
Fouens nepotem, cùm metu versos graui
Danaos fugaret Hector & ferro & face,
Paterna puero bella monstrabat senex.
Hæc nota quondam turris, & muri decus,
1075 Nunc saeva cautes, undique effusa ducum
Plebūq; turbâ cingitur. totum coit
Ratibus relictis vulgus. his collis procul
Acieſ patienti liberam prabet loco:

1080 Erecta summos turba librauit pedes:
Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus gerit,
Et tota populo silua suspensò tremit.
Extrema montis ille prærapti petit,
Semusta at ille tecta, vel saxum imminens

1085 Muri cadentis pressat: atque aliquis (nefas)
Turmo ferus spectator Hecitoreo sedet.
Per spacia latè plena sublimi gradu
Incedit Ithacus, paruulum dextrâ trahens
Priami nepotem: nec gradu segni puer

1090 Ad alta pergit mœnia: vt summâ stetit
Proturre; vultus huc & huc acres tulit,
Intrepidus animo: qualis ingentis fera
Paruus tenerq; factus, & nondum potens
Sanire dente, iam tamen tollit minas,

tui appropinquantibus, idem accedere vide-
tur. Vnde Virgilius libro 3. Aeneid.

*Prævehimur portu, terræq; urbesq; reco-
dunt.*

Lucretius lib. 4. de rerum natura;

*Qua vehimur nauis fertur, cùm flare
videtur;*

*Qua manet in statione, ea prater creditur
ire,*

*Et fugere, ad puppim colles campique
videntur,*

*Quos agimus prater nauim, velisq; vo-
lamus.*

Seneca alibi;

*— terra procul
Quantum recedunt vela fugientes notat.*

1060 *Sua quemque tantum,* &c. num istud
sumsit ex Sophocle in O Edipo Tyranno,

— ἡγ' ὑπὸντες ἄς ἵγ'ω
στὴν ἑστῶσαν ἄρισ ἵγ' ἴστυ σοστή.

τοῦ γὰρ ἠδ' ἱμῶν ἀλλ' εἰς ἐν ἐγχετῆ
μόνον κού' αὐτῶν, κ' ἰδόν' ἀλλοῦ ἠδ' ἐμῶ
ψυχῆ κατόλιτε κῆμέ κεί' ὀρεῶ ἕνεο.

1068 *Cuius è fastigio,* de turri Scææ portæ
loquitur; qua Priamus vnâ cum senioribus
vtrumque exercitum contempletur. Iliad. γ.

Mor- 3

Morsuq; inanes tentat, atque animis tumet: Sic ille dextra prensus hostili puer
 1095 Ferox, superbe mouerat vulgum, ac duces, Ipsi q; Vlysem: non flet e turba omnium,
 Qui fletur: ac dum verba fatidici, & preces Concipit Vlyses vatis, & sauos ciet
 1101 Ad sacra superos; sponte desiluit sua In media Priami regna.
 AN. Quis Colchus hoc, quis sedis incerta Scythia Commisit? aut qua Cassium tangens mare Gens iurus expers ausa? non Bufiridis
 1105 Puerilis aras sanguis aspersit feri.
 Nec parua gregibus membra Diomedes suis Epulanda posuit. quis tuos artus teget,
 1110 Tumuloq; tradet? NVN. quos enim praeceps locus Reliquit artus? ossa disiecta & graui
 1115 Elisa casu, signa clari corporis, Et ora, & illas nobiles patris notas Confudit imam pondus ad terram datum.
 Soluta ceruix, silicis incussu caput Ruptum, cerebro penitus expresso, iacet
 1120 Deforme corpus. AN. hic quoque est similis patri. NVN. Praeceptus ut altis cecidit e muris puer,
 Fleuitq; Achiuum turba, quod fecit, nefas. Idem ille populus aliud ad facinus redit,
 1125 Tumulumq; Achillis; huius extremum latus Rhatea leni verberant fluctu vada:
 Aduersa cingit campus, & cliuo leui Erecta medium vallis includens locum
 1130 Crescit theatri more: concursus frequens Impleuit omne litus: hi classis moras
 Hac morte solui rentur, hi stirpem hostium Gaudent recidi: magna pars vulgi leuis
 1135 Odit scelus, spectatq;: nec Froes minus Suum frequentant funus, & pavidum metu
 Partem ruentis ultimam Troiae vident. Cum subito, thalami more, praecedunt faces.
 1140 It pronuba illi Tyndaris, maestum caput Demissa. tali nubat Hermione modo,
 Phryges precantur; sic viro turpis suo Reddatur Helena. terror attonitos mouet
 1145 Vtrosq; populos. ipsa deiectos gerit Vultus pudore, sed tamen fulgent gena,
 Magisq; solito splendet extremus decor.

1101 Diffiliis. o. v. l. desiluit. melius.

1112 Nobilis. o. m. l. nobiles patris notas.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

1115 Cerebro penitus expresso. si quis contenderet hoc loco Seneca parum decori meminisse, ex eo quod scribit Euripid. in Troad.

Vt esse Phæbi dulcius lumen solet
 1140 Iam iam cadentis, astra cum repetunt vices,
 Premiturq; dubius nocte vicina dies.
 Stupet omne vulgus, & ferè cuncti magis Peritura laudant: hos mouet forma decus,
 1145 Hos mollis atas, hos vaga rerum vices: Mouet animus omnes fortis, & letho obuius.
 Pyrrhum antecedit: omnium mentes tremunt,
 Miserentur, ac mirantur. ut primum ardui Sublime montis tetigit, atque aliè editus
 1150 Iuuenis paterni vertice in busti stetit; Audax virago non tulit retrò gradum,
 Conuersa ad iectum stat truci vultu ferox. Tam fortis animus omnium mentes ferit:
 1155 Nouumq; monstrum est, Pyrrhus ad cadem piger. Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit,
 Subditus recepta morte prorupit cruor,
 1160 Per vulnus ingens. nec tamen moriens adhuc Deponit animos. cecidit, ut Achilli grauem
 Factura terram, prona, & irato impetu. Vterq; fleuit cætus: at timidum Phryges
 1165 Misere gemitum. clarius victor gemit. Hic ordo sacri. non stetit fusus cruor,
 Humo ve summâ fluxit: abduxit statim, Sauiusq; totum sanguinem tumulus bibit.
 1170 HEU. Ite, ite Danaï, petite iam tuti domos, Optata velis maria diffusis secet
 Secura classis: concidit virgo, ac puer. Bellum peractum est. quò meas lachrymas feram?
 1175 Vbi hanc anilis expuam lethi moram? Gnatam, an nepotem, coniugem, an patriam fleam?
 An omnia: an me? sola mors votum meum, Infantibus violenta, virginibus venis,
 Vbicunque properas, saua: me solam times, Vitasq; gladios inter, ac tela & faces;
 1180 Quasita tota nocte cupientem fugis. Non hostis, aut ruina, non ignis meos
 Absumit artus. quàm propè à Priamo stetit NVN. Repetite celeri maria captiuæ gradu,
 1185 Iam vela puppis laxat, & classis mouet.

1150 Virago. virilis animi virgo. sic in Hippolyto Dianam, sic in Agamemnone Cassandra appellat. sic Iuturna apud Virgilium 12. Aeneid. Pallas apud Ouidium. 6. Metamorph. & Statium lib. 4. Siluar. & Bellona apud Aufonium in Epigram. 1. de Augusto, viragines dicuntur. Iulij Firmici locos lib. 6. & 8. Astron. vbi virago videtur virosam significare, idque nonnulli autumant, potius mendosos suspicor. minimo enim negotio, cum malè scriptum foret, virosa pro virosa, potuit virago perperam scribi.

1153 Pyrrhus ad cadem piger. hoc Euripides prior his verbis expressit: οὐδ' ἐδέλω τε καὶ δέλω οἰκτρὸν κόρησ' εἴμυρ σάδ' ἔγω πάλαι σὺ δ' ἄλλοτε.

1157 Cecidit. Euripides & Ouidius sollicitam faciunt, ne quid inter cadendum astantium oculis aperiretur, quod natura tectura voluit. Euripides.

1157 Cecidit. Euripides & Ouidius sollicitam faciunt, ne quid inter cadendum astantium oculis aperiretur, quod natura tectura voluit. Euripides.

Ouidius: Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas Cum caderet, castique decus seruare pudoris.

De aliis quoque mulieribus id traditum est ab aliis; de Lucretia Ouidius 2. Fast. de Micea Aristodemi filia Plutarchus in lib. de claris mulieribus. Olympiade Alexandri matre Iustinus libro 14. & Cornelia vestali Plinius Cæcilius lib. 4. epistolar. Vide Magium lib. 2. miscel. cap. vlt.

1166 Concidit virgo. ab aliis Philostratus dissentit, scribens Polyxenam, stante Troia, Achillis desiderio egressam vrbe ad ipsius tumulum mortem sibi consciuisse. credo vt à Græcis tantæ crudelitatis notam amoueret.

1168 Anilis expuam lethi moram. Prudēt. Absoluas precor, Optime, Huius nunc anima moras.

Expuam. ita loquitur Varro in Epigram. 1. vbi: Andromeda vineta & proposita Ceto, ce debuit patri suo, homini stupidissimo, in os expuete vitam. Seneca Thyeste;

Ferro peremptus spiritum inimicum expuat. Sed & Merlinus Cocalius, Macaronicorum poematum princeps, Baldi lib. 18. id rursus pauit.

ADVERSARIA L. ANN. SENECAE
IN AGAMEMNONEM.

AGAMEMNON. Agamemnones tragedias scripserunt Ion & Aeschylus; e quo tamen pauca noster fuit mutuatus. Nonius citat L. Pomponij, Agamemnonem suppositum, sed illa vel comedia vel sane hilaro tragedia fuit. a Latinis Grammaticis nonnullae tragediae nominantur, quibus venit aliquando mihi in mentem suspicari, huius fabulae materiam fuisse tractatam: ex hoc numero sunt Attij Aegisthus, Agamemnonides, Clytaemnestra; Liuij Andronici Aegisthus; Nauij Aegisthus, & similes.

L. ANN. SENECAE
Agamemnon.

TRAGEDIA IX.

PERSONAE.

Thyestes. Eurybates.
Clytaemnestra. Cassandra.
Nutrix. Agamemnon.
Aegisthus. Electra.
Chorus. Strophius.

ACTVS PRIMVS.

THYESTES.



PACA linguens Ditis inferni
loca,
Adsum profundo tartari emissus
specu,
Incertus vitras oderim sedes magis.

Fugio Thyestes inferos, superos fugo.
En horret animus, & pauor membra excutit,
Video paternos, imo fraternos lares:
Hoc est vetustam Pelopae limen domus.
Hinc auspicari regium capiti decus
Mos est Pelasgis, hoc sedent alti toro,
Quibus superbae sceptrae gestantur manu.
Locus hic habenda curiae, hic epulis locus.
Libet reuerti, nonne vel tristes lacus
Incolere satius? nonne custodem Stygis
Trigemina nigris colla iactantem iubis?
Vbi ille celeri corpus euinctus rota
In se refertur: ubi per aduersum irritus
Redeunte toties luditur saxo labor:
Vbi tondet ales auida fecundum iecur,
Et inter undas feruida exustus siti
Aguas fugaces ore decepto appetit,
Poenas daturus calitum dapibus graues.
Sed ille nostra pars quora est culpa senex?
Quaestor urna Cnoisius versat reos:
Vincam Thyestes sceleribus cunctos meus,

14 Trigemina. o. v. l. tergemina.
15 Corpus euinctus. male in quibusdam membranis, deminutus, vel reninctum.

23 Repetimus. m. f. cod. continet repetamus.

Afra-

A fratre vincar liberis plenus tribus
In me sepultis. viscera exedi mea.
Nec haecenus fortuna maculauit patrem:
Sed maius aliud ausa commisso scelus;
30 Nata nefandos petere concubitus iubet.
Non pavidus hansi dicta, sed caepi nefas.
Ergo ut per omnes liberos irem parens
Coacta fatis nata fert uterum grauem,
Me patre dignum, versa natura est retro:
35 Auo parentem, (pro nefas) patri virum,
Natus nepotes miscui, nocti diem.
Sed sera tandem respicit fessos malis
Post facta demum sortis incestae fides.
Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum,
40 Cuius secuta mille vexillum rates,
Iliaca velis maria texerunt suis;
Post bina Phaebi lustra, deuictio Ilio,
Adest, daturus coniugi iugulum sua.
Iam iam natabit sanguine alterno domus.
45 Enses, securae, tela, diuisum graui
Ictu bipennis regium video caput.
Iam scelera propere sunt, iam dolus, caedes, cruor.
Parantur epulae, causa natalis tui
Aegisthe venit, quid pudor vultus grauat?
50 Quid dextra dubio trepida consilio labat?
Quid ipse temet consulis, torques, rogas;
An deceat hoc te? respice ad matrem: decet.
Sed cur repente noctis aestiua vices
Hyberna longa spacia producunt mora?
55 Aut quid cadentes detinet stellas polo?
Phaebum moramur, redde iam mundo diem.

30 Nata. Pelopae.

41 Velis maria texerunt. Ingens hyperbole. sic infra actu 3.
Splendet q. classe pelagus & pariter lateq. & Octauiae actu 1.
Ignora tantis classibus tenuis fraena.

53 Noctis aestiua vices Hyberna longa spacia producunt mora: aestiuae noctes hybernis natura breuiores sunt. Ouidius volens rem impossibilem significare, ait lib. 2. de Ponto; Longa dias citior brumalis tempore; noxq. Tardior hyberna solstitialis erit.

inter horas quoque aestiuae & hybernas magnum discrimen est longitudinis; qua de re vide Pierium Valerianum in compendio sphaerae cap. 17. Caelium Chalcagninum, & Ioan. Brechaeum ad l. 2. §. cuiusque diei, D. de verb. signific.

64 Libycis Syrtibus. Lucanus: Reppulit a Lybiis immensum Syrtibus aquor.

CHORVS.

Anapaestici.

O Regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in praecipiti
Dubioq. nimis excelsa locas.
60 Nunquam placidam sceptrae quietem,
Certumroe sui tenuere diem.
Alia ex alia cura fatigat,
Vexatq. animos noua tempestas.
Non sic Lybici Syrtibus aquor
65 Furit alternos volnere fluctus,

Non

1

75 Non curarum somnus dormitor Pectora soluit. eleganter pectus vel animus curis solui dicitur. inde solutus, liber & vacuus. Lucret.

— animi curas è pectore soluas. Eutripides: οὐ νῦν χάριν ἔχει τὸν φόβον λύσει δὲ. Varro ἀπὸ ἰβουεθλίων.

Non fit thesaurus, non auro pectus solutum, Non animis demunt curas aut religiones, Per sarum monies, non aitia diuisi Crassi. verū, ut hoc loco noſter ait, hoc ſomnus praestat. vnde Themistius: ἢ π τῶν ἀπὸ ἡμῶν παθῶν ὁ ὕπνος ἐστὶ. παρῶτα μὲν γὰρ αὐτὸς ἦσεν ἀληθῶς ἄνθρωπος πᾶσι σθένεσσι διὰ τὴν ἡδονὴν, πολλὰ δὲ οὐκ ἔλαττο κεραινομήνης. Ἐπὶ τῶν ἀλλῶν ἐπιθυμιῶν κεραιεῖ, κἄν ἄσι σφοδρότεται. Horum effectuum causam pete à Plutarcho li. 5. de placit. philosophor. cap. 24. & Aristor. lib. de somn. & vigilia.

96 Feriunt celsos fulmina colles, &c. Lucret. Inuidia quoniam, seu fulmine, summa vaporant Plerumque & qua sunt alii magis edita cunctis.

Horatius, quem Seneca imitatur; Sapius uentis agitatur ingens Pinus, & celsa grauiore casu Decidunt tui res feriuntque summos Fulmina monies.

P. Syrus; Excelsis multo facilius casus nocet. Herodorus, in Polymnia; ἀρεῖς αἱ τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραινοῖ ὁ θεός, ἐδὲ ἐξ ἑαυτῶν αἰὲρ τὰ ἱσομεγεθῶ ἄδῃ μὴ κινεῖ. ἀρεῖς δὲ αἱ ἐς οὐκ ἐριστοὶ τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεια, τὰ τε ἡρώδῃ ἐπισκῆπτει βέλαι; φιλίαι γὰρ ὁ θεός τὰ ὑπερέχοντα πᾶντα κεραινοῖ &c. In hanc sent. multa vlt. chorus Hippolyti.

102 Modicis rebus longius auum est. huius chori sententia fortè defumta est ex quodam fragmento Apollodori.

τὰ μεγάλα δῶρα, τῆς τύχης ἐργάζονται καὶ τὸ πᾶν λαίωσάν σοι ἀκινδύων κεραιεῖ δὲ ἀσφαλῆς πᾶν ὕψος ἐν θνήσκῃ ἡβῆ, ἀδελφῶν ἢ ζῶντων ἢ ζῶντων, ἐπὶ ἄν ἐπὶ ἄλλοις τὴν κεραιεῖς παρὰ τὴν δρᾶμην. ἢ ἡ μεσότης ἐν πᾶσι ἀσφαλῆς ἐρεῖ. τὸ μῆτε λιείν ἐν τῷ πᾶσι τῆς τύχης μέγιστον φέρει, μῆτε ἐν ὑψηλῶν ὄρειν. αὐτὸν γὰρ πρὸς τὴν ἐξελίξαν τὴν μέγιστον, οὐκ ἀδελφῶν ἐργάζονται τὴν δυσπραξίαν. ὕψος δὲ μέγιστον πᾶν γίνεται τῆς μέγιστης γὰρ τὸ λαίωσάν ὁ φόβος ἐβλάττει, σφάλλει δὲ αἰετὸς, οὗς ἂν ὑψώσῃ τὴν τύχην.

Non Euxini turget ab imis
 Commota vadis vnda, nivali
 Vicina polo; ubi caruleis
 Immunis aquis, lucida versat
 Plaustra Bootes;
 70
 Ut precipites regum casus
 Fortuna rotat, metui cupiunt,
 Metuq; timent: non mox illis
 Alma recessus prabet intos,
 Non curarum somnus dormitor
 Pectora soluit.
 75
 Quas non arces scelus alternum
 Dedit in praecep? impia quas non
 Arma fatigant? iura, pudorq;
 Et coniugy sacrata fides,
 Fugiant aulas, sequitur tristis
 Sanguinolent à Bellona manu,
 Quaeq; superbos vrit Erinny,
 Tumidas semper comitata domos:
 80
 Quas in planum qualibet hora
 Tulit ex alto, licet arma vacent,
 Cessentq; doli, fidant ipso
 Pondere magna, ceditq; oves
 Fortuna suo.
 85
 Vela secundis inflata notis,
 Ventos nimium timuere suos.
 Nubibus ipsi inserta caput
 Turris pluuio vapulat austro,
 Den sasq; nemus spargens umbras
 90
 Anno sa videt robora frangi.
 Feriunt celsos fulmina colles.
 Corpora morbis maiora patent.
 Et cum in pastus armenta vagos
 Vilita currant, placet in vulnus
 Maxima ceruix. quicquid in alium
 95
 Fortuna tulit, ruitura leuat.
 Modicis rebus longius auum est.
 Felix, media quisquis turba
 Parte quietus, aurà stringit
 Litora tutà, timidusq; mari
 100
 Credere cymbam, remo terras
 Propiore legit.

ACTVS SECVNDVS.

CLYTAEMNESTRA. NVTRIX.

CLY. Quid segnis anime tuta consilia expetis?
 Quid fluctuaris? clusa iam melior via est.
 110 Licuit pudicos coniugis quondam toros,
 Et scepra castà vidua tutari fide.
 Periere mores, ius, decus, pietas, fides;
 Et qui redire, cum perit, nescit pudor.
 Da freno, & omnem prona nequitiam incita.
 115 Per scelera semper sceleribus intumescit iter.
 Tecum ipsa nunc euolue femineos dolos.
 Quod vlla coniux perfida, atque impos sui,
 Amore caco; quod nouercales manus
 Ausa; quod ardens impià virgo face,
 120 Phasaca fugiens regna Thessalicà trabe;
 Ferrum, venena: vel Mycenaa domo,
 Coniuncta socio, profuge furtina rate.
 Quid timida loqueris furia, & exsiliū, & fugas?
 Soror ista fecit: te decet maius nefas.
 125 NV. Regina Danaum, & inclytum Leda genus,
 Quid tacita versas? quidve consilij impotens
 Tumido feroces impetus animo geris?
 Licet ipsa fileas, totus in vultu est dolor.
 Proin quicquid est, da tempus ac spaciū tibi.
 130 Quod ratio nequit, sepe sanauit mora.
 CLY. Maiora cruciant, quam vt moras possim pati.
 Flamma medullas & cor exurunt meum,
 Mistus dolori subdidit stimulos timor:
 Inuidia pulsat pectus: hinc animum iugo
 135 Premit Cupido turpis, & vinci vetat.
 Et inter istas mentis obesse faces;
 Fessus quidem, & deiectus, & pessundatus
 Pudor rebellat, fluctibus variis agor:
 Vt, cum hinc profundum ventus, hinc aestus capit,
 140 Incerta dubitat vnda, cui cedat malo.
 Proinde omisi regimen è manibus meis:
 Quocunq; me ira, quò dolor, quò spes feret,
 Huc ire pergam, fluctibus dedi ratem.
 Vbi animus errat, optimum est casum sequi
 145 NV. Caca est temeritas, qua petit casum ducem.
 CLY. Cui vltima est fortuna, quid dubium timet?
 NV. Tuta est, lateq; culpa, si pateris, tua.
 CLY. Perlucet omne regia vitium domus.

120 Thessalicatrabes. sic Horatius ode x. Cypriam trabem dixit.

137 Deiectus in v. est deiectus.
 143 Dedit ratem. membrana continent ad dam ratem.
 146 Cui vltima est fortuna. cuius ita se res habent, illi vt pessima fortuna, hoc est, grauissima miseria sint subeunda; sic vltimum sumitur. Cicero lib. 3. de finibus bonorum & malorum; eorum dico qui summum bonum, quod vltimum appellant, in animo respondent. Seneca;

— vltimum est nupta malum
 Palam mariti possidens pellex domum.
 148 Perlucet omne regia vitium domus. id ipsum sentit Cl. Claudianus, poeta prudensissimus;
 — te totius medio telluria in orbe
 Viuere cognoscas: cunctas tua genibus esse
 Facta palam; nec posse dari regalibus unquam
 Secretum vitium. nam lux altissima fati
 Occultum nihil esse sinit, latebrasq; per omnes
 Intrat & obstruos explorat fama recessus.

ACTVS

NV. *Piget prius, & nouum crimen struis?*
 CLY. *Res est profecto stulta, nequitia modus.* 150
 NV. *Quod meruit, auget; qui scelus sceleri obruit.*
 CLY. *Et ferrum & ignis saepe medicina loco est.*
 NV. *Extrema primo nemo tentauit loco.* “
 CLY. *Capienda rebus in malis praecipua via est.* “
 NV. *At te reflectat coniugis nomen sacrum.* 155
 CLY. *Decem per annos uirum respiciam uirum?*
 NV. *Meminisse debes sobolis ex illo tuae.*
 CLY. *Equidem & iugales filiae memini faces,*
Et generum Achillem: praestitit matri fidem.
 NV. *Redemit illa classis immota moras,* 160
Et maria pigro fixa languore impulit.
 CLY. *Pudet, pigetq; Tyndaris caligenus,*
Lustrale classi Dorica peperit caput.
Reuoluit animus uirginis thalamos mea,
Quos ille dignos Pelopea fecit domo: 165
Cum stetit ad aras ore sacrilego pater
Quasi nuptiales, horruit Calchas sua
Responsa uocis, & recedentes focos.
O scelera semper sceleribus vincens domus!
Cruore uentos emimus, bellum necce. 170
 NV. *Sed uela pariter mille fecerunt rates.*
 CLY. *Non est soluta prospero classis Deo.*
Eiecit Aulis impias portu rates.
Sic auspiciatus bella, non melius gerit.
Amore captus captus, immotus prece 175
Smynthea tenuit spolia Phaebei ducis,
Ardore sacra uirginis iam tum furens.
Non illum Achilles flexit indomitus minis,
Non ille solus fata qui mundi uidet,
In nos fidelis augur, in captas leuis: 180
Non populus ager, & relucetes rogi,
Interuentis Graeciae stragem ultimam
Sine hoste victus marcet, ac Veneri vacat,
Reparatq; amores: neue desertus foret
A pellice unquam barbarâ celebs torus, 185
Ablatam Achilli diligit Briseida:
Nec rapere puduit è sinu uulsam uiri.
En Paridis hostem, nunc nouum uulnus gerens
Amore Phrygia uatis incensus furit:
Et post trophaea Troica, ac uersum Ilium, 190
Captam maritus remeat, & Priami gener.
Accingere anime, bella non leuia apparatus:

156 Vidua. de hac voce supra in Hippolyth. & in Troadib. plura diximus.
 158 Filia. Iphigenia. Euripides in Iphigenia priore.
 170 Cruore uentos emimus. Virg. Aen. 2.
 Sanguine placasti uentos & uirgine casa.
 176 Phaebei ducis. Chryse Apollinis sacerdotis. Iliad. 4.
 177 Iam tum. ut nunc rursus Cassandrae.
 178 Indomitus. talem nobis Achillem Homerus ubique, & Horat. in epist. ad Pilones de arte poetica depingunt. posset etiam legi indomitus, ut ad Agamemnonem referas.
 179 Solus fata qui mundi uidet. Calchas, Homerus Iliad. 4.
 Κάλχας θεσπέσιος οἰωνοπόλων ἐχ' ἄετος, ἃς ἤδη τὰ τ' ἰόντα, τὰ τ' ἰοσέμενα, καὶ τ' ἰόντα.
 180 In nos fidelis augur. quia statim illi Agamemnon credidit, ut Iphigeniam Dianae sacrificandam dixit.
 In captis leuis. quia cum Chryseida reddi debere faretur, mox Agamemnon illius fidem his uerbis elcauuit;
 μάλ' η̅ν κερὸν δεκ. Iliad. 4.
 181 Relucetes rogi. de hac peste eodem loco ait Homerus;
 εἰς ἣν πυρὸς νεκρῶν νεκροῦσθαι μενοί.
 182 Graecia. huius Troianae expeditionis poetae semper ita meminerunt, ueluti si illi tota Graecia interfuisset. Sed refragatur Artemidorus inquitens; μόναι οἱ θεβαῖοι τῶν Βαίων ὄντι ἐς οὐρανὸν εἰς Ἴλιον. uerum forte uoluit Homerus eos etiam ad Ilium pugnassee: siquidem in nauium catalogo, hos inter Boeotios enumerat, Iliad. 6.
 οἱ δ' ὑπὸ θεῖας εἰρηϊστὶ κτίμενος πρὸς Ἴλιον.
 188 Hem Paridis hostem. mihi uerò, quia dicendum est, cum o. v. l. & excusis ferè omnibus placet legi En Paridis hostem, ἐγγυκῶς.
 193 Scelus occupandum est. antequam Agamemnon me interficiat, tollendus ipse è medio, ea est vis uerbi, occupo. sic sumitur Thyestes actu 2. & Hercule O Etæo actu 2. Sic accipi docet Nonius Marcellus, apud quem, uestigia membranarum secutus, Pacuuij testimonium ex Duloreste sic lego; Vlysses est, quem, si occupas, letho dabis.

Scelus

Scelus occupandum est. pigra quem exspectas diem?
Pelopea Phrygia sceptrum dum teneant nurus?
 195 *Ante morantur uirgines uirgine domi,*
Patrisq; Orestes similis? horum te mala
Ventura moueant, turbo quis rerum imminet.
Quid misera cessas? en adest natis tuis
Furens nouerca, per tuum, si aliud nequit,
 200 *Latus exagatur ensis, & perimat duos.*
Misce cruorem, perde pereundo uirum.
Mors misera non est, commori quicum uelis. “
 NV. *Regina frena temet, & siste impetus,*
Et, quanta tentas, cogita: uictor uenit
 205 *Asia ferocis, uictor Europa, trahens*
Captiua pergama, & diu uictos Phrygas.
Hunc fraude nunc conaris insana aggredi;
Quem non Achilles ense uolauit fero,
Quamuis procacem toruus armasset manum;
 210 *Non melior Ajax morte decretâ furens,*
Non sola Danais Hector, & bello mora;
Non tela Paridis certa, non Memnon niger;
Non Xanthus armis corpora immittis gerens;
Fluctusq; Simois cade purpureas agens;
 215 *Non niuea proles Cycnus equorei dei,*
Non bellicoso Thressa cum Rhæso phalanx;
Non picta pharetras, & securiger à manu
Peltata Amazon, hunc domi reducem paras
Maetare, & aras cade maculare impiâ?
 220 *Vlrix inultum Graecia hoc facinus feret?*
Equos & arma, classibusq; horrens fretum
Propone, & alto sanguine exundans solum,
Et tota capta fata Dardania domus
Regesta Danais, comprime affectus truces,
 225 *Mentemq; tibimet ipsa pacifica tuam.*

195 Virgines uidua. loquitur Clytemnestra de suis & Agamemnonis filiabus. idcirco ridiculus est Ferandus Adductus lib. 1. explicationum c. vlt. existimans hic uiduas dici uirgines, quæ matre carè. uiebat enim Clytemnestra, ac ipsamet loquitur.
 201 Perde pereundo. talis traductio est illa Catulli;
 Dux bona uirginis boni Cœingator amoris. apud Senecam huiusmodi traductiones uiginti quinque possem ostendere, apud Aeschylum quoque complures inuenio.
 202 Commori qui cum uelis. quid si legas? commori quo cum uelis. sic loquitur auctor Epitomarum Liuianarum lib. 2. quas nos quoque fuimus conati restituere. (exstant in Plantiniana editione. nam qui iteratò Solinum edidit, ea omnia me incòsulto reliquit, largus alieni laboris, nec bono exemplo) in acie cum Arunte filio Superbi commortuus est. uidentur pro, quo cum, qui hanc phrasim non intelligebant, qui cum, reposituisse.
 208 Quem non Achilles. Homerus Iliad. 4. narrat Achillem gladium strinxisse, ut Agamemnonem occideret, sed Palladis interuentu se abstinuisset: quo monemur iram ratione temperare.
 209 Procacem. cædis appetentem. nam procax est petax, teste Donato, in Terentij Hecyram actu 2. procarum enim nihil aliud significat, quam impudenter petere, auctore Nonio Marcello. inde procacitas, immodicè petendi uitium, seu immensa lucrandi cupiditas; quam, procaciam, uocant Imperatores in l. si traditio, C. de action. empr. ubi factum erat uenditoris procaecia, ne res tradi posset. procaecia, hoc est immodica lucri appetentia, quia uidelicet uenditor non contentus vni uendidisse, maioris lucri causa, secundo uendit, & tradidit. quæ fortassis uera est. Illius interpretatio: quod si uerum sit, utique hac lege non confirmaretur Ioannis, Bulgari, Azonis, Zazij, Alciati, & aliorum sententia, putantium uenditorum non teneri præcisè ad rei traditionem, sed præstatione eius quod interest liberari.
 210 Melior Ajax. melior, non Achillis, sed niuea, dicit propter candidam cæsariem.
 Equorei Dei. Neptuni. additum ad differentiam alterius Cycni, Martis filij, ab Hercule superato, de quo Hesiodus in fragmento Oearum, de Herculis scuto.
 216 Thressa cum Rhæso. uide Rhæsum tragicordiana incerti auctoris, quæ uulgò perperam Euripidi ascribitur, & nos uulgus secuti sic eam saepe citauimus, & Homerus Iliad. 4.
 218 Peltata Amazon. Penthesilea. consule Q. Smyrnaeum, quem non uulgus tantum, sed & doctiores nonnulli Q. Calabrum appellant. non bene.

ÆGISTHVS. CLYTEMNESTRA.

AE. Quod tempus animo semper ac mente horruis, Adest profecto rebus extremum meis.

Quid terga vertis anime? quid primo impetu.

Deponis arma? crede perniciem tibi,

Et dira sanos fata moliri deos:

Oppone meritis vile supplicis caput,

Ferrumq; & ignes pectore aduerso excipe.

CLY. Agisthe non est pœna sic nato mori.

AE G. Tu nos pericli socia, tu Leda fata

Comitare tantum. sanguinem reddet tibi

Ignauus iste ductor, ac fortis pater.

Sed quid trementes circuit pallor genas,

Iacensq; vultus languido obrutus stupet?

CLY. Amor iugalis vincit, ac flectit retrò.

Remeemus illuc, vnde non decuit prius

Abire: sed nunc casta repetatur fides.

Nam sera nunquam est, ad bonos mores via.

Quem panitet peccasse, pene est innocens.

AE G. Quid raperis amens, credis aut speras tibi

Agamemnonis fidele coniugium? vi nihil

Subesset animo, quod graues faceret metus:

Tamen superba & impotens statu nimis

Fortuna magno, spiritus tumidos daret.

Grauis ille sociis stante adhuc Troia fuit:

Quid vere ad animum suapte natura trucem,

Troiam addidisse? rex Mycenarum fuit,

Veniet tyrannus. prospera animos efferunt.

Effusa circa pellicum quanto venit

Turba apparatus? sola sed longè eminet,

Tenetq; regem famula veridici dei.

Ferè sne thalami victa consortem tui?

At illa nolet, vltimum est nupta malum,

Palam mariti possidens pellex domum.

Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt.

CLY. Agisthe, quid me rursum in praeceptis rapis,

Iramq; flammis iam residentem excitas?

Permisit aliquid victor in captas sibi:

Non coniugem hoc respicere, non dominam decet.

Lex alia solio est, alia privato toro.

Quid quod seneras ferre me leges viro

Non patitur animus, turpis admissi memor?

234 Leda fata. plerique v.l. Leda nata. quidam, Leda nata habent. non probo.

236 Ignauus iste ductor. omnes schedæ continent; ignauus iste victor: quod fortassis de reus non est.

At fortis pater. qui filiaz necem fortiter tulit; vel qui strenuam liberis procreandis operam det cum concubinis.

241 Remeemus. sic Cicero ad Atticum. Eò, vnde discedere non oportuit, aliquando reuertamur.

249 Grauis ille sociis. hoc illi exprobrat Achilles Iliad. d.

252 Prospera animos efferunt. stultorū scilicet. Varro mēi rōyis. sapiens & bonum ferre potest modicè, & malum fortiter ac leuiter.

255 Tenetq; regem: regi imperat. Horatius; O qua beatam Diua tenes Cyprum.

259 Nec regna socium ferre. dixit hoc etiam Lucanus, sed versus nunc non occurrunt. alibi etiam Seneca inquit; Non capit regnum duos. & Matthæi 12. Omne regnum in se dinisum desolabitur. Cyprianus de idolorū vanitate, relatus à Simanca lib. 2. de repub. c. 3.

Quando vnquam regni societas aut cum si de ocepit, aut sine cruore desit?

260 In praeceptis. sic Virgilius; Atque illum in praeceptis promo rapit al-

262 Permisit aliquid victor in captam sibi, Nec coniugem hoc respicere, nec dominam decet. in o. v. l. constantè legitur; P. a. v. in captas sibi, Non c. h. r. non d. decet. Dominam, hoc est, reginam, aliàs domina significat matrem familias. Catullus;

domum dominam voca. quo verò sensu matresfamiliaz dominæ vocatae fuerint, docuit Guilhelmus Fornerius lib. 1. selectio. cap. 11. Si Seneca dominam pro matrefamilias posuit, vt potuit posuisse; spiritissimè hæc duo dominam & coniugem coniunxit. sicut Menander;

ibi enim γυνή pro vxore ponitur. Hesychius; Δασοίνας, γυναικείας Θεσάλαι. Epictetus, in Enchir. ai γυναικείας εὐδὴς ἀπὸ πατρὸς αἰδῶσαι καὶ ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν κέρως κολοῦνται. neque enim aliæ mulieres, quàm vxores, nec ab aliis quàm à maritis sic appellabantur. vt Simplicius ad illum Epicteti locum innuit. Sic apud Scauolam in l. 41. D. de leg. 3. maritus ait; Peto à te domina vxor.

230

235

240

245

250

255

260

265

Des

Det ille veniam facile, cui venia est opus.

AE G. Ita est. pacisci mutuam veniam licet.

Ignota tibi sunt iura regnorum, haud noua:

270 Nobis maligni iudices, æqui sibi,

Id esse regni maximum pignus putant:

Si quicquid aliis non licet, solis licet.

CLY. Ignouit Helena, iuncta Menelao redit,

Quæ Europam & Asiam paribus afflixit malis.

275 AE G. Sed nulla Atridem Venere furtiuâ abstulit,

Nec cepit animum coniugi obstructum sua.

Iam crimen ille querit, & causas parat.

Nil esse crede turpe commissum tibi.

Quid honesta prodest vita, flagitio carens:

280 Vbi dominus odit? sit nocens, non queritur.

Spartamne repetes spreta, & à tanto viro,

Patriasq; sedes profuga? non dant exitum

Repudia regum: spe metum falsa leuas.

CLY. Delicta nouit nemo, nisi fides, mea.

285 AE G. Non intrat vnquam regium limen fides.

CLY. Opibus merebor, vt fidem precio obligem.

AE G. Precio parata, vincitur precio fides.

CLY. Surgit residuum pristina mentis pudor,

Quid obstrepis? quid voce blandiloquâ, mala

290 Consilia dictas? scilicet nubet tibi

Regum relicto rege, generosa exsuli?

AE G. Et cur Atridâ videor inferior tibi,

Natus Thyeste? CLY. si parum est, adde & nepos.

AE G. Auctore Phæbo gignor, haud generis pudet.

295 CLY. Phæbum nefanda stirpis auctorem vocas;

Quem nocte subitâ frena reuocantem sua

Cælo expulisti? quid deos probro aduocas,

Surripere doctus fraude genitales toros,

Quem Venere tantum scimus illicitâ virum?

300 Secede properè, dedecus clara domus,

A porta ab oculis: hac vacat regi ac viro.

AE G. Exilia mihi sunt haud noua, assueui malis.

Si tu imperas regina, non tantum domo

Argisve cedo: nil moror iussu tuo

305 Aperire ferro pectus arumnis graue.

CLY. Siquidem hoc cruenta Tyndaris fieri sinam?

Quæ inuita peccat, debet & culpa fidem.

Secede mecum potius, vt rerum statum

Dubium ac minacem iuncta consilia explicent.

267 Det ille veniam facile, cui venia est opus. ideo Vlpianus lib. 2. de adulteriis in l. si vxor, §. iudex; D. ad leg. Iul. de adulteriis, script; Iudex adulterij ante oculos habere de-

bet & inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. periniquum enim videtur esse, vt pu-

dicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibuit. è quo Vlpiani responso est desum-

tum illud Lactantij lib. 6. Exemplo continentiz docenda est vxor, vt castè se gerat. iniquum est enim vt id exigas, quod ipse præstare non possit.

275 Atridem. Menelaum.

277 Ille. Agamemnon.

280 Dominus, rex & maritus. Marcus Brutus, in lib. de officio, Itaque, inquit, patresfamiliaz, domini sumus. Virgilius;

— conubia nostra Reppulis & dominum Ænean in regnum recepit.

Fit nocens, non queritur. non inquiritur num deliqueris, sed quasi deliquisset indicta causâ damnatur.

289 Blandiloqua. γρηγορία, quam Cicero blandiloquentiam, Græci γρηγορία, & blandiloquos γρηγορῶντες vocant. sic vocatus fuit Pertinax Imp. testibus Capitolino & Aurelio Victore.

294 Auctore Phæbo. Thyeste redditi erant oraculum, quem ex Pelopeia filia sua gigneret, illum ab Atreo pœnas exacturum. ideo filiam suam cõpreffit, eaque illi Aegisthum peperit. vide Higynum, in fabulis.

301 Hæc vinctat regina viro. v. l. dissentiunt, quidam sic habet. alij; hæc vacat regi ac viro. nonnulli; regina hac vacat viro, quomodo olim ab Ascenio excusum fuit.

CHO.

CHORVS. Anapæstici.

311 Coronat. videlicet ex lauro. nam fuit hoc in Apollinis sacris sollempne. Apollonius; *Κορωνάει δ' ἐργασίαν δέφνη κροτάφῃ μετρωπύ.*

313 Innuba. *Ἰννυβῶ.* Ovidius; *contenta munere Phœbi Innuba permanceo*

Marcus Varro, in Baiis: Quod non solum innubæ sunt cōmunes, sed etiam veteres puellascunt, & multi pueri puellascunt.

319 Fatorum præscia Manto. omnino sumit hæc ab Ouid. lib. 6. Metam.

Nam sacra Tyresia venturi præscia Mæro, Per medias fuerat diuino concitata motu Particinata vias. Ismenides ite frequentes Et date Latona Latonigenisq; duobus Cū prece tuta pia, lauroq; innuētis a crimem. Ore meo Latona iubet.

322 Arcus victor. ad illud Horatij respicit; *neque semper arcum Tendit Apollo.*

337 Pelion Ossa. Antipater Sidonius; *ὄρη Ὀσση Πήλιον ἀνδέρῳ.*

Homerus Odyss. λ'. *Ὀσσαν ἴα' ἀδύμπτῳ μέγιστον δῖος, αὐτὰρ ἴα' Ὀσση Πήλιον εἰνοσίφωγον, ἢ ἕργαδὸς ἀμείβετοσ εἴη.*

Virgilius, Georg. 1. *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet atque Ossa frondosum innoluere Olympum.*

Ovidius Metamorph. 1. *Tum pater omnipotens misso perfrigit Olympum Fulmine, & excussit subiectū Pelion Ossa.*

338 Soror & coniux. Virgilius; *Ast ego qua diuim incedo regina, Iouisq; Et soror & coniux*

340 Tuae te colimus Turba Mycenæ. ex Homero Iliad. λ'. vbi Iuno loquitur; *ἦτοι ἐμοὶ τρεῖσ ῥῆ πολὺ φίλταται εἰσ πύλοισ,*

Ἄργῳ τε, Σπάρτην τε, & Δουράνην Μυκῶν.

342 Argos sola tueris. ideo Pindarus in Nemeis, Argos vocat *Ἡῆας δῖας*, iccirco Euripides in Iphig. Aulidensi, ait de Iunone; *μὲν δὲ ἀνασασ ἦεν Ἀργείων &c. & in Heracl.*

ἦτοι ἦ ἢ κακίος

ἄσπετος ἀσπυρομένη Ἀργείων ἀναξ, εἰς ἡμῶν γὰρ ἦ ἔσ' ἀστυγῆ δῖος δῖα μῆτις, ἡμῶν δ' Ἀθηνᾶ

ideo scripsit Horatius;

Plurimus in Iunonis honorem Aprum dicit equis Argos ditescq; Mycenæ.

346 Multifora tibia Buxo. Ovidius; *Longaq; multifori delectat tibia buxi.*

multifora tibia, quæ multa habet foramina. Apulcius, in Floridis, multiforatile tibus

Canite ô pubes inclita Phæbum,

Tibi festa caput turba coronat:

Tibi virgineas laurum quatiens

De more comas innuba fundit

Stirps Inachia. tu quoque nostros

Thebana manus comitare choros,

Quaq; Erasini gelidos fontes,

Quaq; Eurotam, quaq; virentis

Tacitum ripâ bibis Ismenon;

Quam fatorum præscia Manto

Sata Tyresia, Latonigenas

Monuit sacris celebrare deos.

Arcus victor pace relatâ

Phæbe relaxa, humerog; graues

Leuibus telis pone pharetras,

Resonetq; manu pulsa citatâ

Vocale chelys: nil acre velim,

Magnumq; modis intonet altis:

Scd quale soles leniore lyrâ

Flectere carmen simplex, lusus

Cum docta tuos Musa recenset.

Licet & chorda grauiore sones,

Quale sonabas; cum Titanas

Fulmine misso fregere Dei.

Vel cum montes montibus altis

Superimpositi, struxere gradus

Trucibus monstris: stetit impositâ

Pelion Ossa, pinifer ambos

Presit Olympus. Ades ô magni

Soror & coniux, consors sceptri,

Regia Iuno: tua te colimus

Turba Mycenæ: tu sollicitum

310

311

320

325

330

335

340

345

350

Can-

Candida tauri delubra cadit, Nescia aratri, nullo collum Signata iugo. Tuq; ô magni Nata Tonantis, inclita Pallas;

355 *Quæ Dardaniæ saepe petisti Cuspide turres: te permisso Matrona minor maiorq; choro Colit, & reserat veniente deâ*

360 *Templa sacerdos: tibi nexilibus Turba coronis redimita venit: Tibi grandæni lasiq; senes, Compote voto reddunt grates, Libantq; manu vina trementi. Et te Triuia gratâ memores*

365 *Voce precamur: tu maternam Sistere Delon Lucina iubes, Huc atque illuc prius errantem Cyclada ventis. nunc iam stabilis Fixâ terras radice tenet;*

370 *Respuit aras, religatq; rates Assueta sequi: tu Tantalidos Funera matris vitrix numeras. Stat nunc Sipyli vertice summo Flebile saxum, & adhuc lacrymas*

375 *Marmora fundunt antiqua nouas. Colit impense femina virg; Numen geminum. tuq; ante omnes Pater ac rector, fulmine pollens; Cuius nutu simul extremi*

380 *Tremuere poli, generis nostri Iuppiter auctor; cape dona libens, Abauusq; tuam non degenerem Respice prolem.*

385 *Manifesta properat signa letitiæ gerens. Namq; hasta summo lauream ferro gerit, Fidusq; regi semper Eurybates adest.*

ACTVS TERTIVS.

EVRYBATES. CLYTEMNESTRA.

EVR. Delubra & aras calitum, & patrios lares Post longa seffus spacia. vix credens mihi.

dixit. Harum inuentiōnem O Syridi tribuit Scaliger in arte poetica.

350 Coniux Candida Tauri. diis enim feminis femina, maribus mares, superis albæ, inferis atq; victima cædebantur.

353 Signata iugo. nullum passa iugum. antiqui tria armentorum genera habebant; vt docet Virgilius 3. Georg.

Continuo notas & nominagentis inurât, Et quos aut pecori malunt summittere habendo,

Aut avis seruare sacris aut scindere terra.

365 Tu maternam Sistere Delon. Cicero lib. 3. Accusat. Verrinar. Iatonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariedum vicinam temporibus exactis fugisse Delon, atque ibi Apollinem Dianamq; peperisse.

Inmixam scilicet vel oleastro, vel palmar, vt Homerus tradidit. Virgilius;

Delon maternam inuisit Apollo.

366 Lucina iubes. Virgilius Aeneid. 3. hoc Apollini tribuit, Lucianus, in dialogo Neptuni & Iridis, Neptuno.

374 Et adhuc lacrymis. Ouid. Metam. 6. *fixa cacumine montis*

Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant.

quæ sunt ex Callimacho, in hymno Apollinis, versus adduxi in Herc. Furente.

379 Cuius nutu. ab Homero Iliad. 4. accipit, cuius versus notissimi sunt. Catull. etiam;

Annuis inuito calestium numine rector, Quo tunc & tellus atque horrida contere muerunt

Æquora, cœcussitq; micantia sidera mûdi.

Virgilius; *Annuis. & totum nutu tremescit Olympum.*

Ovidius; *Terrificam capitis cœcussit terq; quaterq; Casariam, eum qua terram, mare, sidera mouit.*

Si rectè memini de Ioue Horatius alicubi dixit, cuncta supercilio mouentis.

382 Abauusq;. Iupiter Tantalum genuit, Tantalus Pelopem, Pelops Atreum, Atreus Agamemnonem. Iupiter igitur Agamemnonis Abauus, hic illius abnepos.

387 Eurybates. huius apud Homerum multa mentio.

388 Delubra & aras calitum. Antonius Muretus, vnus ex luminibus litterarum, in elegantiss. commentario Catulli, adductis Menandri, Plauti, & aliorum auctoritatibus, obseruauit, morem antiquis fuisse, vt qui primum ingrederentur aliquam regionem, ad eamve ex interuallo aliquo reuenterentur, religiosè eam salutarerent: quoniam cuique loco suam genium præesse arbitrabantur, testâ.

Sup-

m

monis ipsius, & huic Senecae loco adde quae sequuntur. Seneca alibi;

Tandem reuertor sospes ad patrios lares,
O cara saluo terra —
Virgil. 7. Aeneid.

saluo fati mihi debita tellus,
Vosq; ait ostia Troia saluet penates.
Ouidius 1. Fastor.

Dicit petitorum dixit saluate locorum,
Tuq; nouos calo terra datura deos;
Fluminaq; & fontes, quibus utitur bo-
spira tellus,
Et nemoros Nympha Naiadumque
chori.

Scholiasfes Apollonii lib. 2. τὸς ἐπιδημῶν-
τες εἶδ' ὅτι ἐν τῇ ἀποδομῇ θύειν θεοὺς ἐπι-
χρησιάζονται. ὅτι φασὶ καὶ Ἀλκιμανδρῶν
ποιῆσαι τὸν Μακρίδωνα ἐν Ἰλίου.

395 Terras terram habent antiq. codic.
412 Infaustum iubes. sic Aeneas apud Vir-
gilium 2. Aeneid.

Infaustum regina iubes renouare dolorem.
414 Inhorrescit malis. Aeneas autem;

Quamquam animus memisse horret,
luctuq; refugit.

423 Regia ut fulsit rate. Virgilius dicto
loco. — flammis ut regia puppis
Extulerat. 435 Nixu. o. v. l. nisu.

437 Cana. albæ. Catullus:
Tortaeq; remigio spumis incanuit vnda.
Ouidius;

spumisq; sonantibus albet.
Carulum mare. Aratus:

κενῶν τοῦ πρὸς ἀνατολῆναι ἀκραιώτια.

444 Herceum Iouem. vide Virgilium, Try-
phiodorum, & Caelium Rhodiginum li. 21.
antiq. lect. cap. 1.

447 Tyrrhenus. hoc confirmant Lucanus,
Plinius, & S. Isidorus, vide commentarium
Hispanicum Ioannis de Mena poetæ Cor-
dubensis. idem tradiderat Antonius Mizal-
dus ephimeridum aëris clas. 3. aphoris. 69. sci-
licet delphinos per maris tranquillitatem la-
sciuentes, ventorum impetum ex eo tractu,
vnde primum visi fuerunt, portendere. Ra-
tionem reddit Caelius Rhodiginus lib. 8. an-
tiq. lect. ion. cap. 6.

451 Millefimam. Aeschylus, in Agamem-
no.

εἰλον Ἀργείων χηλοισώπιον.

vt & Virg. Propert. & alij. eaque communis
poëtarum est opinio, vt mille fuerint Græco-
rum naues. quod intelligendum est, iuxta il-
lud Varronis lib. 2. de re rust. cap. 1. si inquam

numeris non est ad amissum, vt cum dici-
mus mille naues iisse ad Troiam, centumui-
tale esse iudicium Romæ. Equidem si quis
cum Homero Iliad. 8. rationem subducat,
annuencit mille & octoginta naues. Dares au-

Supplex adoro. vota superis soluite. 390

Telluris alium remeat Argolica decus,
Tandem ad penates victor Agamemnon suos.

CLY. Felix ad aures nuncius venit meas.
Vbinam petitus per decem coniux mihi

Annos moratur? pelagus, an terras premit? 395

EV. In columbia, auctus gloria, laude inclitus,
Reducem expetito litori impressit pedem.

CLY. Sacris colamus prosperum tandem diem,
Et si propitios, attamen lentos, deos.

Tu pande, viuat coniugis frater mei,
Et pande, teneat quas soror sedes mea. 400

EV. Melior a votis posco, & obtestor deos.
Nam certa fari sors maris dubij vetat.

Vt sparsa tumidum classis excepit mare,
Ratis videre socia non potuit ratem. 405

Quin ipse Atides aquore immenso vagus,
Grauiora pelago damna, quam bello iulit,

Remeatq; victo similis, exiguas trahens
Lacerasq; victor classe de tanta rates. 410

CLY. Quis, fare, nostras hauserit casus rates,
Aut que maris fortuna disputerit duces?

EV. Acerba fatu poscis, infanstum iubes
Miscere laeo nuncium: refugit loqui

Mens egra, tantis atque inhorrescit malis.
CLY. Exprome: clades scire qui refugit suas, 415

Grauat timorem. dubia plus torquent mala.
EV. Vt Pergamum omne Dorica cecidit face;

Diuisa prada est: maria properantes petunt,
Iamq; ense fessum miles exonerat latus,

Neglecta summas scuta per puppes iacent,
Ad militares remus aptatur manus, 420

Omnisq; nimium longa properanti mora est.
Signum recursus regia ut fulsit rate,

Et clara lentum remigem monuit tuba,
Aurata primas prora signauit vias, 425

Aperitq; cursus, mille quos puppes secent.
Hinc aura primo lenis impellit rates,

Allapsa velis, vnda vix tactu lenis
Tranquilla zephyri mollis afflatu tremat,

Splendetq; classe pelagus, & pariter latet. 430

Iuuat videre nuda Troia litora,
Iuuat relictis sola Sigei loca.

Properat iuuentus omnis adductos simul

Len-

Lentare remos: adiunat ventos manu,
435 Et valida nisu brachia alter no mouet:
Sulcata vibrant equora, & latera increpant,
Dirimuntq; cane carulum spuma mare.

Vt aura plenos fortior tendit sinus,
Posuere tonsas: credita est vento ratis,
440 Fususq; transtris miles, aut terras procul,
Quantum recedunt vela, fugientes notat,
Aut bella narrat; Hectoris fortis minat,
Curusq; & emio redditum corpus rogo,

Sparsum cruore regis Herceum Iouem.
445 Tum qui iacente reciprocus ludit salo,
Tumidumq; pando transilit dorso mare,
Tyrrhenus omni piscis exsultat freto,
Agitq; gyros, & comes lateri annatat,
Anteire naues letus, & rursus sequi.

450 Nunc prima tangens rostra lasciuat chorus,
Millesimam nunc ambit & lustrat ratem.
Iam litus omne tegitur, & campi latent,
Et dubia parent montis Idaei iuga:

Et iam, quod vnum pernicax acies videt,
455 Iliacus atrâ fumus apparet notâ.
Iam lassâ Titan colla releuabat iugo,
In astra iam lux prona, iam præceps dies:
Exigua nubes sordido crescens globo,
Nitidum cadentis inquinat Phæbi iubar,

460 Suspecta varius occidens fecit freta.
Nox prima calum sparserat stellis: iacent
Deserta vento vela: tum murmur graue
Maiores minitans collibus summis cadit,
Tractusq; longo litus ac petre gemunt,

* Feruere, non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.

» Nigidius; Si pallidus, inquit, Sol in nigras nubes occi-
» dat Aquilonem ventum significat. Claudianus, de bel-
» lo Gildonico, circa finem;

Heu nimium segnes cauta qui mente notatis,
Si reuolent mergi, graditur si litore cornix,
Ora licet maculis adsperserit occiduum Sol,
Lunaq; conceptu lineascat turbida coris,
Et concussa vagos iaculentur sidera crines.
Imbribus humescant hædi, nimbo saq; aurum
Ducat hyas, totusq; fretis descendat Orion.

quæ cuncta ferè Claudianus ex Marone decerpit, vt
vel eo solo, petuincat quis magnam Claudianum imi-

tem Phrygius scribit fuisse naues mille, cen-
tum & quadraginta. Dictys mille ducentas
nonaginta quinque.

453 Parent. apparent, conspicua sunt. Tu-
iifconsultorum verbum, ad quorum formu-
lam, SI PARET, alludens Petronius, inquit:
Iurisconsultus PARET, NON PARET,
habeto;

Atque esto quicquid Seruius & Laber-
459 Phæbi iubar. Caluus:

Hesperium ante iubar quatiens.
Varro quoque tempestatem quamdam de-
scripsit his verbis;

Repentè noctis circiter meridiem,
Cum pictus aër feruidus lai à ignibus
Cali choreas astricas ostenderet:
Nubes aquales frigidò velo leues
Cali caernas aureas subduxerant,
Ventiq; frigidò se ab axe eruperant
Phrenetici Septemtrionum filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, firuis.
At nos caduci naufragij ciconia,
Quarum bipennis fulminis plumas vapos
Perussit altè, mestè in terram cecidimus.

460 Suspecta varius. Sol occidens macu-
lis conspersus ventos & pluuias portendit.

Aratus;
ἢ ῥῶν ὑπερσυνέητος μελαίνοιστρη εἰκήνη
πέλειον νεφέλην, πῶν δὲ ἀμφοῖν μῖν ἐσθλα καὶ ἐσθλα
ἀκτινὲς μῖος ἠγυὲς ἐλασσοίδηραι διχρόωνται,
ἢ τ' ἀπ' ἐπ' εἰς ἡμῶν κατέπνευσε καὶ ἡγενησθεῖν εἰς
εἰ δ' ὁ ῥῶν &c.

Virgilius 1. Georg.

Hoc etiam immenso cum iam decedit,
Olympo
Profuerit meminisse magis, nam sepe vi-
demus

Ilius in vultu varios errare colores:
Caruleus pluuia denunciat, igneus Euros.
Sin macula incipient, rutilo immisceriet
igni;

Agri- Omnia tunc pariter nimbis, ventisque
vidobis

tationis curam habuisse, non omnia illum sua, at aliquid
alienum adferre, ecce ait;

Si reuolent mergi.
Virgilius;
Cum medio celeres reuolant ex equore mergi.
Claudianus;

— graditur si litore cornix.

Virgilius;
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
Et sola in seica secum spaciatur barena.

Sanè ex cornicis cantu etiam alia auguria veteres colligebant. vnde Virgilius;

Sæpe sinistra mihi prædixit ab ilice cornix.
idæque imitatur poeta Hispanus;

Bien claro con su voz me lo dexia
La sinieſtra corneja repesiendo
La defuenteura mia. item;
Acuerdase me agora, que el sinieſtro
Canto de la corneja y el aguero, &c.

Claudianus;
Oralices maculis, &c.
quod vnde sumtum sit, iam vidimus. Claudianus;
Lunaq; conceptis lineſcat, &c.

Virgilius;
Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
Sinigrum obscuro comprehendit aera cornu;
Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber.
idem testatur etiam Dominicus Cyllenius lib. 3. de disci-
plina militari cap. 10. Claudianus:
vagos iaculentur sidera crines.

Virgilius;
Sapientiam stellis vento impendent, videbis
Præcipites calo labi, noctisq; per umbras
Flammaram longos à tergo albeſcere tractus.

Claudianus;
Imbribus humefcant hædi —

Virgilius;
Prætereata sunt Arcturi sidera nobis
Hædorumq; dies seruandi.

Columella lib. 11. ait; Quincto Kal. Octobris hædi.

465 Agitata ventis vnda venturis tumet.

Virgilius;

— freta ponti
Incipiunt agitata tumefcere.

Hinc incipit elegantissima tempeſtatis deſcriptio: qua in re multi poëtae ingentiū suum exercuerunt; pace tamen aliorū dixero, cunctos (Virgilium excipio, qui nihil molitur inepte, lib. 1. Aeneid.) facile poëta noster hac in re superauit. nec enim fuit, vt Lucanus libro 5. nec nugatur, vt Ouidius 1. Tristium, & 11. Metamorph. & copioſior est & diligentior epithetorum quam Papinius 5. Thebaid. accuratior quoque & verior quam Valerius Flaccus 1. Argonaut. qui verò illum cū Homero Odyſſ. aut Apollonio lib. 2. velit componere, nã ille valde iniquus sit rerum æſtimator, nam in Homericâ descriptione multa sunt Homeri ingenio prorsus indigna, quæ inuenies apud Iulium Scaligerum art. poët. lib. 5. cap. 3. Apollonius verò sui similis est, hoc est totus plebeius & vilis, & non meo, sed doctorum quorumdam iudicio, ferè indignus qui legatur.

467 In astra pontus tollitur. Ouidius;

— calumq; aquare videtur

Pontus, et inductas aspergine iagere nubes.

Calum perit. Virgilius;

Eripunt subito nubes calumq; diemq;

Tentorū ex oculis, ponto nox incubat atra.

468 Denſat tenebras obruit Caligo. Apollonius;

oriuntur: Fauonius, nonnumquam Haustereum plu-
uia. Claudianus;

— nimboſaq; taurum
Ducat Hyas —

hoc non planè à Virgilio, sed partim etiam à Germanico Cæsare, in Phœnom. accepit. Germanicus;

Astrubiſe taurus sinuoſis cornibus effert,
Grandine ſignificat.

de Hyade Virgilius 3. Aeneid.
Sidera cuncta notat tacito labentia calo,
Arcturum, pluuiasq; Hyadas, geminosq; triones,
Armatusq; auro circum ſpicit Oriona.

Claudianus;
— totusq; fretis descendat Orion.

Virgilius;
Cum subito affurgens fluctu nimboſus Orion.

Propertius lib. 2.
Non hac Pleiades faciunt, neque aquosus Orion.

Nec repugnat Calpurnius Baſſus, Germanici interpres,

in hunc modum ſcribēs; Tempeſtates vocamus in quibus grandines, procelle, ceteraque ſimilia intelliguntur;

quæ, cum in plenilunio acciderint, maiore vi impelluntur. hæc ab horridis ſideribus exeunt; vt ſæpe diximus, veluti Arcturo, Orione, hædis &c. nonnulla huc ſpectantia tradidit Galeottus Martius, de doctrina promiſcua c. 37. quem vide,

465 Agitata ventis vnda venturis tumet.

Virgilius;

— freta ponti

Incipiunt agitata tumefcere.

Hinc incipit elegantissima tempeſtatis deſcriptio: qua in re multi poëtae ingentiū suum exercuerunt; pace tamen aliorū dixero, cunctos (Virgilium excipio, qui nihil molitur inepte, lib. 1. Aeneid.) facile poëta noster hac in re superauit. nec enim fuit, vt Lucanus libro 5. nec nugatur, vt Ouidius 1. Tristium, & 11. Metamorph. & copioſior est & diligentior epithetorum quam Papinius 5. Thebaid. accuratior quoque & verior quam Valerius Flaccus 1. Argonaut. qui verò illum cū Homero Odyſſ. aut Apollonio lib. 2. velit componere, nã ille valde iniquus sit rerum æſtimator, nam in Homericâ descriptione multa sunt Homeri ingenio prorsus indigna, quæ inuenies apud Iulium Scaligerum art. poët. lib. 5. cap. 3. Apollonius verò sui similis est, hoc est totus plebeius & vilis, & non meo, sed doctorum quorumdam iudicio, ferè indignus qui legatur.

467 In astra pontus tollitur. Ouidius;

— calumq; aquare videtur

Pontus, et inductas aspergine iagere nubes.

Calum perit. Virgilius;

Eripunt subito nubes calumq; diemq;

Tentorū ex oculis, ponto nox incubat atra.

468 Denſat tenebras obruit Caligo. Apollonius;

— ἀγρον ἢ κῆρυς
κεκλυμένος πρὸς τὴν κελαινὴν εἰς ἐξάνον ἀχλὺς
ἀμπιχεν, ἐδὲ πρὸς αἰθρὰς ἀλαργίαι φαίνετο ἰδέσθαι
αὐτὸν νεφέων, σκῆπτρόν τε ἄσπετον ἢ ἀφ' ὧν ἠέγγετο.

472 Aduersus Euro Zephyrus. doctissimus poeta re-
ctissimè suas vnicuique vento sedes attribuit. hæc au-
tem sunt similia illis Homeri:

— πάσας δ' ὀρεθύνου ἀέθρας
παντῶν ἀνέμων, σὺ δ' ἠεφείσας κἀλυπὲ
γαίαν ὀρεῖς καὶ πόντον, ὄρεσ δ' εἰς ἐξάνον νύξ,
σὺ δ' εἰς ἄρῆος τε νότον, ὅτι ἔπεισε ζέφυρος τε δύσων
καὶ βορέων ἀπ' ἠπηνόων τε μέγα κῆρυγ κολύδων.

475 Aquilo. à Septemtrione flans, Varro Attacinus, in
Chorographia; (quos Diomedes lib. vlt. tribuit Pacu-
nio, & citat mendosissimè.)

Omnium Oceano Hyperion fulgurat Euro,
Arcteo plauſtro Boreas bacchatur ab Æmo,
Hesperio Zephyro sed Orion voluitur Iſtro,
Fuluo acriq; Notu vaga Cynthia proruit Afro.

479 Nabat haæ quatiens regna. adſcribam Ouidij lo-
cum vnde hæc reor deſumpta;

Eurus ad Auroram, Nabat haæq; regna recessit;
Perſidaq; & radiis inga subdita matutinis;
Vesper & occiduo qua litora Sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro: Scythiam Septemq; triones
Horriſer inuaſit Boreas: contraria tellus,
Nubiū affidiū ptuuiasq; madefcit ab Hauſtro.

porò noster poëta à se ipſo diſſenſit, qui lib. 5. natural.
quæſt. c. 6. poſſe fieri inquit, vt vno eodemq; tempore
hi venti contrarij flent. Sed contrarium tenent Home-
rus, Muſæus, Virgilius, ceteriq; poëtae: & Lucretius

Premunt tenebræ lumina, & dira Stygis

490 Inferna nox est: excidunt ignes tamen,
Et nube dirum fulmen elis à micat,
Miserisq; lucis tanta dulcedo est mala:
Hoc lumen optant. ipſa se claſſis premit,
Et prora prora nocuit, & lateri latus.

495 Iſtam debiſcens pontus in præcepſ rapit,
Hauritq; & alto reddit am reuomit mare.
Hæc onere ſidui: illa conuulſum latus
Summittit vndis: fluctus hanc decimus tegit:

500 Fluitat: nec illi vela, nec tonſæ manent,
Nec rectus altis malus antennæ ferens;
Sed fracta toto pappis Ionio natat.

485

480

475

470

465

460

455

450

445

440

435

430

425

420

415

410

405

400

quidem libro 4. ait;
Vides etiam diuerſis nubila ventis
Diuerſas ire in partes —
& Lucanus lib. 5.

Primus ab Oceano caput exeret Atlanteo
Core, mouens æſtus; tam te tollente, furebat
Pontus, & in scopulos totas exeret vndas:
Occurrit gelidus Boreas, pelagusq; retundit, &c.

quem vltimum verſum Iul. Scaliger lib. 5. de arte poëti-
ca cap. 12. planè merito reprehendit: niſi dicas, retundit,
ibi non in propria ſignificatione poſitum, sed pro obr-
ruit aut confundit: & venti duo ab eadem parte flantes
vnus alterius fluctus obruere ac vndæ ſuæ ſuperuentu
confundere poſſunt. Fluctus autè à fluctu alterius venti
obrūtus ſiſtitur primò, mox quaſi reſiliit, quæadmodum
ſi in ſolidius quid è durius impieſſet: quæ res ſenſu
comprehendi facilius, quam verbis declarari queat, quo-
modo Iuſcanū, poëtam non malum in plerisque, magnè
& ſupina negligentiæ nota liberari poſſe cenſeo.

480 Corus. Corus ab Occidente latere Septemtrio-
nem ſtipat, quemadmodum Boreas ab Orientis latere.

483 Et atrum rebus induci chaos. Fuit Lucanus, non
canit;

Extimuit natura chaos, rupiſſe videntur
Concordes elementa moras; rurſusq; redire
Nox manes miſtura deis —

486 Vndaſque miſcent imber & fluctus ſuas. ſi-
militer poëta;

— latet obſitus aer
Inferna pallore domus: nimbisq; grauatus
Deprimitur fluctusq; in nubibus accipit imbrem.

490 Inferna nox est. interpretatur illud
poëtae;

Non cali nox illa fuit —
Excidunt ignes tamen. sed obſcure. Virg.
— nec fulgura curruunt
Clara; sed obſcureſcent nimboſus diſſilit aer.
Valerius Flaccus:

— nec ſola tridentis
Regna mouent: vaſto pariter ruit igneus
aether
Cum tonitru piceòque premit nox omnia
calo.

Pacuius autem;

Interea prope iam occidente ſole inhor-
reſcit mare,
Tenebra conduplicantur, noctisq; & nim-
bium occæcat nigror,
Flarama inter nubes coruſcat, calum to-
nitru contremitt,

Nal Grando miſta imbrĩ largiſtuo ſubita tur-
bine præcipitans cadit, Vadiq; omnes venti erumpunt, ſani exiſtunt turbines, Feruet aſtu pelagus.

quos verius citat Cicero lib. 1. de diuinat. & lib. 3. de Oratore.

498 Fluctus hanc decimus tegit. decimus flu-
ctus ſtuctuum maximus eſt ſecundum Valer. Flacc. lib. 2. Silſtum Ital. lib. 14. Lucanum lib. 5. & Ouidium 1. Tri-
ſtium & 11. Metamorph. & Latinis decumanus dicitur, auctore Feſto, propter denarij numeri perfectionem, de
qua Cælius lib. 22. antiq. lectio. c. 14. à Græcis vocatur Τετακμία, teſte Heſychio. Euripides in Troadib. de hac
tempeſtate agens, inquit; Αἰγῶν πρὸς τὴν τετακμίαν βέβηγον. videntur etiam hac voce Synneſus & Ariſtides,
ſunt qui de decumano fluctu intelligant 1. 96. & 1. 12. D. de verb. ſignific. & 5. flumina, Inſtitut. de rerum diuiſ. &
acquir. ear. domin.

495 Iſtam debiſcens pontus in præcepſ rapit,

Hauritq; & alto reddit am reuomit mare.

Hæc onere ſidui: illa conuulſum latus

Summittit vndis: fluctus hanc decimus tegit:

500 Fluitat: nec illi vela, nec tonſæ manent,

Nec rectus altis malus antennæ ferens;

Sed fracta toto pappis Ionio natat.

485

480

475

470

465

460

455

450

445

440

503 *Ars cessit malis.* sic Maro:
 — cedit quoniam spoliata magistro est.
 Ovidius:
Tæta malimoles, tantoq; potentior arte est.
 Idem;
Desicit ars, animiq; cadunt —
 Lucanus;
Artis opem vicere metus, nescitq; magister
Quam frangat, cui cadat aqua —
 511 *Felix vocatur,* desumptum ex Homero
 Odyll. 4. vel ex Virg. Aeneid. 1.
Qui meruit, plerique libri scripti habent,
 qui potuit.
 518 *Vel Troia lachrymas.* magna sit opor-
 tet miseria, cuius hostem misereat. ideo scri-
 ptores volentes summas calamitates expri-
 mēre, passim hoc addunt. eamque Suidas
πυρρην vocat. Pacuvius;
Si Priamus adesset, & ipse eius commi-
seresceret.
 Ennius, Annal. 5.
Cogebant hostis lachrymantis ut misere-
rerant.
 Virgilius 11. Aeneid.
 — infanda per orbem
Supplicia & scelerum poenas expendimus
omnes,
Vel Priamo miseranda manus —
 Ovidius 14. Metamorph.
Gracia tunc potuit Priamo quoque stera-
da videri.
 Sophocles:
ὅς κού παρ' ἑχθροῦ ἀξίος ἴσθαι τοῦ χεῖν.
 P. Aemylitis hist. Francorum lib. 2. inhumana
 vastitas, ac, si in alio hoste contigisset, vi-
 ctori etiam miseranda.
 524 *Fulmine irati Iouis Armata Pallas.*
 non est hoc abs re confictum. nam in libris
 Hetruscorum scriptum fuit, Manubias, id est
 fulminum iactus, tres deos possidere, Iouem,
 Palladem, & Vulcanum. docet hoc Sernius,
 ad illud Virgilij,
Ipsa Iouis rapidū iaculata ē nubibus ignē
Dissecitq; rates; &c.
 eadem de causa Pallas apud Euripidem, in
 Troadibus,
ἔρωι δ' ἀσπί φησὶ πρὸ κερώνων
βαλοῦν Ἀχαιοῦς, ναῦς τε πύμης ἀναί πορῶ.
 528 *Solus inuictus malis.* vide Virgilium
 1. Aeneid. Q. Smyrnaeum lib. 14. Philostratu
 in Imaginibus, & Izacium in Lycophron.
 540 *Furibundū intonat.* multa ex sequen-
 tibus translata sunt ex Homero Odyll. 4.
 non vacat totum locum ascribere; incipit ibi,
Αἶας ἀπὸ πρῶτος δ' ἄρην δολιχὴν ἔκρηστο.
Τυρρῆσι μὲν, &c.

Nil ratio & usus audent in magnis malis. cc
Tenet horror artus, omnis officio stupet
Nauta relicto, remus effugit manus. 505
In vota miseros vltimus cogit timor,
Eademq; superos Troes & Danai rogant.
Quid fata possunt? inuidet Pyrrhus patri,
Aiaci Vlysses, Hæctori Atrides minor,
 510 *Priamo Agamemnon. quisquis ad Troiam iacet,*
Felix vocatur; cadere qui meruit manu,
Quem fama seruat, victa quem tellus tegit.
Nil nobile ausos pontus atque vnda ferent?
Ignava fortes fata consument viros?
 515 *Pudenda mors est. quisquis es nondum malis*
Satiaste tantis calitum, tandem tuum
Numen serena. cladibus nostris daret
Vel Troia lachrymas: odia si duram tua,
Placetq; mitti Doricum exiio genus;
Quid hos simul perire nobiscum iuuat, 520
Quibus perimus? sistite infestum mare.
Vehit ista Danaos classis, & Troas simul.
Nec plura possunt: occupat vocem mare.
Ecce alia clades: fulmine irati Iouis
 525 *Armata Pallas, quicquid aut hastā minax,*
Aut Agide, aut furore Gorgoneo potest
Aut igne patrio, tentat, & calo noua
Spirant procellæ: solus inuictus malis
Luclatur Ajax; vela cogentem hunc sua
 530 *Tenso rudente flamma per strinxit cadens.*
Libratur aliud fulmen: hoc toto impetu
Tortum reduclā Pallas excussit manu,
Imitata patrem, transit Aiace, & ratem,
Ratisq; partem secum, & Aiace tulit.
 535 *Nil ille motus; ardua vt cautes salo*
Ambustus exstat, dirimit insanum mare,
Fluctusq; rumpit pectore, & nauem manu
Complexus in se iraxit: & caco mari
Collucet Ajax, omne resplendet fretum.
 540 *Tandem occupat à rupe, furibundū intonat,*
Superasse nunc se pelagus, atque ignes: iuuat
Vicisse calum, Palladem, fulmen, mare.
Non me fugauit bellici terror Dei:
Et Hæctorem vnā solus, & Martem tuli, 545
Phæbea nec me tela pepulerunt gradu:
Cum Phrygiibus istos vicimus, tandem horream
 Aliena

Aliena inerti tela mitti dextera?
Quid si ipse mittat? plura cum auderet furens,
Tridente rupem subruit pulsam pater
 550 *Neptunus, imis exerens vndis caput,*
Soluitq; montem; quem cadens secum tulit,
Terraq; & igne victus, & pelago iacet.
Nos alia maior naufragos pestis vocat.
Est humilis vnda, scrupis mendax vadis,
 555 *Vbi saxa rapidis clusa vorticibus regit*
Fallax Caphareus: astuat scopulis fretum,
Feruetq; semper fluctus alternā vice.
Arx imminet prerupta, quæ spectat mare
Vtrinque geminum; Pelopis hinc oras tui,
 560 *Et Isthmon, arcto qui recuruatus solo*
Ionia iungi maria Phryxeis vetat.
Hinc scelere Lemnon nobilem, & hinc Chalcida,
Tardamq; ratibus Aulida: hanc arcem occupat
Palamedis ille genitor, & clarum manu
 565 *Lumen nefandā vertice è summo efferens,*
In saxa ducit perfidā classem face.
Herent acutis rupibus fixæ rates,
Has inopis vnda breuia comminuunt vada:
Pars vehitur, huius prima pars scopulo sedet,
 570 *Hanc alia retro spacia relegentem ferit,*
Et fracta frangit: iam timent terram rates,
Voluntq; maria: cedit in lucum furor.
Postquam litatum est: Phæbus in lucem redit,
Et damna noctis tristis ostendit dies.
 575 *CLY. Vtrumne doleam, læter an, reducem virum?*
Remeasse, lator: vulnus at regni graue,
Lugere cogor. redde iam Graiis pater,
Alifona quatiens regna, placatos deos:
Nunc omne latā fronde veletur caput,
 580 *Sacrificæ dulces tibia effundat modos,*
Et mæua magnas victima ante aras cadat.
Sed ecce turba tristis, incomta comas
Iliades adsunt; quas super celso gradu
Effrena Phæbas entheas lauros quatit.

549 *Pater Neptunus.* ex multis supra do-
 cui hoc esse Neptuni epithetum. quibus ad-
 de hoc fragmentum Varronis;
Te Neptune pater cui sumina cana sonāti
Cincta salo resonant: magnus cui præpetere
nimbo
Perfluit Oceanus, & flumina crimib. errāt.
 556 *Fallax Caphareus.* hoc loco Nauplius
 Palamedis pater Græcos in cæca saxa pertra-
 xit. vnde Pacuvius;
 — pater
In Caphareis saxis pleuos Achiuos perdidit.
 Virgil. Aeneid. 11. hanc cladem Mineruæ
 fideri ascribit;
 — scit triste Minerva
Sidus & Euboica cautes, vitorq; Capha-
reus.
 quæ Virgilij sententia Straboni vera vide-
 tur lib. 8. & sit sanè vera. Seneca Euripidem
 sequitur, cuius sunt illa, in Helena;
πολλὴς δ' πυρρῶτος
φλογεῖν σείλας ἀμφὶ ῥύπαν
Εὐβοίαν, εἰλ' Ἀχαιῶν
μυθῶνασθ' ἀνήρ, πείσσεις
καθηγίαις ἐμβαλῶν,
Αἰχαιῶς τ' ἐναδλίαις ἀκταῖς
ἀόλιον ἀστέρο δάμνασ.
 561 *Scelere Lemnon nobilem.* sic Plautus
 in Rudente;
 — qui se scelere fieri volunt nobiles.
 D Hieronymus, contra Eluidium: nobilis
 factus est scelere. Q. Cicero, de perit. confu-
 latus, eodem modo dixit, Flagitio nobiles.
 Lemniades autem mares omnes occiderunt,
 excepta vna Hypsipyle; quæ patri Thoanti
 pepercit.
Hinc Chalcida. sunt qui referant Chalci-
 densēs mulieres maritos suos occidisse. quo
 de dubito. quidam m. s. hinc Calcedona.
 564 *Palamedis ille genitor.* Nauplius;
 quem, vt id faceret, impulsim volunt cupi-
 ditate viciscendi Agamemnonem & Vlyf-
 sem, qui Palamedem occiderant iuxta ple-
 rosque. nam Dares à Paride interfectū fuisse
 scribit, vt vt est, Xenophon in Cynagético
 tradidit mortem Palamedis deos vindicasse.

CHO-

586 *Vita dirus amor*. nullus non vivere cupit, quamvis miserè sit victurus. rectè tamen Iamblichus; & τὸ εἶναι ἐπὶ πλεόντων ποικίλων, ἀλλὰ τὸ ἀδύνατον.

606 *O quam miserum est nescire mori*. tam miser est qui mori nescit, quam naufragus qui portum nequit inuenire. quia, ut ait Sotades; πῶταυ λημέω τῶν μερόπων ὁ θάνατός ἐστιν.

607 *Nocte funesta*. excidium Troiae in noctem incidisse consentaneum est Aeschilo in Agamemnon. & Euripidi in Hecuba. auctor paruae Iliadis id ipsum probat: ὅτι μὲν ἔλεω μερόπων, λαμπρῶν δὲ ἐπέτασσα σελήνη.

Retronius Arbitrator, in Troiae Halosi: *Iam plena Phoebe candidè extulerat iubar, Minora ducens astra radiante face,*

Cum inter sepultos Priamidæ nocte & mero Danai relaxant claustra, &c.

Sed quæ nox illa fuerit, nemo facile certò dixerit; qui sciat Hellenicum, Dionysium Argium & Lyfimachum prodidisse Troiam captam XI. Febr. Callisthenem verò lib. 2. Græcicæ historiæ, Februario in eunte. Qui Attica scripserunt, in octauum diem huius mensis definentis hanc cladem reiciunt. nec defuerunt, qui ad octauum desinens Martij id retulerint. Dercylas autem & Aegias contendunt funestæ huius noctis diem fuisse octauum definentis Ηωίμην, hoc est, si Corinthios audimus, Iulij; si Bœotios sequimur, Maij. hæc ex Euripidis scholiis Græcis, & Clemente Aegypcio decerpsi.

614 *Falsus*. Patroclus, Iliad. σ. τ. β.

616 *Sustulit luctu*. Iliad. σ. τ. β. *Celeremq; saltu*. Achillem Homerus, ἀκρότατον, πῶδ' αὖτε πικρῶν, πῶδ' αὖτε ἀνίου appellat. quemadmodum Seneca Achillem, celerem saltu, sic Ennius Annal. 2. Coclitem, inclutum saltu, vocauit.

at Horatius inclutu saltu. *Saltu*. de saltu Achillis, cuius Lycophron in Cassandra, meminit, non vulgaria, ex Antimacho & Euripide, ibi refert Izacius. datum Græcis responsum, eum qui primus Troianæ terræ vestigium imprimeret, primum occubiturum: quod cum Proteus morte sua confirmasset; desiluisse Achillem à nauì in terram, & eo loco, quem conculcarat, repente aquæ fontem emanasse. Sed eò non respicit Seneca, verùm solummodo ad Achillis pertinacitatem.

622 *Molis immensa*. magnus fuerit oportet equus Duratens, in cuius aluo tot duces inclusi fuerunt, quos refert Izacius, dicto loco; ἰσπανίαν τὴν ὁ Πλευστίανος ἢ ὁ Εὐπρόκτος τὸν

CHORVS. CASSANDRA.

Versus choriambici, dactylici, iambici, trochaici, sapphici, anapæstici, acatalecti, hypercatalecti, & brachycatalecti, & catalecti, scazontes, mirificè inter se permixti.

Heu quam dulce malum mortalibus [addit] " 585

Vita dirus amor; cum pateat malis

Effugium, & miseris libera mors voces,

Portus æterna placidus quiete.

Nullus hunc terror, nec impotens

Procella fortuna mouet,

Aut iniqui flamma Tonantis.

Pax alta nullos ciuium cætus

Timet, aut minaces victoris iras;

Non maria asperis insana coris,

Non acies feras

Puluereamq; nubem,

Motam barbaricis equitum cateruis;

Non vrbe cum totâ populos cadentes,

Hosticâ muros populante flamma,

Indomitumve bellum. Perrumpet omne,

Solus contemtor leuitem deorum;

Qui vultus Acherontis atris,

Qui Styga tristem non tristis videt,

Audetq; vitæ ponere finem;

Par ille regi, par superis erit.

O quam miserum est nescire mori!

Vidimus patriam ruentem nocte funestâ,

Cum Dardana tella Dorici raperent ignes:

Non illa bello victa, nec armis,

Vt quondam Herculeâ cecidit pharetrâ:

Quam non Pelei, Thetidisq; natus,

Carusq; Pelide nimium feroci

Vicit; acceptis cum fulsit armis,

Fuditq; Troas falsus Achilles:

Aut cum ipse Pelides animos feroces

Sustulit luctu, celeremq; saltu

Troades summis timuere muris.

Perdidit in malis extremum decus,

Fortiter vinci restitit annis

Troia bis quinis,

Vnius noctis peritura fato.

Vidimus simulata dona molis immensa,

585

590

595

600

605

610

615

620

Fatale

Fatale munus Danaum traximus nostrâ

Creduli dextrâ: tremuitq; sæpe

Limine in primo sonipes, cavernis

Conditos reges bellumq; gestans:

Et licuit versare dolos, ut ipsi

Fraude suâ capiti caderent Pelasgi.

Sæpe commota sonuere parma,

Tacitumq; murmur percussit aures,

Et fremuit malè subdolo

Parentis Pyrrhus Vlyssi.

Secura metu Troica pubes,

Sacros gaudet tangere funes,

Hinc æquani gregis Astyanax,

Hinc Emonio disponsa rogo,

Ducunt turmas; hæc femineas,

Ille viriles.

Festæ matres votiuæ ferunt

Munera diuis: festo patres

Adeunt aras: vnus tota est

Vultus in vrbe.

Et, quod nunquam post Hecoreos

Vidimus ignes, læta est Hecube.

Quid nunc primum dolor infelix

Quidve extremum deslere paras?

Mœnia diuim fabricata manu,

Diruta nostrâ?

An templa deos super vsta suos?

Non vacat istis lachrymare malis:

Te magne parens flent Iliades.

Vidi, vidi senis in iugulo,

Telum Pyrrhi vix exiguo

Sanguine tingui.

CA. Cohibete lachrymas, omne quas tempus petit,

Troades, & ipsa vestra lamentabili

Lugete gemitu funera: ærumna meæ

Socium recusant. cladibus questus meus

Remouete: nostris ipsa sufficiam malis.

CHO. Lachrymas lachrymis miscere tuuat.

Magis excurrunt, quos secreta

Δούροισιν ἴσπον, εἰς ὃν πένθησεν, ἢ τριχίλιος, ἢ κατ' ἐμὲ καὶ ἄνδρες εἰσελθόντες Εὐκλείω ἐκείνω ἰδέο αἰτ Petronius;

Cum, Delio prafanie, casti vertices

Ida trahuntur, scissaq; in molem cadunt

Robora, minacem quæ figurarent equum,

Aperitur inges claustrū & obducti specus,

Qui castra caperunt

molem huius equi declarauit Homer. dicēs; αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατὰ βῆσιν ὄρω.

& Virgilius;

Demissum lapsi per fenem.

nam sic quoque altitudo demonstrata est, inquit Fabius lib. 8. Institut. Oratoriæ. cap. 3.

623 *Fatale munus* Virgil. 6. Aeneid.

Cum fatalis equus saltu super ardua uenit

Pergama.

de quo equo ait Petronius;

— *ueteri notauit fata*

Traximus nostrâ creduli dextrâ. ex Virg.

2. Aeneid.

627 *Versare dolos*. Virgilius;

Seu versare dolos, seu certâ occubere morti.

631 *malè subdolo Parentis Pyrrhus Vlyssi.*

videtur Sophoclem adumbrasse, qui, in Phylactete, Pyrrho simplex & minime subdolum ingenium tribuit, ægreq; fingit ab Vlysse induci, ut fallacis & astu utatur; quod magni & excelsi animi proprium esse docet Aristoteles lib. 4. ad Nicomachum. De morib. ca. 3.

Cum Vlysses dixisset debere illū callidè Phylactete arcus subducere, respondet Pyrrhus;

ἰγὼ μὲν οὐδ' ἐν τῶν λόγων ἀληθῶς ἔλεον, Λαερτιάδῃ πατρί, τὴς δὲ καὶ πατρὸς φωνῆς.

ἔφωκα δ' ἐδὲν ἐν τῆς τῆς σφαιρῆς καὶ καὶ ἐπ' αὐτὸς ἔειπ', ὡς φασὶν, ἐκφύσας ἐμὲ ἀλλ' ἐμὲ ἔθευον ἀπὸς βίωσιν τῆς ἐνδὲρ' ἀρχῆς, καὶ μὴ δόλοισιν.

quæ Pyrrho vt iuueni & magnanimo conueniunt optime; frandes verò Vlyssi, vt seni & cauto. portò quod ait ἐπ' ὡς φασὶν, ἐκφύσας ἐμὲ, iis quadrant quæ de seipso Achilles Euripidis in Iphigenia Aulidensi ait hoc in modo;

ἰγὼ δὲ εὖ ἀγῶνος ἀσχετοῦ τῆς τῆς χεῖρας, ἔμωθον νῦν ἀπόπου ἀπλῆς ἔχον.

talcm se apud Euripidem in Licymnio Hercules; & apud incertum poetam, in Rheto, tales se Hector & Rhesus esse profitentur. apud Ennium etiam nescio qui, his verbis;

Ego eo ingenio natus sum, amicitiam

Atq; inimicitiam in fronte promittæ gero.

quæ omnia exemplorū loco ad d. cap. 3. Aristotelis adferri possunt, quod nullus Interpretum præstitit, & sane indigent illi decem De

moribus libri, vberioribus commentariis quàm in illos hæctenus editi fuerunt, à Græcis & Latinis.

634 *Tangere funes* Virgilius; — *circum pueri impuistiq; puella* *Sacra canunt, funemq; manu contingere*

gaudent. 661 *Magis excurrunt, quos secreta* *Lacerant cura.* lacrymæ enim tristitiam leuant, vt alibi dixi.

Huc spectat etiam illud Ludouici Ariosti, in Orlando Furioso; *Cosifa ch' ella vn poco il duol raffrena;*

Ch' amendo oue sfogarlo. è meno acerbo.
 & illud Actij Sinceri, in Arcadia: Perche lo
 sfogare con parole ali miseri suole esser ale-
 uoite aleuiamento di peso.
 666 *Nobile carmen.* sic Cornelius Seue-
 rus, in Aetna;
 — hinc auget nobile carmen
Plurima pars scena —
 Virgilius ecloga 6.
Si valeam meminisse, neque est ignobilis
carmen.
 hoc carmen etiam celebrat Callimachus in
 lauacro Palladis.
 667 *Querula Edonis.* in Octauia ait;
Repete assuetos
Iam tibi questus, atque equoreas
Vince. Halcyonas, vince & volucres
Pandionias —
 Moschus, in Bionis epitaphio;
 ἐδὲ τόσον πικρὰ ἔχουσι οὐ σικκίλοισιν ἀνδρῶν,
 ἐδὲ τόσον θρήνησι ἀν' ὄρεα μακρὰ χελιδῶν,
 ἀλκυῶνος δ' ἐ τόσον ἐπ' ἀλγασίον ἴχθυον
 comparationē verò lusciniæ etiam alij vsur-
 parunt. Homerus Odyss. 7. relatus in Hercu-
 le Oetreo, & Sophocles Trachiniis. & ex La-
 tinis Virgilius;
Qualis populea marens Philomela sub
umbra
Amisso quarit factus.
 Euripides, in Helena, lusciniam aduocat, vt
 secum lugubres cantus moduletur.
 671 *Garrula.* de hirundine, in quam mu-
 tata fuit ex Senecæ sententia Procne, loquitur;
 quæ à Virgilio 4. Georg. garrula dicitur. quo
 loco idipsum ex Stesichoro, Simonide & Sappho
 Fuluius Vrsinus obseruauit, ex Smyr-
 neo & Oppiano Griellius.
 676 *Halcyones.* cum Græcis malo scribere
Alcyones. quomodo referunt Ciceronē poë-
 ma quoddam inscripsisse; cuius imitatione
 ipse quoque Gordianus Imp. poëma Alcyo-
 nes composuit, teste Capitolino.
 678 *Fluctu leniter Plangente.* Lucanus;
 — & planctus illis acuitibus vnda.
 Sic Attius vnda latrare & cachinnare dixit;
Ac vbi curuo litorē latrans
Vnda sub vnda labunda sonit:
Simul & circum magni sonantibus
Excita saxa, sua sonando
Crepitu clangente, cachinnat.
 682 *Molles.* sic Claudianus de Eutropio, cu-
 ius à puero testes fuerant exfecti;
 — mediâq; tamen mollissimus ira.
Imitata viros. Deæ magnæ Cybeles sa-
 cerdotes Gallosi, qui, cum ea parte carent
 qua viri sumus, & molles erant, & male au-
 diebant, quasi muliebria paterentur, teste Apu-
 leio de asino aureo lib. penult. & vltimo. vnde

Lacerant cura: iuuat in medium
Deslere suos. nec enim quamuis
Dura virago, patiensq; mali,
Poteris tantas flere ruinas.
 Non quæ verno nobile carmen
 Ramo cantat querula Edonis,
 Ityn in varios modulata sonos:
 Non quæ tectis Bistonis ales
 Residens summis impia diri
 Furta mariti garrula deflet.
 Lugere tuam poterit dignè
 Conquesta domum, licet ipse velit
 Clarus niueos inter olores,
 Istrum cygnus, Tanaimq; colens,
 Extrema loqui: licet Halcyones
 Ceyca suum fluctu leniter
 Plangente sonent; cum tranquillo
 Male confisse credunt verum
 Pelago audaces, fœtusq; suos
 Nido pauida iitubante fouent.
 Non si molles imitata viros
 Tristis laceret brachia tecum,
 Qua turrata turba parenti
 Pectore rauco concita, buxum
 Ferit, vt Phrygum lugeat Atym.
 Non est lachrymis Cassandra modus,
 Quia quæ patimur, vicere modum.
 Sed cur sacratas diripis capiti infulas?
 Miseris colendos maximè superos reor.
 CAS. Vicere nostra iam metus omnes mala.
 Equidem nec vllâ calites placo prece:
 Nec, si velint scuire, quo noceant, habent.
 Fortuna vires ipsa consumsit suas.
 Quæ patria restat? quis pater? quæ iam soror?
 Bibere tumuli sanguinem, atque ara, meum.
 Quid illa felix turba fraterni gregis?
 Exhausta nempe: regiam miseri senis
 Vacuam relicti, totq; per thalamos vident,
 Prater Lacaniam, ceteras viduas nurus.
 Tot illa regum mater, & regimen Phrygum
 Fœcunda in ignes Hecuba, fatorum nouas
 Experta leges, induit vultus feros:
 Circa ruinas rabida latrauit suas,
 Troia superstes, Hectori, Priamo, sibi.

665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 CHO.

CHO. Silet repente Phœbas, & pallor genas,
 Creberq; totum possidet corpus tremor.
 Stetere vitæ, mollis horrescit coma,
 Anhela corda murmure incluso fremunt:
 710 Incerta nutant lumina, & versi retrò
 Torquentur oculi, rursus immites rigent.
 Nunc lenat in auras altior solito caput,
 Graditurq; celsa: nunc reluctantes paras
 Reserare fauces: verba nunc cluso malè
 715 Custodit ore, Manas impatiens dei.
 CAS. Quid me furoris incitasti stimulis noui,
 Quid mentis inopem sacra Parnasi iuga
 Rapiti? recede Phœbe. iam non sum tua.
 Exstingue flammam pectori infixas meo.
 720 Cui nunc vagor vasana? cui bacchor furens?
 Iam Troia cecidit: falsa quid vates ago?
 Vbi sum? fugit lux alma, & obscurat genas
 Nox atra, & ather abditus tenebris later.
 Sed ecce gemino sole præfulget dies,
 725 Geminumq; duplices Argos attollit domos:
 Idæa cerno nemora. fatalis sedet
 Inter potentes arbiliter pastor deas.
 Time te reges, moneo, furtiuum genus.

cuba homine quasi mortua. Sic, Hercule Oetreo, inquit;
 — sibi Tantalis est facta superstes.
 706 Silet repente Phœbas. ex sequentibus nonnulla
 ad Virgilij Aeneid. 6. nonnulla ad Lucani lib. 5. imita-
 tionem dixit.
 Pallor Lucanus;
 — nec qui solet esse timentis
 Terribilis sed pallor inest —
 707 Creberq; totum. infra acta 4.
 Cur ista vates corpus effusa tremans
 Dubia labat ceruice?
 Lucanus;
 — nec fessa quiescunt
 Corda: sed, vt tumidus bovea post flamma, pontus
 Rauca gemit; sic multa leuant suspuria vatem.
 Idem;
 — rupta timentis
 Verba sono —
 708 Stetere vitæ. Virgilius:
 — subitè non vultus, non color vnus,
 Non comita mansere comæ: sed pectus anhelum
 Et rabie fera corda tument —
 Lucanus;
 — bacchatur demens, aliena per antrum
 Colla ferens, vitæq; dei, Phœbaaq; ferens
 Erethi discussa coma —

à Catullo in Galliamba Galla vocantur, &
 Attis, quod ipse sibi pondera acuto silice de-
 uoluerat, dicitur noua mulier. Gallos idē Ca-
 tullus femiueros vocat, vt & Terentius Varro;
 Tibi tympana haud inani sonitu, dea, to-
 nimus,
 Sonitu aris intonamus tibi nos femiuiri,
 Teretem comam volantem Galli tibi ia-
 cimur.
 684 Turrata. Cybelæ. de qua C. Cilnius
 Mæcenas;
 Ades huc, ades Cybele, dea, montigena
 dea,
 Agē tympano sonantiquate flexibile
 caput,
 Latens horreat flagello, comitum chorus
 vlulet.
 686 Atym. de Atti ab Arnobio, Eusebio &
 Fulgentio, post Epicharmum, Soidem Atti-
 cum, aliosq; multa digna lectione & cognitu
 iucunda referuntur.
 699 Totq; per thalamos. quinquaginta.
 Virg. Aeneid. 2.
 Quinquaginta illi thalami spectant a ne-
 posum.
 703 Induit vultus feros. mutata fuit He-
 cuba in canem, iuxta Euripidem, Lycophro-
 nem, & Asclepiadem. alij, quia, vt fures ca-
 nis latratu, Græcos Hecuba maledictis & con-
 uitiis sit insecuta, fabulam confictam voluit,
 in Menæchm. Plautus, & Cicero 3. Tusc.
 705 sibi humana forma deperdita, & He-
 cuba homine quasi mortua. Sic, Hercule Oetreo, inquit;
 — sibi Tantalis est facta superstes.
 706 Silet repente Phœbas. ex sequentibus nonnulla
 ad Virgilij Aeneid. 6. nonnulla ad Lucani lib. 5. imita-
 tionem dixit.
 Pallor Lucanus;
 — nec qui solet esse timentis
 Terribilis sed pallor inest —
 707 Creberq; totum. infra acta 4.
 Cur ista vates corpus effusa tremans
 Dubia labat ceruice?
 Lucanus;
 — nec fessa quiescunt
 Corda: sed, vt tumidus bovea post flamma, pontus
 Rauca gemit; sic multa leuant suspuria vatem.
 Idem;
 — rupta timentis
 Verba sono —
 708 Stetere vitæ. Virgilius:
 — subitè non vultus, non color vnus,
 Non comita mansere comæ: sed pectus anhelum
 Et rabie fera corda tument —
 Lucanus;
 — bacchatur demens, aliena per antrum
 Colla ferens, vitæq; dei, Phœbaaq; ferens
 Erethi discussa coma —

à Catullo in Galliamba Galla vocantur, &
 Attis, quod ipse sibi pondera acuto silice de-
 uoluerat, dicitur noua mulier. Gallos idē Ca-
 tullus femiueros vocat, vt & Terentius Varro;
 Tibi tympana haud inani sonitu, dea, to-
 nimus,
 Sonitu aris intonamus tibi nos femiuiri,
 Teretem comam volantem Galli tibi ia-
 cimur.
 684 Turrata. Cybelæ. de qua C. Cilnius
 Mæcenas;
 Ades huc, ades Cybele, dea, montigena
 dea,
 Agē tympano sonantiquate flexibile
 caput,
 Latens horreat flagello, comitum chorus
 vlulet.
 686 Atym. de Atti ab Arnobio, Eusebio &
 Fulgentio, post Epicharmum, Soidem Atti-
 cum, aliosq; multa digna lectione & cognitu
 iucunda referuntur.
 699 Totq; per thalamos. quinquaginta.
 Virg. Aeneid. 2.
 Quinquaginta illi thalami spectant a ne-
 posum.
 703 Induit vultus feros. mutata fuit He-
 cuba in canem, iuxta Euripidem, Lycophro-
 nem, & Asclepiadem. alij, quia, vt fures ca-
 nis latratu, Græcos Hecuba maledictis & con-
 uitiis sit insecuta, fabulam confictam voluit,
 in Menæchm. Plautus, & Cicero 3. Tusc.
 705 sibi humana forma deperdita, & He-

quiore, adde & prauiores: quare fortassis Veneti, homines prudentissimi & maxime cordati, illegitimos, quamuis natalibus fuerint restituti, in consilium non admittunt, teste Fulgof. consil. 61. Incip. Stante statuto. Nescio tamen, quam recte, nam

— πολλαίσι δέ βι
ἐνθάδε βραδέων γλυκύνησε σπαραγμόν, ἵδρω τε πολλοί γνησίαν ἀμείνων.

inquit Euripides, in Andromache, indicans saepe spurios legitimos esse meliores. quonia, vt idem alibi scripsit, nomen dispar, natura aequalis est;

ὁ νόμος μεμπτὸν τὸ νόμον, ἢ ῥόθους δ' ἴση.
quod vero in eandem sententiam scripsit Euripides;

ἐγὼ γὰρ παίδους σὺν ἰσὶ νόθους λαβόντων γνησίαν γὰρ ἐδένυσται σὺδραῖς νομῶν νοσοῦσιν.

Iuri nostro conuenit, quo tam male audiunt spurij, vt infames & vilis conditionis esse censentur, vt docet Andr. Tiraquellus De nobilitate c. 15. nu. 14. cum aliquor sequētib. post quē pro spuriorū vituperatione & defensione multacōgessit Palaëttus in lib De spuris & nothis filiis a cap. 5. vique ad lib. finē

732 Lacana ferrum cultu Amazonio gerens. more Amazonum securian gestans. in p. v. valdē constanter legitur; Lacana ferrum, cultum Amazonium gerens. quid si cultum: vt cultum Amazonium vocet fecurim, qua Clytæmnestra Agamemnonem occidit. sed nihil muto. nam vt lib. eandem sententiam admittit; & versus repugnat m. f. lectio.

733 Alta. v. l. alia, idque recipi debet.

739 Troia sepulta, lege sepulta. Erat. Hector. loquitur iuxta communem sententiā. nam Porphyrius testimonis Ibyci & aliorum probat Hectorē non Priami, sed Apollinis filium fuisse. vide Scholiastem Homeri Iliad. γ'.

742 Saucios vinclo graui. respicit ad illud Virgilij 2. Aeneid.

— per q̄ pedes trahētus lora tumentes.

743 Nimum cito congresse Achilli Troile non dubito quia Virgilij 1. Aeneid. verūm voluerit exprimere.

Parte alia fugiens amisit Troilus armis Infelix puer & impar congressus Achilli. de Troilo quædam notauit amicus meus, homo egregiē doctus, Guilhelmus Canterus lib. 2. nouarum lectionum: quæ tamen quā parum conueniant Virgilio, olim Seb. Conradus, & postea Guellius docuerunt. minus Senecæ quadrant. quis enim credat sororem fratritale flagitium affingere? Troili mors vnū ex factis Troiæ fuit. Plautus, Bascidibus;

Agrestis ille alumnus euertet domum.

Quid ista vecors tela femine à manu

Districta præfert? quem petit dextra virum

Lacana cultu ferrum Amazonio gerens?

Quæ versat oculos alia nunc facies meos?

Victor ferarum colla vexatus tacet,

Ignobili sub dente Marmaricus leo,

Morsus cruentos passus audacis leæ.

Quid me vocatis sospitem solam è meis,

Vmbra meorum? te sequor tota pater

Troia sepulte. frater auxilium Phrygum,

Terrorq̄ Danaum: non ego antiquum decus

Video, aut calentes ratibus exustis manus;

Sed lacera membra, & saucios vinclo graui

Fortes lacertos. te sequor nimum cito

Congresse Achilli Troile. incertos geris

Deiphobe vultus, coniugis munus noua.

Iuuat per ipsos ingredi Stygios lacus:

Iuuat videre Tartari sauum canem,

Auidiq̄, regna Diuis. hac hodie ratibus

Phlegethontis atri regias animas vehet,

Victamq̄, victricemq̄: vos vmbra precor,

Iurata superis vndata te pariter precor,

Reserate paulum terga nigrantiis poli,

Leuis vt Mycenæ turba prospiciat Phrygum.

Spectate miseris fata se volumunt retro.

Instant sorores squallide,

Sanguinea iactant verbera,

Feri laua semustas faces,

Ardentq̄, pallentes genæ,

Et vestis atri funeris

Exesa cingit ilia,

Strepuntq̄, nocturni metus,

Et ossa vasti corporis

Corrupta longinquo situ

Palude limosa iacent.

Et ecce defessus senex,

Adora ludentes aquas

Non captat, oblitus sitis,

Mæstus futuro funere.

Exsultat, & ponit gradus

Pater decoros Dardanum.

CH. Iam peruagatus ipse se fregit furor,

Caditq̄, flexo qualis ante aras gradu

730

735

740

745

750

755

760

765

770

Cer-

Cernice taurus vulnus incisâ gerens.

Releuemus artus entheos. Tandem suos

775 Vitrice lauro cinctus Agamemnon adit,

Coniuxq̄ pariter obuio illi tulit

Gressus, reditq̄ iuncta concordia gradu.

ACTVS QVARTVS.

AGAMEMNON. CASSANDRA.

AG. Tandem reuertor sospes ad patrios lares.

O cara salue terra: tibi tot barbaræ

780 Dedere gentes spolia: tibi felix diu

Potentis Asia Troia summisit manus.

Cur ista vates corpus effusa, ac tremens

Dubiâ labat cernice? famuli attollite,

Resouete gelido latice. iam recipit diem

785 Marcente visu: suscita sensus tuos.

Optatus ille portus arumnis adest.

Festus dies est. CAS. festus & Troia fuit.

AG. Veneremur aras. CAS. cecidit ante aras pater.

A. Iouem precemur pariter. C. Herceum Iouem

790 A. Credis videre te Ilium? C. & Priamum simul.

A. Hic Troia non est. C. vbi Helena est, Troiâ puto.

AG. Ne metue dominam famula. C. libertas adest.

A. Secura viuæ. C. mors mihi est securitas.

A. Nullum est pericli tibi met. C. at magnū tibi est.

795 A. Victor timere quid potest? C. quod non timet.

A. Hanc fida famuli turba, dum excutiat deum,

Retincte, nequid impotens peccet furor.

At te pater, qui saua torques fulmina,

Pellisq̄, nubes, sidera & terras regis,

800 Ad quem triumphis spolia victores ferunt;

Et te sororem cuncta pollentis viri

Argolica Iuno; pecore votiuo libens

Arabumq̄, donis, supplice & fibrâ colam.

CHO.

hic est in Græcia. ideo videor mihi adhuc in Troia agere.

792 Ne metue dominam famula. existimabat Agamemnon Cassandram nondum furere desuisse, ideo superiore versu cum Helenam dixerat, Clytæmnestram dicere voluisse. iccirco subiungit, ne metue dominam Clytæmnestram. ego enim, qui te maritali affectu diligo, prospiciam ne illa tibi sit iniuria, vel te manumittam. atque ita mihi non quasi famulæ, sed domine & reginæ futura es loco. Tale illud Propertij lib. 4. Sichospes, pariamne tuâ regina sub aulâ; Dos tibi non humilis prodita Roma venit. Vel sanè, Cassandræ mentem non satis affectus ait, Helenam non futurâ ipsius dominam.

Libertas adest. ego, inquit, non timeo me illius famulam futuram, quia confestim moriar: mors autem, quæ est vitima rerum linea, me manumittet. 794 Tibimet. vox; met, superflua est, & solum pro tibicine ad fulciendum versum est addita: nec possis dicere imparet aut ἐπεσθαι ἑαυτῆς esse.

Ilio tria nudius fuisse fata, qua illi exiti forent, Signum ex arce si perisset, alterum est etiam Troili mors, Tertium cum porta Scæa limen superum scinderetur.

744 Incertis. tales, vt quis dubitare queat tuane sit facies an alterius; quod etiam Virgilius in nuit lib. 6.

Atq̄ hic Priamidem laniatum corpore toto

Deiphobum vidit. lacrum crudeliter ora, Ora, manusq̄, ambas, populatasq̄ tempora raptus

Auribus, & truncus in bonesto vulnere nares:

Vix aded agnoui pauitantem —

772 Caditq̄. Lucanus, de Phœbade, lib. 5.

— Vixq̄, reserata cadit —

784 Resouete gelido latice. frigida eis qui deliquit animi patiuntur prodest, auctore Hippocrate in Aphorismis, & Aristotele in Problematis: quia frigus spiritus cogit, & impedit ne disfluantur; qui spiritus plurimi ad faciem venire solent. itaque aqua frigida in faciem diffusa illos congregat, quibus congregatis, sensibus functiones suæ redduntur, sicque euanescent λεπτοψυχία. Calida autem aqua illis prodest qui timuerunt vel laborarunt vehementius. De gelida aqua habes exempla hic, & apud Homerum Iliad. i. & 3. ait etiam Quidius, in epist. Laodamiæ;

Lux quoque tecum abiit, tenebris exsanguis obortis,

Succiduo dicor procubuisse genu.

Vix socer Iphiclus, vix me grandæuus Acastus,

Vix mater gelida mastra refecit aqua.

Posterioris, scilicet de calida, exempla suppeditat Homerus Odys. i. & Odys. ii. & Plautus in B. echedibus, inquiens;

B. a. dabitur opera. aqua calet. eamus intro, vt laues.

Nam, vt in nauis veetra es, credo timida es.

B. aliquantum soror.

Simul hic nescio quid turba est —

788 Cecidit ante aras pater. autographa habent; concidit ante aras pater.

791 Vbi Helena est, Troiam puto. Helena

792 Ne metue dominam famula. existimabat Agamemnon Cassandram nondum furere desuisse, ideo superiore versu cum Helenam dixerat, Clytæmnestram dicere voluisse. iccirco subiungit, ne metue dominam Clytæmnestram. ego enim, qui te maritali affectu diligo, prospiciam ne illa tibi sit iniuria, vel te manumittam. atque ita mihi non quasi famulæ, sed domine & reginæ futura es loco. Tale illud Propertij lib. 4. Sichospes, pariamne tuâ regina sub aulâ; Dos tibi non humilis prodita Roma venit. Vel sanè, Cassandræ mentem non satis affectus ait, Helenam non futurâ ipsius dominam.

CHORVS GRÆCORVM.

Versus choriambici, iambici, sapphici, trochaici, dactylīci, valde confusi.

807 Imparem equasti. in huius versibus expositione mera in omnia ab omnibus adferuntur. Videtur Seneca non ad duodecim Deos magnos respexisse, inter quos Hercules non est, & sine quo eorum numerus est par, sunt enim quos ita refert Ennius;

Iuno, Vesta, Ceres, Deiana, Minerva, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Volcanus, Apollo.

neque ad alios Selectos, qui sine Hercule orerant, Ianus, Saturnus, Genius, Pluto, Bacchus, Sol, Luna, Tellus, vide Aurelium lib. 1. de cognomin. Deor. cap. 2. Sed Seneca respexit videtur eo, quod Hercules Heben duxit uxorem, & sic imparem numerum Deorum acquavit, Hercules, quod poeta tribuit Argis, quoniam ex ea originem Hercules ducebat, ubique fuerat educatus; hac interpretationem memini Lipsio meo placere. Vel sane intellexit Seneca, de communibus Diis; qui ante Herculem tantum tres erant, Mars, Bellona, Victoria; additusque iis Hercules, quaternarium numerum complevit, sicque imparem numerum acquavit. quia autem de communibus Diis multa non satis nota sunt omnibus, censo legendos Seruium, Sabinum, & Hartungum ad illud Virg. lib. 12. Aeneid.

Et diis communibus aras.

Lilium Giraldum, de historia Deorum Synagmat. 1. & Antonium Roscium memorabilium lib. 2.

811 Geminavit. Seneca hic & in Hercule O Etæo, docet Herculem duabus noctibus fuisse genitum, vt Propertius libro 2.

Iuppiter Alcmena geminas requieverat.

Arctos,

Et calum noctem bis sinevege fuit.

Lycophron adicit vnam noctem; Clemens Alexandrinus liberalior in ἀστέρων. inquiring; ὁ Ζεὺς ἐκέλευσεν, ὁ μὲν Ἀλκυονίδος τοσαύτου ἴδου παρθένου νύκτας. ἔξ ἧς αἱ, νύκτες αἱ ἐνέει τῆς ἀγγελίας ὁμογενεῖς &c. & Arnobius, hoc imitatus, lib. 4. contragentes, ait; Hercules natus est, qui in rebus huiusmodi patris sui transiret exsuperaretque; virtutes. ille noctibus vix novem, vnam potuit prolem extendere, concinnare, compingere: at Hercules, Sanctus deus, natus de Thestio quinquaginta nocte vna perdocuit & nomen virginittatis ponere, & genitrici pondera sustinere.

825 Nemeaus, qui, vt alibi dictum est, ex orbe Lunari deciderat. Epimenides;

καὶ ἦδ' ἐγὼ πρὸς ἑμὴν ἀλάστανος ἠὲ νόμιον, αἰ δ' ἄνδρες φράξτε ἀπειλοῦσα θεῶν λέοντα, ἐς Νεμεῖαν ἄγειο' αὐτὸν ἀφ' οὐρανόθεν.

826 Fulmineus leo. hoc est, rapidus, impo-

Argos nobilibus nobile civibus, Argos irata carum nonerca, Semper ingentes educas alumnos, Imparem equasti numerum deorum.

Tuus ille bisse no meruit labore Allegi calo magnus Alcides: Cui lege mundi Iuppiter rupta, Roscida noctis geminavit horas, Iussitq. Phœbum tardius celeres

Agitare currus, & tuas lentè Remeare bigas, candida Phœbe; Retulitq. pedem, alienis nomen Sic ha qua mutat, seq. mirata est Hesperum dici. Aurora movit Ad solitas vices caput, & relabens

Imposuit senis humero mariti. Sensit ortus, sensit occasus, Herculem nasci: violentus ille Nocte non vna poterat creari.

Tibi concitatus substitui mundus, O puer magnum subiture calum. Te sensit Nemeaus arcto

Pressus lacerto fulmineus leo, Ceruag. Parrhasis: Sensit Arcadij populator agri,

Gemuitq. taurus Dictæa linquens Horridus arua. Morte sæcundum domuit draconem,

Vetuitq. collo pereunte nasci: Geminog. fratres pectore ab vno Tria monstra natos, stipite incusso

Fregit insultans: duxit ad ortus Hesperium pecus Geryonis spoliū triformis.

Egit Threiciū gregem; Quem non Strymonij gramine fluminis, Hebrive ripis pavit tyrannus

Hospitum dirus, stabulis cruorem Præbuit sanis, tinxitq. crudos Vltimus rictus sanguis auriga.

805

810

815

820

825

830

835

840

Vidit

Vidit Hippolyte ferox, 845 Pectore è medio rapi spoliū, & sagittas. Nube percussa à Stymphalis alto Decidit calo.

Arborq. pomis fertilis aureis Extimuit manus insueta carpi, 850 Fugitq. in auras leuiore ramo. Audiuī sonitū crepitante lamnâ

Frigidus custos nescius somni; Linqueret cum iam nemus omne fuluo Plenus Alcides vacuum metallo.

855 Tractus ad calum canis inferorū Triplici catenâ, tacuit, nec villo Latrauit ore, lucis ignota

Metuens colorem. te duce succidit Mendax Dardaniæ domus, 860 Et sensit arcus iterum timendos: Te duce concidit totidem diebus Troia quotannis.

ACTVS QVINTVS.

CASSANDRA.

Res agitur intus magna, par annis decem. Eheu quid hoc est? anime consurge, & cape

865 Precium furoris: vicinus victi Phryges. Bene est, resurgis Troia, traxisti iacens Pares Mycenæ: terga dat victor tuus.

Tam clara nunquam pronida mentis furor Ostendit oculis: video, & inter sum, & fruor, 870 Imago visus dubia non fallit meos. Spectamus: epula regia in structa domo,

Quales fuerunt ultima Phrygius dapes, Celebrantur: ostro lectus Iliaco nitet, Merumq. in auro veteris Assarici trahunt,

875 Et ipse pictâ veste sublimis iacet, Priami superbas corpore exuias gerens. Detrahere cultus vxor hostiles iubet,

Induere potius coniugis fida manus Textos amictus. horreo, atque animo tremo. 880 Regemne perimet exsul, & adulter virum? Venere fata, sanguinem extrema dapes

Domini videbunt, & cruor Baccho incidet, Mortifera vinetum perfida tradet neci. Induta vestis exitum manibus negat,

tens, præceps, pernix, &c. sic Claudianus; Obuia fulminei prober et advulnera paridi, Aliam rationem habet illud Martialis;

Fulmineo spumantis apri sum dente petissæ. nam iccirco hoc dictum est, quia, vt Xenophon & Pollux testantur, ille in Cynegetico, hic lib. 5. Onomast. cap. 12. apri cum irascuntur, dentibus vrunt, vt videatur iis nescio quid igneum contineri: alioquin crines admoti, quod sæpe accidit, non adurerentur. ideo etiã Apuleius lib. 8. asini, dixit de apro; Imperu sæuo fremētis oris totus fulmineus. Ouidius;

Fulmē habet acres in aduncis dentibus apri. & alibi, in apri descriptione;

— dentes aquantur dentibus Indis, Fulmen ab ore venit, frondēsq. afflatis ardent.

Vnde apparet hoc naturæ miraculum veteribus fuisse notissimū. ideo miror Iulium Scaligerum li. 5. de arte poet. cap. 14. existimasse, Siliū & Statium latuisse. quāuis enim expressē illius non meminerint; inde tamē non consequitur, ignorantia, non voluntate prætermisum. quinimo ex iis ipsi Siliij lib. 1. & Statij lib. 11. Thebaid. versibus, quos Scaliger adducit, arbitretur satis probabiliter cōtrarium colligi, quoniam scilicet vt quæ apros fulmineos appellauit. nec enim temerè tam laboriosis & doctis poetis tam crassa ignorantio tribui debet, vt rem vulgo notā ignorasse potius quā leuiter eam vno verbo indicare contenti fuisse videatur. Porro quod Ouid. dicit;

— dentes aquantur dentibus Indis: non solum Elephantinorum cornu respectu dictum accipi potest; sed etiam Indicorum aprorum, quos Plinius lib. 8. auctor est dentium flexus cubitales habere.

827 Ceruag. Parrhasis. hoc ordine recenset labores Herculis: 1. Nemeaum leonem, 2. æripidem ceruam. 3. aprum Arcadium. 4. Cretensem taurum. 5. hydram Lernæam. 6. Geryonem. 7. Diomedem. 8. Hippolytes Amazonis baltheum. 9. Stymphalides. 10. Hesperidum draconem. 11. Cerberum. 12. Ilij expugnationem.

851 Lamna. pro, lamina. Sic vocat aurea poma Hesperidum. malè vulgò legitur flamma. Sic in Florentinis Pandectis lamna scriptū est. I. Q. Mucius. 27. §. fin. D. de aur. arg. leg. differt autem lamina à bractea, vt docet Valla; quamuis D. Hieronymus ad Fabiolū ea confuderit. Vide Catellianum Cor-tam, in voce Lamina.

860 Totidem. Troiam igitur Hercules decem dierum spacio expugnauit.

865 Vicinus victi. videtur fuisse adagium. Plautus, in Casina;

Nostrum omne it dies, iam victi vicinus.

Caputq.

Cæsius Bassus:

Romani à Gallis deuicti sunt victores.

Quidius r. Faator.

Vitia tamen vinces, euerfaq; Troia resurges.

aliquis quidam; victos vincere posse puter.

Liuus li. 26. omnibus bellis victi vicerimus. nec longe recedit illud Herodoti, in Vrania: ἐδὲν νικῶντες οἱ Ἑλλῆνες νικῶσι. itaque quotiescumque maiorem cladem victis victores acceperunt, dici poterit victos fuisse. vt auorum nostrorum memoria in Rauennati prælio (quod melius ceteris describit Franciscus Guicciardinus hist. lib. 10. & Arnoldus Ferronus Gallicarum rerum lib. 4. & Gondifaluuus Illeacas Pontificalis Historiæ, lib. 6. cap. 23. §. 3.) accidit, singulari Hispani peditis virtute; de quo prælio dici solet; Los vençidos, vençidos: los vencedores perdidos. Flere victum, at victorẽ perdi ab ipsa victoria. idem licebit usurpare, quando qui vno prælio fusus fuit, secundo victorem profigat.

866 Traxisti. in vno cod. scripto legitur, straxisti.

880 Perimet. o. v. l. habent perimat.

888 At ille. sic etiam Hesiodus in Scuto, Hercules in Homeri Iliad. λ. Vlysem, Virgilius Aeneid. 10. Mezentium, Ouidius Faator. 2. Fabios, Statius 2. Thebaid. & Silius libro 1. alios apris compararunt. Izaaciussolus Agamemnonem irretito pisci.

897 Habet, peractum est. Hercule Octavo actu 4. Habet, peractum est. quas patris pœnas, dedit.

900 Exanimam petiit. hoc vel timidi est, vel ira furentis, vel crudelis, hic timidi potius, videtur. 901 Illa fodientem adiuuat. sic apud Euripidem Electra Orestem adiuuat in Clytemnestra necanda.

Οἱ ἐγὼ ὄψ' ἐπιβαλὼν φάσθαι κἀραεὶς ἐρεῖσι

σι. Φασγάνῳ κερταζέμεναι,

αὐτῆς ἔσω δέρας μετῆς.

ἢ λ' ἐγὼ δὲ ἐπεκίλευσα σοι

ἕϊφες τ' ἐφάδ' ἔμυλον ἄμυρα.

videlicet semper qua mentura menti fuerimus, eadem Deus nobis remeritur. Audiui à viris fide dignis in Trifida non ita pridem contigisse, vt quidam, qui patri suo sæpe iniurius fuerat, adeo vt illum pugnis contunderet, & crinibus raptare prostratum sustinuerit; à filio suo eodem modo per domum raptatus, cum ad limen peruentum foret, & nefandi istius rabies etiam venterius progressura videretur; miser iste patens, intelligens iusto Dei iudicio hæc se perpeti; exclamarit: Hactenus filii, necenim ego parentem meum auum tuum vltra domus limen crinibus traxi. Immane me hercle, horrendumque exemplum, quod si Brusonio, Sabellico, Fulgoso, & aliis exem-

Caputq; laxi & innucludunt sinus.

Haurit trementi semivir dextra lauis,

Nec penitus adigit, vulnere in medio stupet.

At ille, vt altis hispidus siluis aper,

Cum casse vincit, tentat egressus tamen,

Arctatq; motu vincla, & incassum furit;

Capit fluentes undique & cecos sinus

Discere, & hostem quærir implicitus suum.

Armat bipenni Tyndaris dextram furens;

Qualisq; ad aras colla taurorum prius

Designat oculis, antequàm ferro petat:

Sic huc & illuc impiam librat manum.

Habet, peractum est. pendet exigua malè

Caput amputatum parte, & hinc trunco cruor

Exundat, illinc ora cum fremitu iacent.

Nondum recedunt. ille iam exanimem petiit,

Laceratq; corpus: illa fodientem adiuuat.

Vterque tanto scelere respondet suis.

Hic est Thyeste natus, hæc Helena soror.

Stat ecce Titan dubius emerito die,

Suane currat an Thyestea via.

ELECTRA. STROPHIUS.

EL. Fuge o paterna mortis auxilium vnicum,

Fuge, scelestas hostium euita manus.

Euerfa domus est funditus, regna occidunt.

Quis iste celeres concitus currus agit?

Germane vultus veste furabor tuos.

Quos anime demens refugis? externos fugis?

Domus timenda est, pone iam trepidos metus

Oresta: amici fida præsidia intuo.

ST. Phocide relicta Strophius, Elea inclytus

Palmâ reuertor. causa veniendi fuit,

Gratari amico; cuius impulsus manu

Cecidit decenni Marte concussum Ilium.

Quenam ista lacrymis lugubrem vultum rigat?

Pauetq; maesta? regum agnosco genus.

Electra, luctus causa quæ læta in domo est?

EL. Pater peremptus scelere materno iacet.

Comes paterna queritur natus neci.

Aegisthus arces Venere quas itas tenet.

ST. O nulla longi temporis felicitas!

EL. Per te parentis memoriam obestor mei,

Per sceptraterris nota, per dubios deos;

885

890

895

900

905

910

915

920

925

Recipe

Recipe hunc Orestem, ac plium furtum occule. ST. Etsi timendum casus Agamemnon docet, Aggrediar, & te Oresta furabor libens.

930 Posunt fidem secunda, at aduersa exigunt.

Cape hoc decorum ludicri certaminis

Insigne frontis, leua victricem tenens

Frondem virenti protegat ramo caput:

Et ista donum palma Pisai Iouis,

935 Velamen eadem præstet, atque omen tibi.

Tuq; o paternis asidens frenis comes,

Condiscere Pylade patris exemplo fidem.

Vos, Græciâ nunc teste, veloces equi

Insida cursu fugite præcipiti loca.

940 EL. Excessit, abiit, currus effreno impetu,

Effugit aciem: tuta iam operiar meos

Hostes, & vltro vulnere opponam caput.

Adest cruenta coniugis vixtrix sui,

Et signa cadis veste maculatâ gerit:

945 Manus recenti sanguine etiamnum madent,

Vultusq; præ se scelera truculenti ferunt.

Concedam ad aras. Patere me vitis tuis

Cassandra iungi, paria metuentem tibi.

CLYTEMNESTRA. ELECTRA.

ÆGISTHVS. CASSANDRA.

CLY. Hostis parentis, impium atque audax caput,

950 Quo more cætus publicos virgo petis?

EL. Adulterorum virgo deserui domum.

CL. Quis esse credat virginem? EL. gnatham tuam.

CLY. Modestius cum matre. EL. pietatem doces.

CLY. Animos viriles corde tumefacto geris,

955 Sed agere domita feminam discis malo.

EL. Ni forte fallor, feminas ferrum decet.

CLY. Et esse demens te parem nobis putas?

EL. Vobis? quis iste est alter Agamemnon tuus?

CLY. Indomita post hæc virginis verba impia

960 Regina frangam. EL. mitius interea mihi

Tu vidua loquere: vir caret vita tuus.

CLY. Ediffere ubi sit gnatus, ubi frater tuus?

EL. Exiit Mycenæ. CL. redde nunc gnatum mihi.

EL. Et tu parentem redde. CL. quo latitat loco?

965 EL. Tuto: quietus regna non metuens noua:

Iusta parentis satis, at irata parum.

C. Morieris hodie. EL. dummodo hæc moriar manu.

Recedo

plorum collectoribus notum fuisset, hautdubie ab illis non foret omisum.

904 Emerito die. finito. ducta Metaphora à militum stipendiis.

920 Electra tunc temporis Laodice dicebatur, postea autem Electra vocari cepit. Aelianus var. histor. lib. 4. Πάνθη οἱ πατρὸς τῶν μελῶν ἐγγίσι δ' οὐτ' οὐτ' ἐσεβόλῃσι Σπυριχόρι τῆ' Ἰμερίσι, λέγει τὴν Ἡλέκτραν τῆ' Ἀγαμέμνονος τῆ' Ἰφίτη ἔχον τὸν ἀμύμονα, ἀλλὰ Λαοδίκην ἐπέτι δ' Ἀγαμέμνονα ἀνεγέθη, τὴν δ' Κλυταιμῆστραν ὁ Αἰγίσθ' ἔθηκε, καὶ Ἰφασίδου σον, ἀλεπτρον οὖσαν, ἔκαστην ἑαυτὴν παρθενον Ἀργείας Ἡλέκτραν ἐκέλευσεν. Δὲ τὸ ἀμύμονα ἀνδρὸς καὶ μὴ πατρὸς ἀδ' Ἡλέκτρα. Porro Orestem à Strophio educatum fuisse etiam Pytander in Peloponnesciacis, teste Plutarcho, tradidit.

950 Quo more cætus publicos virgo petis. inhonestum veteres existimarunt virginem in publico versari, nec virginem solum, sed etiam matremfamilie, vt constat ex multis Euripidis locis, in Heraclidis, in Tiraque, in Iphigenia Aulidensi. & alibi (vide Tiraquel. lege. 10. Connub. nu. 12. & Rhodigin. li. 10. antiq. cap. 3. & lib. 13. cap. 6.) Menander;

ἔδου μὲν ἄνθρωποι τὴν ἡμῶν εἶναι ἡγείων ἐδὲ τὴν θύραζ' οἱ ἄξιαν ἔβ' ὑμῶν.

quam rem copiosè & eleganter persequitur D. Gregorius Nazianzenus, in lib. De documentis virginum. hac ratione motus Constantinus Imp. l. nemo. C. de offic. diuerfor. iudic. matremfamil. que intra domum semet cõrnet, in publicum protrahi veruit, propter seculis veretudiam, l. 2. §. 1. C. de his qui ven. ætat. impetrat. c. 43. §. portò si. de election. in 6. ob quam illis virorum cœtibus immisceri non conuenit, auctore Bonifacio octauo, in c. mulieres. de iudic. in 6. Sanè D. Paullo mulier οἰκουεῖς; Augusto apud Dionem οἰκουεῖς. οἰκουεῖς, vocatur, aut Philo, teste Cuiacio lib. 7. obseruat. cap. 16. ἡμεῖς οἰκουεῖς καὶ ἔδου κερτὴ φαρμάκου. notum est illud οἰκουεῖς symbolum Venustestudinẽ calcans.

952 Quis esse credat virginem? EL. nam tuam. at Electra, rectè suspicaris neminem crediturum me esse virginem, non quia cœtus publicos peto; sed quia filia tua sum. te sciunt omnes pudicitiam tuâ Aegistho profutuisse: me suspicabuntur matris vestigia secutam pudori meo nõ temperasse. & merito, sunt enim parentibus filij plerumque similes auctore Aristotele lib. 3. polit. cap. 8. & lib. 3. Rhetor. ad Theodectem, & filie matrũ mores imitantur, vnde Ezechielus vates; sicut mater, ita & filia eius. D. Ambrosius autẽ li. 3. de virginitate; Quid potuit filia de adultera matre discere, nisi damnum pudoris? merito

igitur Peleus apud Euripidē, in Andromache;

— ἐπιφροσύνη
μητρὸς ἄνδρα τοῦτο ἔχει σὺν πᾶσι τοῖς
μητρὸς ἄνδρα τοῦτο ἔχει σὺν πᾶσι τοῖς
960 Regina frangam. huc spectat illud Attij
in Aegistho; Neque fera hominum pectora
franguntur, donec vim persulerint imperij.
ceterum in veteribus libris legitur ita;
Indomita posthac virginis verba impia
Regina frangam citius. interea mihi
Edisserere, ubi sis natus, ubi frater tuus.
EL. exiit &c.

980 Nomen ambiguum suis. ait per paren-
rum scelera Aegisthum nactum esse nomen
ambiguum suis. id est, quem nescirent patres
(quos suos vocat) quo nomine compellarent.
Thyestes dubius filiumne an nepotem; Pe-
lopcia ignara filiumne an fratrem nuncupet.
988 Vidua ante thalamos. locus hic con-
firmat Labeonis sententiam de vidua. l. ma-
lum. D. de verbor. signific.

1008 Veniet & vobis furor. solent eorum,
qui morti vicini sunt vaticinia exitu habere.
testis hoc loco Seneca. testis Homerus apud
quē Iliad. x. Hector Achilli mortē praedicit.
testis Sophocles in Ἠλέκτρῳ, ubi Ajax mori-
ens imprecatur Agamemnoni & Vlyssi, ut
à carissimis occidantur. testis Virgilius li. 10.
Aeneid. ubi Oroses Mezentio vicinā mor-
tem imminere vaticinatur. testis Ovidiana
Dryas. lib. 7. Metamorph. inquitens;
Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissi-
ma ligno;

Qua tibi factorum poenae inflare ruorum
Vaticinor mortuus, nostri solatia lethi.
testis Lucani Domitius lib. 7. his verbis;
Non te funesta scelerum mercede potitum,
Sed dubium fati, Caesar, generoq; minorem
Aspiciens, Stygias, Magno ducē, liber ad-
vndas
Et securus eo te, sano Marte, subactum,
Pompeioq; graues poenas, nobisq; daturum,
Cum morior sperare licet —
Testis Calanus Iodius, qui, teiscitanti Alexan-
dro Macedoni numquid vellet, respondit;
Nihil, breui te videbo. testis postremo Socra-
tes apud Xenophontem ἐν τῇ Σωκράτους ἀ-
πολογίᾳ τοῦ εὐδίου, nam Clytaemnestram
& Aegisthum occidit Orestes, qui quia ex-
inde furere coepit, ait; veniet & vobis furor.
scilicet Orestis. Agamemnon ab uxore & co-
gnato, Vlysses à filio Telegono occisus fuit.
Peliam filiae confecerunt. Mezentius eodem
libro ab Aenea interficitur. Erichthon paul-
lo post miserabili fame confectus interit. C.
Caesar corā Pompeij statua, plus viginti vul-
neribus confectus cecidit. Non multis à Calani morte diebus Alexander Babylone veneno interiit. Anyti quoque
filio omnia eucnerunt, quae verissimè euentura Socrates moriens diuinarat, quae cuncta ut ab optimis scriptoribus
sunt prodita; tubuit annotare, ut appareat unde Ethnicorum illa vetus opinio, quam initio posui, promanarit.

Recedo ab aris. siue te iugulo iuuat
Meruisse ferrum, praebeo iugulum volens;
Sen more pecudum collare secari placet;
Intenta cervix vulnus expectat tuum.

970

Scelus peractum est: cade resper sam viri,
Atque obsoletam, sanguine hoc dextram abluce.
CLY. Consors pericli pariter, ac regni mei
Aegisthe gaudes: gnata genitricem impie
Probris lacepsit, abditum fratrem occulit.

975

AEG. Furibunda virgo vocis infanda sonum,
Et aure verba indigna materna opprime.

EL. Etiam monebit sceleris infandi artifex,
Per scelera nactus nomen ambiguum suis,
Idem sororis gnatus, & patris nepos.

980

CLY. Aegisthe cessas impium ferro caput
Demetere? fratrem reddat, aut animam statim.

Abstrusa caco carcere, & saxo exigat
Aeuum, per omnes tortae poenarum modos:

985

Referre, quem nunc occulit, forsitan volet
Inops, egens, inclusa, padore obsita,
Vidua ante thalamos, exul, inuisa omnibus,
Aethere negato. serò succumbet malis.

EL. Concede mortem. CLY. si recusares, darem.

990

Rudis est tyrannus, morte qui poenam exigit.

EL. Mortē aliquid ultra est? C. vita, si cupias mori.
Arripite famuli monstrum, & auertam procul
Ultra Mycenae, ultimo in regni angulo

995

Vincite, septam nocte tenebroso specus,
Vi inquietam virginem carcer domet.

At ista poenas capite persoluat suo,
Captiua coniux, regy pellex tori:

Trahite, ut sequatur coniugem ereptum mihi.

1000

CAS. Ne trahite, vestros ipsa praece dam gradus.
Per ferre prima nuntium Phrygiis meis
Propero, repletum ratis euer sis mare,
Captas Mycenae, mille ductorem ducum,

Vi paria fata Troicis lueret malis;
Perisse dono feminae, stupro, dolo.

1005

Nihil moramur, rapite: quin grates ago.
Iam iam iuuat vixisse, post Troiam iuuat.

CL. Furibunda morere. CA. veniet & vobis furor.

L. ANN.

OCTAVIA. Haec tragedia tota La-
tina & tota Senecae est.

Octavia.
TRAGOEDIA X.

PERSONAE.

- | | |
|----------|------------|
| Octavia. | Nuncius. |
| Nutrix. | Agrippina. |
| Chorus. | Seneca. |
| Poppaea. | Nero. |

Præfatus.

ACTVS PRIMVS.

OCTAVIA.

Anapestici.

NAM vaga calo sidera fulgens
Aurora fugat: surgit Titan
Radiante comâ, mundoq; diem
Reddit clarum: age tot tantis
Onerata malis, repete assuetos

- Iam tibi questus, atque equoreas
Vince Halcyonas, vince & volucres
Pandionias, granior namque his
Fortuna tua est. semper genitrix
10 Deslenda mihi, prima meorum
Causa malorum, tristes questus
Nate exaudi, si quis remanet
Sensus in umbris. utinam antè manu
Grandæua suâ, mea rupisset
15 Stamina Clotho; tua quàm mærens
Vulnera vidi,
Oraq; fædo sparsa crnore.
O lux semper funesta mihi!
Tempore ab illo lux est tenebris
20 Inuisa magis.

- Tulimus saeva iussa nouerca,
Hostilem animum, vultusq; truces.
Illa illa meus tristis Erinny
Thalamis Stygios prætulit ignes,
25 Teq; exstinxit miserande pater:
Modò cui totus paruit orbis

4. *Eia age tantis.* sic reposuit N. cum antè
legeretur; *age tot tantisq;* ego in membranis
inuenio; *age tot tantis.* quod placet hiatus
recepto.

7. *Vince Halcyonas.* hac comparatione uti-
tur Euripides in Iphigenia Taurica, & Pacu-
uius, in Teucro, inquit;

Alcyoniam ritu lictus peruolgans feror.

9. *Genitrix.* Valeria Messalina; quam cum
super cetera dedecora etiam Claudius C. Si-
lio nupuisse comperisset, supplicio affecta.

21. *Nouerca.* Agrippina; hæc mortua Mes-
salina, Claudio patre suo nupsit.

Vltra

0 2

27 *Vltra Oceanum, cuique Britannia de hac Claudij Britannica victoria, sunt hec in-
centi poetæ carmina;*
28 *Ausoniis numquam tellus violata triumphis,
Ista tuo, Caesar, fulmine, procubuit.
Oceanusq; tuas, ultra se prospicit aras,
Qui finis mundo, nunc erit imperio:
Vista prius nullo, iam iam spectat a triumpho
Illibata tuos gens iacet in titulos.
Fabula visa diu, medioq; recondita ponto
Libera, victori iam modo colla dedit.
Eufrates ortus, Rhenus incluserat Arctos,
Oceanus medium venit in imperium.
Liber a non hoste, non passa Britannia regem,
Eternum nostro qua, procul orbis iacet,
Felix aduersis & sorte oppressa secunda,
Communis nobis & tibi, Caesar, erit.
Vltima cingebat Tiberis tua, Romule regna,
Hic tibi finis erat religiose Numas;
Et tua, Diue, tuum sacrat a potentia calo
Extremum citra constitit Oceanum:
At nunc Oceanus geminos interluit orbis,
Pars est imperij, terminus ante fuit.
Mars pater, & nostra gentis tutela, Quirine
Et magno pesitus Caesar uterque polo,
Cernitur ignotos Laris sub lege Britannos.
Sol citra nostrum flebitur imperium.
Vltima cesserunt adoperto claustra profundo,
Et iam Romano cingimur (sic lego) Oceano.
Opponit frustra rapidum Germania Rhenum,
Eufrates prodest nihil tibi, Parthis fugax;
Oceanus iam terga dedit, nec porius ulli
Casarios fasces imperiumq; tulit.
Illa procul nostro semota exclusaq; calo
Alluitur nostra vista Britannis aqua,
Semota & vasto disiuncta Britannia ponto,
Cinctaq; inaccessis horrida litonibus:
Quam pater iunctis Nereus vallauerat undis,
Quam fallax astu circumit Oceanus,
Brumalem sortita plagam; quàm frigida semper
Præfulget stellis Arctos innociduis:
Conspectu demissa tuo Germania Caesar
Subdidit insueto colla premenda iugo,
Adspice confundit populos imperium tellus.
Coiunctum est quod adhuc orbis & orbis erat.
In quarto à sine versu sententia postulat, vt
legatur Britannia, nam vnicam hanc expedi-
tionem Claudius suscepit, quare Germania
legi non potest.*

31 *Oppressus, boleto venenato.*
32 *Tyranno, Neroni.*
40 *Ora Tanais, agit de Britannica Claudij
expeditione & victoria; cuius frequens men-
tio apud Dionem, Zonaram, Plinium, Eutro-
pium, Orosium & Adonem Viennensem.
quare cum à Britannia valde alienus sit Ta-
nais, quare censui aliquando hoc loco legen-
dum Tamefis, cuius fluminis bis apud Cæ-*

*Vltra Oceanum: cuiq; Britannia
Terga dedere, ducibus nostris
Ante ignoti, iurisq; sui.
Coniugis (heu me) pater insidiis
Oppresse iaces, seruitq; domus
Cum prole tuâ capta tyranno.*

N V T R I X.

*Fulgore primo captus, & facili bono
Fallacis aule, quisquis attonitus stupet;
Subito latentis ecce fortuna impetu
Modo præpotentem cernat euer sam domum,
Stirpemq; Claudii, cuius imperio fuit
Subiectus orbis; paruit liber diu
Oceanus, & recepit inuitus rates.
En qui Britannis primus imposuit iugo,
Ignota tantis clausibus texit freta,
Interq; gentes barbaras tutus fuit,
Et seua maria, coniugis scelere occidit;
Mox illa gnati, cuius exstinctus iaces
Fratres venenis: mæret infelix soror,
Eademq; coniux, nec graues luctus valet
Irâ coacta tegere: crudelis viri
Secreta refugit semper, atque odio pari
Ardens mariti, mutua flagrat face.
Animum dolentis nostra solatur fides,
Pietasq; frustra: mutat immittis dolor
Consilia nostra, nec regi mentis potest
Generosus ardor, sed malis vires capit.
Heu quam nefandum prospicit noster timor
Scelus, quod utinam numen auertat deum.*

O C T A V I A. N V T R I X.

Anapæstici.

*O mea nullis aquanda malis
Fortuna, licet repetam luctus
Electra tuos: tibi mærenti
Casum licuit flere parentem,
Scelus vlciisci vindice fratre,
Tua quem pietas hosti rapuit,
Texitq; fides.
Me crudeli sorte parentes
Raptos prohibes lugere timor,*

Fra-

65 *Fratrisq; necem deslere vetat;
In quo fuerat spes vna mihi,
Totq; malorum breue solamen.
Nunc in luctus seruata meos,
Magni resto nominis umbra.*
70 *NVI. Vox en nostras perculit aures
Tristis alumna: cessat thalamis
Inferre gradus tarda senectus.
OCT. Excipe nostras lachrymas nutrix,
Testis nostri fida doloris.*
75 *NVI. Quis te tantis soluet curis
Miseranda dies?
OCT. Qui me Stygias mittet ad umbras,
NVI. Omnia, quæ so, sunt ista procul.
OCT. Non vota meos tua nunc casus,
80 Sed fata regunt.
NVI. Dabit afflictæ meliora Deus
Tempora mihi: tu modò blando
Vince obsequio placata virum.
OC. Vincam seuos ante leones,
85 Tigresq; truces, fera quam sanis
Corda tyranni.
Odit genitos sanguine claro,
Spernit superbos humilesq; simul,
Nec fortunam capit ipse suam;
90 Quam dedit illi, per scelus ingens,
Infanda parens: licet ingratum
Dira pudeat munere matris,
Hoc imperium cepisse: licet
Tantum munus morte rependat:
95 Feret hunc titulum post fata tamen
Femina longo semper in auro.
NV. Animi retine verba furentis,
Temere emissam comprime vocem.
OCT. Toleranda quamuis patiar: haud unquam
queant,
100 Nisi morte iristi, nostra finire mala.
Genitrice casâ, per scelus rapto patre,
Orbata fratre, miseris, luctu obruta,
Mærore pressa, coniugi inuisa, ac mea
Subiecta famula, luce non grata fruor:
105 Trepidante semper corde, non mortis metu,
Sed sceleris, absit crimen à fatis meis.
Mori inuabit; pæna nam grauior nece est,*

farem sit mentio, & Dion lib. 60. tradidit Bri-
tannos, accepta clade à C. Sidio Geta, percul-
tos, seq; ad r. *ἀμύμονος* recipientes, cum
Romani, Germanorum auxiliatorum vir-
tute, pontem, quo fluius stratus erat, tran-
siissent, caecos fugatosque.
43 *Coniugis, Agrippinæ.*
44 *Gnati, Neronis.*
45 *Fratres, Nero Britannicum Octauiae
fratrem veneno à Locusta accepto sustulit.*
49 *Musua flagrat face.* hoc est, quantum
Nero odit Octauiam, tantum illa odit Ne-
ronem.
69 *Magni resto nominis umbra.* ne existi-
mes imitari illud Virgilij;
Et nunc magna mei sub terrâ ibis imago,
sunt enim planè diuersa.

84 *Sauos ante leones, Euforbus;
Insequitur leo saeuus & alma virginis
astrum.*

95 *Hunc titulum, patri filio imperij, fecerat
hoc prius Semiramis, sed modo honestiore.*

107 *Pæna nam grauior, in duobus ca. f.
pæna nunc grauior.*

Videre

115 Membram cum soluit quietes. membro- rum enim compages somno solvuntur, au- store Paulo Aegineta lib. 1. cap. 97. Home- rus Odyss. 6.

116 Quare ab eodem somnus vocatur κοιμησις, quemadmodum & ab Apollonio 4. Argon. & Orpheo in hymnis.

120 Prosequitur hostis. m. f. habent perse- quitur hostis.

125 Nitentem. in vno cod. antiquo legitur intentam.

128 Saviour Pelagi fretis. quae illi pepete- rant. sic Ouidius Metamorph. 11.

132 Iusta maritum coniugis. à Nerone pro praemio poscit meatu necesse, quae iusta ipsius vxor sum. Claudius enim octauiam Neroni, quem adoptauerat, in matrimonium tradi- turus, ne soror fratri nuberet (nam sororem, ne adoptiuam quidem durante adoptione, ducere leges sinebant) eam prius alteri in ad- optionem dedit; vt, eo modo in alienam fam- iliam transiens, iuste Neroni nuberet. Erat ergo Octauia iusta Neronis vxor, quid verò inter iustam & iniustam vxorem interfit, do- cecit Ruardus lib. 4. de iuris ambiguitatibus cap. 16.

138 Gnato suo. Britannico. Sanguine alieno satum. Neronem.

141 Toris nefandis. fratris enim vel fororis filiam vxorem ducere non licet. Suetonius Tranquillus lib. 5. Agrippinae, inquit, Ger- manici fratris sui filiae, per ius osculi & blan- ditiarum occasiones illectus in amorem, sub- ornavit proximo Senatu qui cogerent se ad ducendam eam vxorem, quasi reip. interesset, dandamque ceteris veniam talium coniu- giorum; quae ad id tempus iniusta habeban- tur. ac, vix vno interpolito die, confecit nu- ptias, non repertis qui sequerentur exempli, excepto libertino quodam, & altero primipi- lari; cuius officiù nuptiarum & ipse vna cum Agrippina celebravit. Eadē à Cornelio Tacito lib. 12. commemorantur, nisi quod Tacitus vnum Taledium Seuerum equitē Ro- manum exemplum hoc secutum fuisse refert.

145 Flebili iunxit facem. siquidem interfectis triginta Senatoribus & innumeris equitibus Romanis nuptias celebravit, vt tradit Seneca philosophus in epistola ad Lucilium.

148 Accendit. Facem hanc sponsa mater praef- cebat. nosse inferius;

151 Actu 3. Agrippina dicit se Stygiam facem

Videre tumidos & truces misera mihi Vultus tyranni, iungere atque hosti oscula, Timere nutus; cuius obsequium meus

Haud ferre posset fata post fratris dolor, Scelere interemti; cuius imperium tenet, Et morte gaudet auctor infanda necis.

Quam saepe tristis umbra germani meis Offertur oculus, membra cum soluit quietes,

Et fessa fletu lumina oppressit sopor? Modò facibus atris armat infirmas manus, Oculosq;, & ora fratris infestus petit:

Modò trepidus idem refugit in thalamos meos. Prosequitur hostis, atque inherenti mihi, Violentus enssem per latus nostrum rapit.

Tunc tremor, & ingens excutit somnos pauor, Renouatq; luctus & metus misera mihi.

Adice bis superbam pellicem, nostra domus Spoliis nitentem; cuius in munus suam Stygia parentem natus imposuit rati.

Quam dira post naufragia, superato mari, Ferro interemti, saviour pelagi fretis.

Qua spes salutis post nefas tantum mihi? Inimica, victrix, imminet thalamis meis, Odioq; nostri flagrat, & precium stuprà

Iusta maritum coniugis captat caput. Emergere undis, & fer auxilium tua Gnata inuocanti genitor: aut Stygios sinus

Tellure rupta pande, quò praeceps ferar. NVT. Frustrà parentis inuocas manes tui, Miseranda, frustra: nulla cui prolis sua

Magnet inter umbr. cura: qui gnato suo Praeferre potuit sanguine alieno satum, Genitamq; fratris coniugem captus sibi

Toris nefandis flebili iunxit facem. Hinc orta series facinorum, caedes, doli, Regni cupido; sanguinis diri situs.

Mactata soceri concidit thalamis gener Victima, tuus ne fieret hymenais potens.

Pro facinus ingens! femina est munus datus Syllanus, & cruore foedauit suo Patrios penates, criminis factus reus.

Intrauit hostis (hei mihi) captam domum Doli nouerca. principis factus gener,

Idemq; gnatus, iuuenis infandi ingeni, Capaxq;

Capaxq; scelerum; dira cui genitrix facem Accendit, & te iunxit inuitam metu.

Tantoq; victrix facta successu ferox, Ausa imminere est orbis imperio sacri.

Quis tot referre facinorum formas potest, Et spes nefandas femina, & blandos dolos Regnum petentis, per gradum scelerum omnium?

Tunc sancta pietas extulit trepidos gradus, Vacuamq;, Erinnyis saeva funesto pede Intrauit aulam; polluit Stygiâ face

Sacros penates; iura naturae furens Fasq; omne rupit: miscuit coniux viro Venena saua; cecidit atque eadem sui

165 Mox scelere gnati. tu quoque exstinctus iaces Desfende nobis semper infelix puer, Modò sedus orbis, columen augusta domus

Britannice: heu me! nunc leuis tantum cinis, Et tristis umbra; saua cui lachrymas dedit

170 Etiam nouerca; cum rogis artus tuos Dedit cremandos, membraq;, & vultus deo Similes volanti flamma feruens abstulit.

OCT. Exstinguat & me, ne manu nostra cadat. NVT. Natura vires non dedit tantas tibi.

175 OCT. Dolor, ira, moeror, miseria, luctus dabunt. NV. Vince obsequendo potius inimicem virum. OC. Vt fratrem ademtum scelere restituat mihi? NV. Incolumis vt sis ipsa, labentem vt domum

Genitoris olim sobole restituas tua. 180 OC. Exspectet aliam principis sobolem domus: Me dira miseri fata germani irabunt.

NVT.

cax soror Iunia Caluina, haut multum ante Virelij nurus fuerat: hinc initium accusationis, fratrisque non inca- stum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. hæc ille. Vnde apparet incestus crimen, cuius dam natus fuit Sillanus, confictum fuisse. quare mihi non displicet constans schedarũ lectio: criminis facti reus. nisi potius quam

intelligere, malis legere, criminis facti reus. 158 Per gradum scelerum omnium. Suauis legitur in vno co- dice antiquo; per gradus scelerum omnium. 167 Sedus orbis. non est abstimile illud Horatij; Quamquam sidere pulchrior Ille est — 171 Membraq; & vultus Deo similes. Homerus; ὁμοίωτα δὲ κεφάλῳ καὶ ἐπιπέπλοισι. Ἀπὸ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐγένοντο τὸ προσώπου. idem; — καὶ ἐναλίγκη αὐτῷ — Ruffi- nus in epigrammatibus; ὁμοίωτα ἔχουσι τὸ πρόσωπον αὐτῶν, τὰ σφύρα τῆς θε- οῦ. Virgilius; Os humerosq; deo similis. Q. Catulus; Mortalis visus pulchrior esse Deo. Calpurnius eccloga 7. — Ἐνὶ δὲ μὲν δέχετο ὄψιν, in vno Et Martii vultus & Apollinis esse putauit. Inter anti- quæ vrbis inscriptiones à Jacobo Mazochio collectas vna est perantiqua, in qua habetur, FONDI HVIVS DO- MINOS INTANS HIC IACET SIMILIS DEO &c. præterea ex AEschyli Persis tria exempla possem ad- ducere: sed hæc sibi faciunt, vt sciamus veteres formosâ quæque Diis suis comparasse. qui autem virtute præstabant, eos Lacedæmonij Diuos vocabant, auctore Aristotele & ibi Aspasio, lib. 7. Ethicorum. ad Nicom. cap. 1. Hodie etiamnum Belgæ; qui Germano idiomate vitur, cum volumus infantulum aliquem innuere esse formosulum & pulchellum, dicimus: een hint geistich een Jesusken.

Neronis & Poppeæ nuptiis præferre. licet haut sciam ex Græco hoc an Romano more dicatur. Vide supra Medæ verſu 27. Romæ enim pueri videntur facem prattulisse. In Plauti Casina Villicus Chalino amigero seruo minatur;

Primò omnium lucebis huic noua nuptæ facem. Catullus;

Tollite o pueri facem. apud Græcos & plerosque Barbaros hoc munus matris erat, vt ostēdit Euripides in Iphi- genia Aulidenſi, apud quem iubenti Aga- memnoni donum rediret, dicensque cura- turum se omnia, quæ ad filiae nuptias perti- nerent, respondet Clytæam nestras;

τίς δ' ἀναρχῆσθε φλόγα; Ἀγ' ἐγὼ παρέχω φῶσ' ὀνυμφίωσ περὶ τῆσ. Κλυ. ἐχ' ὀ νόμῳ οὐτῳ —

& in Phœniſſis ait Iocasta; ἐγὼ δ' ἔπε σοὶ πύργῳ ἀνὴρ ἵα φῶσ νόμιμον εὐ γάμοισ, ἄσ περὶ μοιτῆσ μακα- ρίασ.

in Troadibus cum Cassandra furore percisa sibi ipsi facem præferret, non aliam ob cau- sam dixit Hecuba;

παρὰδ' ἐμοὶ φῶσ, ἔσ' ἄρ' ἄρα περφορεῖσ μακρὴσ ἡράσσοσ.

Apollonij scholiastes Argonaut. 4. τὸ παλαιὸν τῶσ μητρίωσ τῶν γαμβρότων εὐ τῶσ γάμοισ δὴ δουχῆσ ἴδ' ἔω.

147 Sillanus. tres hoc tempore Sillani fue- runt; Appius pater, & duo filij M. & L. hic de Lucio Sillano fit sermo, qui Octauiæ (ponſus funesto die nuptiarum Claudij & Agripping fuit interfectus: auctores Seneca, Tacitus, & Suetonius.

148 Criminis factus reus. Tacitus Annał, lib. 12. Igitur Virellius, nomine Cenſoris ser- uiles fallacias tegens, ingruentiumque do- minationum prouisor, quo gratiam Agrip- pinæ pararet, consiliis eius implicari, lerere crimina in Sillanus; cui sanè decora & pro-

182. *Favor*. amici mei, docti homines, qui *favor*, negant in hac significatione factum aut Latinum esse, cum isthac sua superstitione religione, putidiusculi sunt. nam Lucetius, Lucretius, Tacitus, Plinius, Seneca, Cornelius Seuerus, Silius Italicus, & alij innumeris scriptores, sic vtuntur. Nec Quintiliano afferenti Ciceronem non fuisse usum, est credendum. exstat enim illa etiam hodie in oratione pro Quinto Roscio. & ille Quintilianus locus valde mihi suspectus est, quia inuenio ipsum quoque Quintilianum in Declamat. 280. scripsisse: timeo fauorem illum populi, misericordiam ciuitatis. Similis est error aliorum, qui inter vocabula Prudentij Poetae, quae quam longissimè à Latinae linguae puritate abesse iudicant, retulerunt, *sequestrare*. non enim *sequester* modo, *sequestratio*, & *sequestrum* Latine ac pure dicitur, quae Festus, Vlpianus, Paulus, Asconius, Cicero, Theodosius senior, Symmachus & apud Gellium P. Lauinius ac Modestinus vsurparunt; sed etiam *sequestrare*, vt docent, post Brissonium, Præcius & Verrutius in lexicis iuris. quid verò sit *sequestratio*, quid *sequestrer*, abundè docent Budæus ad Pandectas, Alciatus & Brechæus ad leg. sequestrer. D. de verborum significat. Conanus lib. 7. commentar. iur. ciuilibus, Cornasius li. 2. miscellan. cap. 2. & obiter Ræuardus ad leges x i r. tabularum, necnon lexicographi suis locis; e quorum scriptis manifestum sit, quid sit *sequestrare*. Explodendi similiter qui, *referre gratiam*, nouam Sexi Victoris phrasim putant, obuia enim in Cicerone. 188. *Iuuenilis ardor impetu primo furit*. nam, vt ait Homerus;

ἀείδ' ἢ πολέτην ἀνδρῶν φέβης ἠέριον.
Theophrastus, alias Theophanes, lib. 2. de moribus; χαλκὸν κατὰ μὲν τὸ εὖ καὶ τὸν νόμον. ἀεὶ γὰρ ἡδύμην, καὶ πολλὰς ἔχουσα ματιβαλίας, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἄλλο φεβέτην. Plato libro 2. de legib. ἵτα γὰρ τὰς νόμους ματιβαλίας ἐπὶ τῶν ματιβαλίας καὶ ἀστυκίας.

190. *Amor perennis* &c. nam coniugalis amor ex virtute oritur, virtus autem est habitus, qui constans est & perpetuus: sed amor concubinae vel pellicis, quia vt plurimum expulchritudine nascitur, cum ea perit; auctore Aristotele lib. 8. Ethicorū ad Nicomachum. huc spectat illud Terentij, in Heautontim.

Quippe forma impulsit nostranos amatores colunt;
Hac ubi immixta est, illi suum amorem aliud conferunt.

198. *Volucer Cupido*. Ouidianum epithetum lib. 5. Metamorph. Moschuscidyllio 6. de amore, καὶ πτερόδες ἄγρια.

NVT. *Confirmet animum ciuium tantus fauor.*
OCT. *Solatur iste nostra, non releuat mala.*
NVT. *Vis magna populi est.* OCT. *principis maior tamen.*
NVT. *Respicit ipse coniugem.* OCT. *pellex vetat.* 185
NVT. *Inuisa cunctis nempe.* OCT. *sed cara est viro.*
NVT. *Nondum uxor est.* OCT. *iam fiet, & genitricem simul.*
NVT. *Iuuenilis ardor impetu primo furit:* " "
Languescit idem facile, nec durat diu " "
In Venere turpi, ceu leuis flamma vapor: " 190
Amor perennis coniugis casta manet. " "
Violare prima que toros ausa est tuos,
Animumq; domini famula possedit diu,
Iam metuet eadem; nempe prelatam sibi,
Subiecta & humilis. atque monumenta extrahit, 195
Quibus timorem fassa testatur suum.
Et hanc leuis fallaxq; destituet deus
Volucer Cupido: sit licet formā eminens,
Opibus superba, gaudium capiet breue.
Passa est similes ipsa dolores 200
Regina deum,
Cum se formas vertit in omnes
Dominus cali, diuimq; pater,
Et modo pennas sumisit oloris,
Modò Sidonij cornua tauri: 205
Aureus idem fluxit in imbrī.
Fulgent celo sidera Leda,
Patrio residet Bacchus olympo.
Deus Alcides possidet Heben,
Nec Iunonis iam timet iras, 210
Cuius gener est, qui fuit hostis. " "
Vicit sapiens tamen obsequium " "
Coniugis alta, pressusq; dolor. " "
Sola Tonantem tenet aetherio
Secura toro maxima Iuno: 215
Nec mortali captus formā
Deserit altam Iuppiter aulam.
Tu quoque terris altera Iuno,
Soror Augusti, coniugq; graues
Vince dolores. 220
OCT. *Iungentur antè seua sideribus freta,*
Et ignis vnda, Tartaro tristi polus,
Lux alma tenebris, roscida nocti dies;

Quam

Quam cum scelesti coniugis mente impiā
225 *Mens nostra, semper fratris extincti memor.*
Vtinam nefandi principis dirum caput
Obruere flammis calitum rector paret;
Qui saepe terras fulmine infesto quatit,
Mentesq; nostras ignibus terret sacris,
230 *Novisq; monstris. vidimus calo iubar*
Ardens, cometam pandere infestam facem;
Quā plaustra tardus noctis aeterna vice
Regit Bootes, frigidus arctoo rigens.
En ipse diro spiritu sani ducis
235 *Polluitur aether, gentibus clades nouas*
Minantur astra; quas regis dux impius.
Non tam ferum Typhona neglecto Ione
Irata tellus edidit quondam parens:
Hac grauior illo pestis. hic hostis deum
240 *Hominumq; templis expulit superos suis,*
Ciuesq; patriā: spiritum fratri abstulit,
Hausit cruorem matris. & lucem videt,
Fruiturq; vitā; noxiam atque animam trahit?
Prò summe genitor, tela cur frustra iacis
245 *Inuicta toties temerè regali manu?*
In tam nocentem dextra cur cessat tua?
Vtinam suorum facinorum poenas luat
250 *Nero: ipse diuo Domitio genitus patre,*
Orbis tyrannus, quem premit turpi iugo,
Morumq; vitis nomen augustum inquinat.
NVT. *Indignus ille fateor est thalamis tuis*
Sed cede fati, atque fortuna tuae,
Alumna quaso, nēve violenti rooue
Iram mariti: forsitan vindex deus
255 *Existet aliquis, latius & veniet dies.*
OC. *Gravi deorum nostra iam pridem domus*
Vrgetur irā; prima quam pressit Venus,
Furore misera dira genitricis meae.
Qua nupta demens nupsit incestā face,
260 *Oblita nostri, coniugis, legum immemor.*
Illo soluta crine, succincta anguibus,
Vlrix Erinnyis vènit ad Stygios toros,
Raptasq; thalamis sanguine exstinxit faces.
Incendit irā principis pectus truci

Proclus, in hymno Veneris; ἀδανάβι, πτερόδες ἀνεβλάστησεν ἔρωτες
Orpheus, in hymnis; κινδύσκα μέγαν, ἀνδρῶν, ἐργασίον, ἠδ' αὖ ἔρωτες, τὴν ἀλήθειαν, πτερόδες, πτερόδες, ἀδ' ἐρωτες ἔρωτες.
qui versus si antiqui illius sunt Orphei; quem Aristoteles & Cicero negant fuisse; iam intelligitis quale sit, quod Græci quidam tradiderunt, verustissimos poetas Cupidini non attribuisse alas, sed hoc tantum a recentioribus fuisse prodictum. Propertius lib. 2.
Idem non frustra ventosus addidit alas,
Fecit & humano corde volare deum.
quia amantium cupidus sit admodum leuis & instabilis, vt Alexander Aphrodisiensis existimat, & noster poeta hoc loco videtur innuere. Heliodorus autem hist. Aethiopicæ lib. 4. vult pictores amorem alatum pinxisse, vt agilitate amantium & pernicitatem significarent.
207 *Sidera Leda*. Castor & Pollux. merito dixit *fulgent*. sunt enim lucida sidera, teste Horatio ode 5. lib. 1. qui lib. 4. ode 8. ait;
— clarum Tynndaridæ sidus,
è quo versu supra in Herc. Furēte, noster; — clara gemini signa Tynndaridæ micant. " "
221 *Sana sideribus freta*. Ouidius;
Nec dederit nauti per freta sana manum.
222 *Tartaro tristi*. Virgilius;
— alias subtristia tartara mittit.
223 *Lux alma*. nescio quis in Tetrastichis;
Concessere Deo tenebra, rebusq; colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.
227 *Obruere flammis*. legitur etiam in v. l. *Obruere flammis calitum rector potens.*
229 *Ignibus terret sacris*. Virg. Aeneid. 4.
— an te genitor cum fulmina torques
Nequicquam horremus, scaciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmuramiscunt?
230 *Novisq; monstris*. maximam humanis mentibus celestium rerum ignaris religionem, metusque grauissimos noue in celo facies, luna solisque defectiones, crinitæ stellæ, & hoc genus alia incutiunt, vt notauit Mathæus Fortunatus in præfatione annotationum suarum, in naturales quæstiones Senecæ: illa hoc loco vocat, noua monstra.
238 *Irata tellus*. Hesiodus in Theogonia;
ὄπλοτατιν τέ καὶ πάλαι τὴν φάτα γαίαν πτερόδες, καὶ φιλόσητι δαίτην ἔρωτες ἀφ' ἑδῆν.
Cadem alij Iunonis filium esse contendunt.
239 *Hostis Deum*. Euripides;
μίσεος θεῶν τε, παντί τ' ἀνθρώπων ἄβδ.
243 *Fruiturq; vitā*. Sallustius; Quoniam vita ipsa, qua fruimur, breuis est.
259 *Nupta*. Claudio, N V P S I T. C. Silio.

P

267 Truſti. m. ſ. raxit.

Cadem in nefandam: cecidit infelix parens
(Hec) noſtra ferro, meq; perpetuo obruit
Exſtinctâ luctu, coniugem traxit ſuum,
Natumq; ad umbras: perdidit lapſam domum.
 NVI. Renouare luctus parce cum ſletu pios,
 Manes parentis neve ſollicita tua;
 Graues furoris quæ ſui pœnas dedit.

CHORVS ROMANORVM.

Anapæſtici.

Quæ fama modo vènit ad aures,
Vitam falſo credita, perdat,
Fruſtra toties iactata, fidem:
Nec noua noſtri coniux thalamos
Principis intret, teneatq; ſuos
Nupta penates Claudia proles,
Edat pariu pignora pacis,
Qua tranquillus gaudeat orbis,
Seruetq; decus Roma æternum.
Fratri thalamos ſortiita tenet
Maxima Iuno: ſoror Auguſtæ
Sociata toris, cur à patria
Pellitur aulâ? ſanctâ quid illi
Prodeſt pietas, diuusq; pater?
Quid virginitas, caſtusq; pudor?
Nos quoq; noſtri ſumus immemores
Post fata ducis, cuius ſtirpem
Prodimus ſeuo ſuadente metu.
Vera priorum virtus quondam
Romana fuit, verumq; genus
Martis in illis, ſanguisq; viris.
Illi reges hac expulerant
Vrbe ſuperbos, vltiq; tuos
Sunt benè manes virgo, dextrâ
Cæſa parentis, ne ſeruitium
Paterere graue, aut improba ferret
Premia vitrix diralibido.
Te quoq; bellum triſte ſecutum eſt,
Maçtata tuâ miſeranda manu
Nata Lucreti, ſtuprum ſæui
Paſſa tyranni: dedit infandè
Sceleris pœnas cum Tarquinio
Tullia coniux; quæ per caſi

280 Roma. quo tempore vrbs, & à quo condita, & vocata fuerit, tam variè traditur, vt tutius exiſtimem poſt alios locos tantum ſcripſorum apponere, & digitum, vt fertur, ad fontem intendere. vide auctorem de viris illuſtrib. cap. 1. Meſſallam Coruini in libello ad Cæſarem A. ſi modo eius liber eſt, Lactantium lib. 2. cap. 7. A. Elianum lib. 7. var. hiſtor. Dionyſium Halicarnaſſ. lib. 1. & 2. Plutarchum in Romulo, Diodorum lib. 5. Strabonem lib. 5. Eufatium Iliad. 6. Salluſtium de bello Catilinario, Liuium lib. 1. Velleium volumine 1. Iuſtinum lib. 43. Florum lib. 1. cap. 1. Eutropium lib. 1. Oroſum lib. 1. cap. 18. lib. 2. c. 4. Varronem de ling. Latina lib. 4. Ciceronem lib. 2. de diuinatione, Sex. Pompeium in voce Roma, Plinium lib. 1. cap. 15. Solinum cap. 1. & 2. demum illos Annij ſcriptores, vt credo, commentitios, Berofum lib. 5. Manethonem in ſupputationibus, Catonem in Originib. Fabium Pictorem de aureo ſæculo, & Sempronium, de diuiſione Italiae.

295 Virgo. L. Virginius filiam ſuam, ne Appij Xviri libidini ſubiaceret, cultro è latena raptò tranſſixit.

Mem-

305 *Membrâ parentis ſeuos egit*
Impia curruſ, lacerog; ſeni
Violenta rogos nata negavit.
Hoc quoque noſtra videre nefas
Sacula magnū; cum Tyrrenum
 310 *Rate ferali princeps captam*
Fraude parentem miſit in equor.
Properant placidos linquere portus
Iuſſi nautæ, reſonant remis
Pulſata freta, fertur in altum
 315 *Prouectâ ratū; quæ reſoluto*
Robore labens preſſa debiſcit,
Sorbetq; mare. tollitur ingens
Clamor ad aſtra cum femineo
Miſtus planctu: mors ante oculos
 320 *Dira vagatur. querit leihi*
Sibi quiſque fugam: alij laceræ
Puppis tabulis hærent nudi,
Fluctusq; ſecant: repetunt alij
Litora nantes: multos mergunt
 325 *Fata profundo: ſcindit veſtes*
Auguſta ſuas, laceratq; comas,
Rigat & mæſtis ſletibus ora.
Postquam ſpes eſt nulla ſalutis,
Ardens irâ, iam victa malis;
 330 *Hæc, exclamat, mihi pro tanto*
Munere reddis præmia gnate?
Hæc ſum, fateor, digna carinâ,
Quæ te genui, quæ tibi lucem
Atque imperium, nomenq; dedi
 335 *Cæſaris amens. exſere vultus*
Acheronte tuos, pœnisq; meis
Pæſcere coniux. ego cauſa tuæ
Miſerande necis, gnatoq; tuo
Funeris auctor: en, vt merui,
 340 *Ferar ad manes inhumata tuos,*
Obruta ſæuis equoris vradis.
Ferunt fluctus ora loquentis,
Ruit in pelagus, rur ſumq; ſalo
Preſſa reſurgit: pellit palmis
 345 *Cogente metu fata, & cedit*
Feffa labori. manſit tacitis
In peçtoribus ſpretâ triſti
Iam morte fides: multi domina

Fer-

P 2

*Ferre auxilium pelago fractis
Viribus audent, brachia quamuis
Lenta trabentem, voce hortantur,
Manibusq; leuant, quid tibi saui
Fugisse maris profuit undas?
Ferro es gnati moritura tui;
Cuius facinus vix posteritas,
Tarde semper credula, credet.
Furit, ereptam pelagoq; dolet
Viuerem matrem impius: ingens
Geminatq; nefas: ruit in misera
Fata parentis, patiturq; moram
Sceleris nullam, missus peragit
Iussa satelles, reserat dominæ
Pectora ferro: cadis moriens
Illa ministrum rogat infelix;
Vtvero dirum condat vt ensem.
Hic est, hic est fodiendus, ait,
Ferro; monstrum qui tale tulit.
Post hanc vocem cum supremo
Mistam gemitu animam tandem
Per fera tristem vulnera reddit.*

363 Pectora ferro. hic, & sex versus sequentes apud Tacitum paucis verbis mutatis, pro Taciti verbis leguntur, hoc modo; exclamauit, rogans ministrum, vt vtero dirum ensem conderet, adiiciens, hic est hic est fodiendus ferro, monstrum qui tale tulit. post hanc vocem cum supremo mixtam gemitu animam tandem per fera triste vulnera reddidit. Quæ verba, quamuis in omnibus vulgatis Taciti codicibus contineantur, semper tamen mihi spuria, & à quopiam librario, lacunæ complendæ causâ inserta, visa sunt: de quo dubitare desij postquam Lipsius mihi affirmavit, in Taciti Vancanis autographis ea omnia desiderari.

ACTVS SECVNDVS.

SENECA.

*Quid me potens Fortuna, fallaci mihi,
Blandita vultu, sorte contentum mea
Aliè extulisti: grauius vt ruerem edit à
Receptus arce, totq; prospicerem metus.
Melius latebam procul ab inuidia malis
Remotus, inter Corsici rupes maris:
Vbi liber animus, & sui iuris, mihi
Semper vacabat studia recolenti mea.
O quàm iuuabat (quo nihil maius parens
Natura genuit, operis immensi artifex)
Calum intueri, solis & cursus sacros,
Mundiq; motus, solis alternas vices,
Orbemq; Phæbes, astra quem cingunt vaga,
Lateq; fulgens aetheris magni decus;
Qui sese nescit tantus in cacum chaos
Casurus iterum. nunc adest mundo dies
Supremus ille, qui premat genus impium
Cali ruinâ, rursus vt stirpem nouam*

376 Inter Corsici rupes maris. Claudius Senecam in Corsicam relegarat; sed postmodum, Agrippina faciente, illum reuocauit, & Neroni præfecit, auctore Xichone Polentino, in vita Senecæ.
381 Currus. malo cum membranis, cursus.
386 Nunc adest. integrior est v. l. lectio nunc adest. quia noluit dicere diem illum adeste, sed vt astit optas.

Gene-

*Generet, venascens melior: vt quondam tulit
Iuuenis tenente regna Saturno poli.
Tunc illa virgo, numinis magni dea,
Iustitia calo missa cum sanctâ Fide,
Terras regebat mitis. humanum genus
Non bella norat, non tubæ fremitus truces,
Non arma gentes, cingere assuerant suas
Muris nec vrbes: peruium cunctis iter,
Communis vsus omnium rerum fuit:
Et ipsa tellus leta fecundos sinus
Pandeat vltro, tam piis felix parens,
Et tuta alumnis, alia sed soboles minus
Conspicua mitis, tertium solers genus,
Nouas ad artes exstitit: sanctum tamen,
Mox inquietum; quod sequi cursu feras
Auderet acres, fluctibus tectos graues
Extrahere pisces rete, vel calamo leui:
Decipere volucres crate: ceruos aut leues
Tenere laqueo: premere subiectos iugo
Tauros feroces: vulnere immunem prius
Sulcare terram; lassa qua fruges suas
Interius aliè condidit sacro sinu.
Sed in parentis viscera intravit sua*

392 Sancta fides. Iustitiæ fidem coniungit. quia iustitiæ fundamentum est fides, teste Cicerone in officiis. ideo ait Horatius; — cui Iustitiæ soror
Incovrupta fides —
394 Non bella norat. respexit fortassis ad illa Ouidij lib. 1. Metamorph.
Nondum præcipites cingebant opida fossa,
Non tuba directi, non aru cornua flexi,
Non galea, non ensis erat: sine militis vsu
Mollia securâ peragebant ocia gentes.
Tibullus lib. 1.
Non acies, non ira fuit; non bella, nec ensem
Immitti sauis duxerat arte faber.
397 Communis vsus ait aurea ætate res omnes fuisse communes. quod sanè primario illo naturali iure obrinuit, sed mutatum fuit à iure gentium; quo iure dominia rerum fuerunt distincta. l. 5. D. de iust. & iure. idq; plane necessarium fuit, vt ciuilibus hominum societatis tranquillè foueretur, sine litibus, quas parere solet communitio. l. cum pater. §. dulcissimis. D. de legat. 1. Præterea, ne agricultura intermitteretur, fuit hoc præfens remedium. nam quæ communiter possidentur, plerûque solent negligi, l. 2. C. quando & quibus quar. lib. 10. Sic quoque factum est, vt omnia hominum negocia, distributis hoc modo rebus, certo ordine tractari cœperint. c. cum singul. de præbend. in 6. c. 1. 89. distinct. Faciliat igitur Lycurgi & Platonis imaginaria communitio; quæ & Aristoreli & Ciceroni merito

Dete-

displicuit, & contra quam multa eleganter Laëtantius lib. 3. institution. Christian. 398 Et ipsa tellus. Hesiodus; — ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscent ferebat. Ouidius; Ipsa quoque immunis, rastroq; intacta, nec vllis
Saucia vulneribus per se dabat omnia tellus. 405 Rete. non sum nescius, rete & plagas sæpe confundi: sed puto proprie rete esse, quo pisces plagas, quibus feras capimus. Vlpianus in l. ex emto. 1. r. §. qui autè, sub fine in D. de act. emt. veluti, inquit, cum futurum iactum retis à piscatore emimus, aut indaginem plagis positâ à venatore, vel pantheram ab aucupe. quæ vltima verba nec Budeus, nec Alciatus intellexerunt, non animaduertentes locum esse mendosum, & reponendum; vel pantherem ab aucupe. Nam teste Varrone in libris de lingua Latina, panther est rete aucupis. quod ante Pardulfum Prateium, in lexico iuris, tampridem plurimæ lectionis vir Ioannes Brodæus, in Annotationibus in Oppianum, obseruauerat. 406 Crate. de hoc venationis genere idem Brodæus libro 1. miscellaneorum egit, adductis his Plauti verbis; Hoc vno excepto quod non crate, sed retibus ha aues capiuntur. Fit ista venatio hoc modo. cum humus niue contacta est, venator, niue ablata, areolas quædam concinnat: in his superiecta crate, ordeum effundit, variaque semina ad inescandas aues spargit. ea vero sub hac desuper incumbente pascentes, fune, qui cratem suspendit, clam laxato, omnes faciliè opprimuntur. hæc Brodæus. Alio quoque modo æquè expedito aues crate capere possumus, vt tantum terræ egeratur quantum opus sit fossâ faciendâ; super quam craticula leuis, palo vel bacillo traiecta suspenditur, eo vtrinq; in terram immisso, tum semina ad inescandas alites super craticulam sparguntur; in quam illæ deuolantes, craticula vnnum latus pondere suo deprimunt, eoque cedente incidunt in foueâ; ipsa verò craticula rursus assurgit, sic vt euolante nequeant, ab hoc aucupij genere non multum distat illa ratio lupos capiendi, quam tradidit Ioannes de Clamorgan in libro De lyporum venatione cap. 2. r. seu finali. porro alias quædam aucupiorum species valde expeditas & certas refert Garcias Lassus poeta Hispanus, in ecloga 2. Sed hæc omnia pueris & rusticis norissima, fatius fortè fuit at præterire: illud prætereundum non est, hoc loco maxime grassatâ fuisse cuiusdam eruditi viri audaciam; qui cum rectissimè in o. v. l. legeretur; — fluctibus tectos graues Extrahere pisces rete, vel calamo leui: Decipere volucres crate: ceruos aut leues Tenere laqueo: premere subiectos iugo &c. flagitiosè reposuit, & excudi mandauit; — fluctibus tectos graues Extrahere pisces rete, vel calamo leui Decipere volucres: premere subiectos iugo. ô immanem licentiam! ô temeritatem non ferendam! si quis βελίστερῶν hoc attentasset, facile hoc contemnerem: sed magnæ doctrinæ & nominis clari virum, tam temerè tot verba reuicere, non possum vtiq; tacitus ferre.

us ille fuisse saltem ea modestia, vt in annotationibus solummodo sententiam suam & causam posuisset, non vero ex ipso poetæ contextu sex vocabula sustulisset.

411 Eruit ferrum graue. hæc, quemadmodum pene tota ista ætatum descriptio ex Ouidio r. Metamorph. vel Arato aut Herodoto sumta sunt.

413 Regna constituit. regna proprie dicuntur regiones illæ simul iunctæ, quæ, ab vno principe supremum imperium habente, possidentur; qui à regendo rex vocatur. Sic Seneca hic, sic regni nomen accepit Hermogenianus l. 5. D. de iust. & iure. discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, &c.

418 A strea virgo. eadem tradunt Aratus & C. P. Virgilius 2. Georg. Ouidius r. Metamorph. Iuuenalis Satyr. 10. & Plato in Gorgia. Nigidius grammaticus, virginem inquit, Iustitiam dicit, siue æquitatem; quæ ab hominibus recesserit, & ad immortales merito transferit.

419 Auri fames. Virgilius; — quid non mortalia peccora cogis Auri sacra fames? —

427 Luxuria victrix. sic legendum, non vltorix, vt lommia Badius. nam videri vult luxuriam vicisse mundum, ideo victricem vocat, quomodo legitur in o. v. l. nec repugnat Iuuenalis;

— sanior armis Luxuria incubuit, victumq; vlciscitur orbem.

431 Plauti mihi Syllaq;. de his consule Tacitum & Suetonium.

441 Regenda magis, &c. id ipsum disertè Plutarchus tradit in libro De liberis educandis, eiusque rationem reddit. ipsum videre, nam mihi nunc aliò properanti verba non vacat ascribere.

446 Crede obsequenti parcus, leuis est dea. de fortuna loquitur, sicut Alexis;

Καὶ δὲ τῆς τύχης, ὡς εἰς τὴν ἀστυχίαν ἀεὶ πὶ δέη, καὶ μὴ τὴν δέη τὴν τύχην.

448 Id facere laus est quod decet, non quod licet. Cicero, pro Rabirio; hic iam indices vestri consilij res est, vestræ sapientiæ, quid deceat vos, non quantum liceat spectare debetis. & copiosius in Oratione pro Cornelio Balbo: Quid ait accusator fecisse Pöpeium, quod si diceret hoc ab eo factum quod non oportuisset. est enim aliquid quod non oportet, etiam si licet: quicquid verò non licet, certè non oportet: quicquid enim non licet, honestum non est, ideoq; non oportet. at non quicquid licet, hoc etiam honestum est, imò verò plerumque non oportet. Claudianus in Ranegy, de 4. consulat. Honorij A,

Deterior atas, eruit ferrum graue, Aurumq;. sanas mox & armauit manus: Parita fines regna constituit, nouas Exstruxit vrbes: recta defendit suis Aliena telis, aut petit, præda imminens. Neglecta terras fugit, & mores feros, Hominum cruenta cæde pollutas manus Astrea virgo, siderum magnum decus. Cupido belli creuit, atque auri fames. Totum per orbem maximum exortum est malum, 420 Luxuria, pestis blanda; cui vires dedit, Roburq; longum tempus, atque error grauis. Collecta vitia per tot ætates diu In nos redundant, seculo premimur graui; Quo scelera regnant, sauit impietas furens, Turpilibido Venere dominatur potens: Luxuria victrix orbis immensas opes Iam pridem auaris manibus, vt perdat, rapit. Sed ecce gressu fertur attonito Nero, Truciq; vultu, quid ferat, mente horreo. 430

415 NE. Iustisq; nostris pareant. SE. iusta impera. NE. Statuam ipse. SE. quæ consensus efficiat rata.

455 NE. Despectus ensis faciet. SE. hoc absit nefas. NE. An patiar, vltro sanguinem nostrum peti, Inuisus, & contemtus: vt subito opprimar? Exilia non fregere summos procul Plantum atque Syllam, pertinax quorum furor 460 Armat ministros sceleris in cadem meam. Absentium cum maneat etiam ingens fauor In vrbe nostrâ, qui fouet spes exfulum: Tollantur hostes ense suspecti mihi. Inuisa coniux pereat, vt carum sibi 465 Fratrem sequatur. quicquid excelsum est, cadat. SE. Pulchrum eminere est inter illustres viros: Consulere patria, parcere afflictis, ferâ Cæde abstinere, tempus atque ira dare, Orbi quietem, seculo pacem suo.

425 NE. Despectus ensis faciet. SE. hoc absit nefas. NE. An patiar, vltro sanguinem nostrum peti, Inuisus, & contemtus: vt subito opprimar? Exilia non fregere summos procul Plantum atque Syllam, pertinax quorum furor 460 Armat ministros sceleris in cadem meam. Absentium cum maneat etiam ingens fauor In vrbe nostrâ, qui fouet spes exfulum: Tollantur hostes ense suspecti mihi. Inuisa coniux pereat, vt carum sibi 465 Fratrem sequatur. quicquid excelsum est, cadat. SE. Pulchrum eminere est inter illustres viros: Consulere patria, parcere afflictis, ferâ Cæde abstinere, tempus atque ira dare, Orbi quietem, seculo pacem suo.

470 Hæc summa virtus: petitur hæc calum via. Sic ille patriæ primus Augustus parens, Complexus astra est, colitur & templis deus. Illum tamen fortuna iactauit diu Terrâ mariq;, per graues belli vices Hostes parentis donec oppressit sui. Tibi numen incruenta summisit suum, Et dedit habenas imperi facili manu. Nutuiq; terras, maria subiecit tuo. 475

470 NE. Exstinguere hostem, maxima est virtus ducis. SE. Seruare ciues maior est patriæ patri. NE. Præcipere mitem conuenit pueris senem. SE. Regenda magis est feruida adolescentia. 440 NE. A Etate in hac satis esse consilij reor. SE. Vt facta superi comprobent semper tua. NE. Stultè verebor, esse cum faciam deos. SE. Hoc plus verere, quòd licet tantum tibi. NE. Fortuna nostra cuncta permittit mihi. SE. Crede obsequenti parcus, leuis est dea. NE. Inertis est, nescire quid liceat sibi. SE. Id facere laus est, quod decet, nõ quod licet. 445 NE. Calcat iacentem vulgus. SE. N. inuisum operimet.

440 NE. Exstinguere hostem, maxima est virtus ducis. SE. Seruare ciues maior est patriæ patri. NE. Præcipere mitem conuenit pueris senem. SE. Regenda magis est feruida adolescentia. 440 NE. A Etate in hac satis esse consilij reor. SE. Vt facta superi comprobent semper tua. NE. Stultè verebor, esse cum faciam deos. SE. Hoc plus verere, quòd licet tantum tibi. NE. Fortuna nostra cuncta permittit mihi. SE. Crede obsequenti parcus, leuis est dea. NE. Inertis est, nescire quid liceat sibi. SE. Id facere laus est, quod decet, nõ quod licet. 445 NE. Calcat iacentem vulgus. SE. N. inuisum operimet.

445 NE. Calcat iacentem vulgus. SE. N. inuisum operimet.

NE. Fer-

NE. Fer-

NE. Fer-

450 NE. Ferrum tuetur principem. SE. melius fides. NE. Decet timeri Casarem. SE. at plus diligi. NE. Metuant necesse est. SE. quicquid exprimitur, graue est.

NE. Iustisq; nostris pareant. SE. iusta impera. NE. Statuam ipse. SE. quæ consensus efficiat rata.

455 NE. Despectus ensis faciet. SE. hoc absit nefas. NE. An patiar, vltro sanguinem nostrum peti, Inuisus, & contemtus: vt subito opprimar? Exilia non fregere summos procul Plantum atque Syllam, pertinax quorum furor 460 Armat ministros sceleris in cadem meam. Absentium cum maneat etiam ingens fauor In vrbe nostrâ, qui fouet spes exfulum: Tollantur hostes ense suspecti mihi. Inuisa coniux pereat, vt carum sibi 465 Fratrem sequatur. quicquid excelsum est, cadat. SE. Pulchrum eminere est inter illustres viros: Consulere patria, parcere afflictis, ferâ Cæde abstinere, tempus atque ira dare, Orbi quietem, seculo pacem suo.

470 Hæc summa virtus: petitur hæc calum via. Sic ille patriæ primus Augustus parens, Complexus astra est, colitur & templis deus. Illum tamen fortuna iactauit diu Terrâ mariq;, per graues belli vices Hostes parentis donec oppressit sui. Tibi numen incruenta summisit suum, Et dedit habenas imperi facili manu. Nutuiq; terras, maria subiecit tuo. 475

475 NE. Calcat iacentem vulgus. SE. N. inuisum operimet.

NE. Fer-

NE. Fer-

NE. Fer-

NE. Fer-

NE. Fer-

NE. Fer-

“ Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit Occurrat, mentemq; domet respectus honesti. ”

plura de hac re collegit Pet. Faber ad l. non omne 144. D. de diuers. reg. iur. antiq. 450 Ferrum tuetur principem. SE. melius fides. ait quidam; Non sic excubia, non circumstantia pila Vt iutatur amor —

Cyrus apud Xenophontem; Οἶδα δὲ οὐδὲ ἐ σὺ, ὃ Καμβύσης, οὐκ οὐ τὸ δὲ τὸ χυσιανῶσ κή- πτεγγ τὸ τὴν βασιλείαν διδοσθῆν ἔστιν, ἀλλ' οὐ φίλοι πρὸς σκήπτρον βασιλεύον ἀληθῆς αὐτῶν καὶ ἀσφαλίεσται. πρὸς δὲ μὴ νόμιζὲ φύσει φύνει ἀνθρώπου (πῶς γὰρ αὐτοὶ οὐ πρὸς φάνοντο, ἄσπερ ἐξ ἑ τ' ἄλλα τὰ πεφύκασι πᾶσι τὰ αὐτὰ φύνεισθ) ἀλλὰ τοὺς πρὸς τιθεσθαι δὲ ἔκαστον ἐαυτοῦ. ἡ γὰρ κτήσις αὐτῶν ἐστὶν οὐδὰ μῆσται τῆς ἐκεί, ἀλλὰ μάλλον σὺ τῆς εὐερίστας. ”

apud Herodianum quoque moriens Marcus, inquit; ἔτι γὰρ χρηματῶν πληθῶσ αὐτοῦ κερκὲς πῶς τυραννίδσ ἀκρασίαν, ἔτι δὲ εὐφροσν φρουρῶσ ἰκανὴ γύνεσται τὸν ἀρχόντα, εἰ μὴ πρὸς ἀρχῆσ ἡ τῶν ἰσχυρῶν εὐνοια. μά- λιστα γὰρ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆσ μὴ κῶσ ἀκτινωδῶσ ἡ- λωσαν, ὅσσοι μὴ φόβου ἐξ ἀμόνησ — πόθοσ γὰρ τῆσ αὐτῶν χρευστάτησ πᾶσι τῶν ἀρχόντων ψυ- χαῖσ ἐνεσθῆσαν. ἐὺ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλοδο- ντες, ἀλλ' οἱ μὲν πῆγους ἰσχυροῦστας, ἀνύποπτος ἐσ, καὶ ἔξω κολακείας πρὸς ποίητου φρώντες τε καὶ πᾶσιν ἀφροσν διδοσθῶσιν, οὐδέ ποτε ἀφηνιάσθου- σαι, μὴ εἰσὲ καὶ ὑβρεστέσται εὐτῶσ ἀρχόντασ. χρο- λωσῶσ γὰρ μεταστήσασι τε καὶ ἀργῶσ ἐπιτείνεισ ἐπιθυ- μίανσ, ἰσχυροσθῶσ ἐξουσίαν. ”

Q. Curtius ait Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur. Beneficiorum gratia sempiterna est. nam vt scribit in vita Agricola: Cornelius Tacitus fidelissimus & prudentissimus historicus; plerisque dominationi alienæ sanguinem accommodantes, diutius tamen hostes quàm seruos, fide & affectu teneri putatis?

metus & terror est, infirma vincula caritatis;

quæ vbi remoueris, qui timere desierint, odisse incipient. Ideo T. Lilius lib. 8. tradidit id firmissimum longè imperium esse, quo obediencies gaudent. hæc grauissimorum auctorum testimonia addi possunt iis, quæ Pet. Velleius Gueuara scripsit ad l. 19. D. de Offic. Præfidis, & collectis à Simanca lib. 3. de republ. cap. 12.

464 Vt carum sibi. v. l. habent; & carum sibi.

465 Quicquid excelsum est cadat. memineral Nero hac arte Sex. Tarquinium Gabios in potestatem suam rede- gisse; quam historiam sic describit Lilius lib. 1. vt facillè mihi persuadam verum tradidisse Dionysium Halicarnass. lib. 4. cum scribit Tarquinium imitarum fuisse Cypseli Corinthij & Thrasyluli Milesij stratagemas; quod à quo Thrasylulus acceperit, docet Aristoteles lib. 3. Politicorum his verbis; ὁ δὲ καὶ τὸ Περικλέουσ πῶσ ἐξ ὁσῶσ βουλῶσ συμβῆλδὲσ ἐστὶν, ἡ τῶν ἰσχυροῦστων πρὸς τὸν πόλιουσ, ὡσ δέον ἀεὶ τῶσ ἰσχυροῦστων τῶν πόλιουσ ἀγαθῶσ ἐστίν. cuius consilij etiam Herodotus in Terpsichore meminit, sed à Thrasylulo scribit Perianthro datum fuisse, contra scilicet quàm refert Aristoteles, vt obseruauit Genesius Sepulveda in commentariis ad dictum locum Aristotelis, & liliet lib. 3. cap. 9. Fuit igitur hæc Perianthri seu Thrasyluli, deinde Cypseli, postea Tarquinij, demum Neronis de sta- bilienda tyrannide opinio, improba illa quidem, iniusta & tyrannica; sed quæ, quod eorum cogitationibus conue- niebat optimè, astuta & callida dicatur. vtilis enim erat, sed non honesta; quæ duo in omni consilio capiendò, vt coniuncta simul, vel separatim per se singula considerantur. 470 Petitur hæc calum via. egregius enim factis, vt gradibus, in cælum ascenditur, non inertia, aut ignauiâ, non crudelitate aut sceleribus. virtutes colendæ, vitia fugienda, labores ferendi sunt. rectè Alexander Magnus, apud Artianum ni fallor; ἀλλὰ πρὸς μὴ ἐπιτε

Μακροδύτης καὶ ἐξυμνεῖται. ποιοῦνται τοὶ καὶ
 κενδρῶν δόντων τὰ καλὰ ἔργα καὶ ἴσως τε ζω
 ὄρασε ἡδὺ καὶ δόξα θνητοῦ καὶ ἐν ἑσπερίῳ
 ἄσπελα πομπῆς. ἡ δὲ ἴσα ἴσα ὁ πρῶτος ὁ ἡμι
 πρῶτος ὁ δὲ ἐν Θεοῦ ὄρα, οὐδὲ ἐν Ἀργῶ, ἀλλ
 ἐδὲ ἐν Πελοποννήσῳ ἡ Θεῖς βίαις ἰδίων, ἐς τὸ σὺ
 δὲ κλέει ἡλθεν, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἠρώσθηται,
 ἡ δὲ καὶ οὐ ἰδὲ ἡ οὐδὲ Διονύσου, ἀπεργίεσσιν
 τὸ ὑποθεῖν καὶ ἡ ἑσπερίῳ, ὁλίγη πονοί. Cal
 listhenes apud Q. Curtium lib. 8. Intervallo
 opus est, ut credatur deus: semperque hanc gra
 tiam magnis viris posteri reddūt. Ego autem
 feram immortalitatem precor regi, ut vita diu
 urna sit & aeterna maiestas. Hominem con
 sequitur aliquando, numquam comitatur di
 uinitas. Herculeum modo & patrem Liberum
 consecutae immortalitatis exempla referebas.
 credisne illos vnus conuuij decreto deos fa
 ctos? prius ab oculis mortalium natura amo
 lita est; quam in caelum fama perucheret.
 Horatius lib. 2. epistolarum:
 Romulus & Liber pater & cum Castore
 Pollux
 Post ingenia facta Deorum in tepla recepti,
 Dum terras hominumque colunt genus,
 aspera bello
 Componunt, agros assignant, opida condunt.
 ad quem Horatij locum alia testimonia con
 gessit Lambinus.
 489 Seruare cines. pro cines, in m. f. legi
 tur; viros.
 492 In cadem ducis. C. Iulij Caesaris.
 500 Quot interemit. Octavius enim, qui
 initio collegis ne qua fieret proscriptio ali
 quandiu restiterat, inceptam crudelius utro
 que exercuit. illi saepe non nullis mortem re
 misisse: hic ne cui parceretur magnopere fer
 tur contēdit. Iunius Saturninus auctor est,
 cum peracta proscriptio Lepidus in Sena
 tu excusasset praeterita, & spem clementiae in
 posterum fecisset; Octavius e contra pro
 fectum, ita modum se proscriptibendi statuisse,
 vt omnia sibi libera relicta meminerit. haec
 ex Suetonio.
 502 Trium. Lepidi, Antonij & Octavij
 III. virorum.
 510 Tristes Philippi. Siculum bellum cum
 Philippiensi proelio imper coniuungunt poē
 ta. Propertius lib. 2.
 — quotiens Mutinam aut cinilia busta
 Philippo,
 Aut canerem Sicula classica bella fuga.
 Ouidius vltimo Metamorph.
 Illius auspicijs obfessa mania pacem
 Victa perit Mutina, Pharsalia sentiat illi,
 Et mahiij iterū madefient caede Philippi,
 Et magnū Siculis nomē superabitur vndis.
 513 Superatus. M. Antonius, vel Pōpeius.

Inuidia tristis victa. consensu pio
 Cessit Senatus. Equitis accensus fauor,
 Plebisque votum est, atque iudicium patrum.
 Tu pacis auctor, generis humani arbiter
 Electus, orbem tu sacra specie regis,
 Patria parens: quod nomen, ut serues, petit,
 Suosque ciues Roma commendat tibi.
 NE. Munus deorum est, ipsa quod seruit mihi
 Roma, & Senatus; quodque ab inuitis preces,
 Humilesque voces exprimit nostri metus.
 Seruare ciues principi & patriae graues,
 Claro tumentes genere, quae dementia est?
 Cum liceat vna voce suspectos sibi
 Mori iubere? Brutus in cadem ducis,
 A quo salutem tulerat, armauit manus.
 Inuictus acie, gentium domitor, Ioui
 Aequatus, altos saepe per honorum gradus,
 Caesar, nefando ciuium scelere occidit.
 Quantum cruoris Roma tunc vidit sui,
 Lacerata toties? ille qui meruit pia
 Virtute caelum, diuus Augustus, viros
 Quot interemit mobiles, iuuenes, senes,
 Sparsos per orbem? cum suos mortis metu
 Fugerent penates, & trium ferrum ducum
 Tabulam notante deditos tristi neci?
 Exposita rostris capita caesorum patres
 Videre maestis, flere nec licuit suos,
 Non gemere, diram tabe polluto foro.
 Stillante sanie per putres vultus graui.
 Nec finis hic cruoris aut cadis stetit:
 Pauere volucres, & feras sauas diu
 Tristes Philippi: hausit & Siculum mare
 Classes, virosque saepe cadentes suos.
 Concussus orbis viribus magnis ducum.
 Superatus acie, puppibus Nilum petit
 Fuga paratis, ipse periturus breui.
 Hausit cruorem incesta Romani ducis
 Aegyptus iterum, nunc leues umbras tegit.
 Illic sepultum est impie gestum diu
 Civile bellum. condidit tandem suos
 Iam fessus enses victor, hebetatos feris
 Vulneribus, & continuit imperium metu.
 Armis, fideque militis tutus fuit,
 Pietate grati factus eximia deus,
 Post

480

485

490

495

500

505

510

515

520

Post fata consecratus, & templis datus.
 Nos quoque manebunt astra: si sauo prior
 525 Ense occuparo, quicquid in festum est mihi,
 Dignaque nostram sobole fundaro domum.
 SE. Implebit aulam stirpe caelesti tuam
 Generata Diuo, Claudia gentis decus,
 Sortita fratris more Iunonis toros.
 530 NE. Incesta genitrix detrahit generi fidem,
 Animusque nunquam coniugis iunctus mihi.
 SE. Teneris in annis haud satis clara est fides,
 Pudore victus cum tegit flammis amor.
 NE. Hoc equidem & ipse credidi frustra diu,
 535 Manifesta quamuis pectore insociabili,
 Vultuque signa proderent odium mei.
 Tandem quod ardens statuit vlcisci dolor,
 Dignamque thalamis coniugem inueni meis;
 Genere atque forma, victa cui cedat Venus,
 540 Iouisque coniux, & ferox armis dea.
 SE. Probitas, fidesque coniugis, mores, pudor,
 Placeant marito: sola perpetuo manent
 Subiecta nulli, mentis atque animi bona:
 Florem decoris singuli carpunt dies.
 545 NE. Omnes in vnam consulit laudes deus,
 Talemque nasci fata voluerunt mihi.
 SE. Recedat a te, temere ne credas, amor.
 NE. Quem submonere fulminis Dominus nequit,
 Cali tyrannum; saua qui penetrat freta,
 550 Ditisque regna, detrahit superos polo.
 SE. Volucrem esse Amorem fingit, immitte deum,
 Mortalis error, armat & telis manus,
 Arcusque sacros instruit saua face:
 Genitumque credit Venere, Vulcano satum.
 555 Vis magna mentis, blandus atque animi calor,
 Amor est; iuuentam gignitur; luxu otio
 Nutritur, inter lata fortuna bona:
 Quem si fouere atque alere desistas, cadit,
 Breuique vires perdit exstinctus suas.
 560 NE. Hanc esse vitae maximam causam reor,
 Per quam voluptas oritur; interitu caret,
 Cum procreetur semper, humanum genus
 Amore grato; qui truces mulcet feras.
 Hic mihi iugales praeferat tedas deus,
 565 Ingetque nostris igne Poppeam toris.
 SE. Vix sustinere posset hos thalamos dolor

516 Iterum. semel Cn. Pompeij Magni
 iterum M. Antonij, III viri.
 525 Ense occuparo. male in membranis
 occupato.
 539 Cui cedat Venus. Ouidianum hoc est.
 540 Ferox armis Dea. Minerua.
 549 Cali tyrannum. de amore ait Anacreon.
 ὁ δὲ καὶ θεῶν δουλεύει.
 Menander;
 ἔρωτος δὲ τῶν θεῶν ἰσχυρὸν ἔργον πολεῖσθαι.
 Sophocles de eodem;
 οὗτος γὰρ ἀρχὴ καὶ θεῶν ὄπλις θεῖος.
 Eodem nomine Plato & Euripides vocant.
 Saua qui penetrat freta. a cuidam Cupidi
 nis statuæ olim subscriptum legebatur;
 Sol calet igne meo, flagrat Neptunus in
 vndis,
 Parsa dedi Alcida, Baccbum seruire coegi.
 556 O rio. otio amorem nutrii docet Oui
 dius lib. 1. de remed.
 Fac moniis fugias otia prima meis:
 Hac ut ames faciunt; hac ut facere tuentur,
 Hac sunt iucundi causa cibisque mali.
 Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,
 Contemtaque iacent & sine luce faces.
 adde quae scribunt Antonius Guibertus Po
 lyhistoris cap. 8. pag. 28. & hunc locum no
 minatim laudans Pius I. lib. 1. epist. 106.
 560 Hanc esse. haec Neroni, non Senecae
 tribuenda sunt.
 563 Qui truces mulcet feras. Argentarius;
 ἀνάλωτον τὸν ἀφουκτον ἐπὶ σφραγιδὸς ἐξ αὐτοῦ
 χερσὶ λαοντείων ἀνιο χερσὶν ἑαίω.
 ὅς τῶν ἰδῶν μάλιστα κατ' αὐχένῳ. ἡ δὲ χαλι
 ναὺς
 ἀδιδωδὲ. πολλὰ δὲ ἀμφιτέθηλε χέρας.
 φέρονται τὸν βροχέλαιον. ὁ γὰρ καὶ ἡ ἑσπερί
 μάσδων
 ἀγροίον, ἡ δὲ ὕλησαν φέρεται ἀμειβάν.
 566 Vix sustinere posset hos thalamos do
 lor videre. populi: sancta nec pietas sinat.
 haec est o. v. l. lectio probatissima.

Vide.

9

Videre populi, sancta nec pietas sinat.
 NE. Prohibebor unus facere, quod cunctis licet?
 SE. Maiora populus semper à summo exigit.
 NE. Libet experiri, viribus fractus meis 570
 An cedat animis, temerè conceptus furor:
 SE. Obsequere potiùs ciuibus placidus tuis.
 NE. Male imperatur, cum regit vulgus duces. 575
 SE. Nihil impetrare cum valet, iuste dolet.
 NE. Exprimere ius est ferro, quod nequeunt preces.
 SE. Negare durum est. NE. principem cogi nefas.
 SE. Remittat ipse, NE. fama sed victum feret.
 SE. Leuis atque vana, NE. sit licet, multos notat.
 SE. Excelsa metuit, NE. non minus carpit tamen.
 SE. Facile opprimetur: merita te Diui patris, 580
 Atlasq; frangant, coniugis probitas, pudor.
 NE. Desiste tandem, iam grauis nimium mihi,
 Instare: liceat facere quod Seneca improbat.
 Et ipse populi vota iam pridem moror,
 Cum portet utero pignus, & partem mei, 585
 Quin destinamus proximam thalamis diem?

571 Furor. O. v. l. fauor.

585 Partem mei. Ouidius; Parsq; tui latitat corpore clausa meo.

ACTVS TERTIVS.

AGRIPPINA.

Tellure rupta Tartaro gressum extuli,
 Stygiam cruentam preferens dextram facem
 Thalamis scelestis: neba his flammis meo
 Poppea gnato inuncta, quas vindex manus, 590
 Dolorq; matris vertet ad tristes rogos.
 Manet inter umbras impia cadis mihi
 Semper memoria, manibus nostris grauis
 Adhuc inultis, reddita & meritis meis
 Funesta merces puppis, & precium imperi, 595
 Nox illa, qua naufragia defleui mea.
 Comitum necem, natiq; crudelis nefas
 Deslere votum fuerat: haud tempus datum est
 Lachrymis, sed ingens scelere geminavit nefas.
 Peremta ferro, fœda vulneribus, sacros 600
 Intra penates spiritum effudi grauem,
 Erepta pelago. sanguine extinxi meo.
 Nec odia gnati. sauit in nomen ferus
 Matris tyrannus, obrui meritum cupit,
 Simulachra, titulos destruit, mortis metu, 605
 Totum per orbem, quem dedit pœnam in meam,
 Puero

588 Preferens. in scriptis libris legitur, deferem.

607 Saui in nomen. impetrauerat enim Nero à Senatu, vt natalis Agrippinae inter nefastos dies haberetur: eradere etiam nomen & titulos conabatur, & delere memoriam.

Puero regendum nos ter infelix Amor.
 Exstinctus umbras agitat infestus meas,
 Flammisq; vultus noxios coniux petit,
 610 Instat, minatur, imputat fatum mihi,
 Tumulumq; gnati poscit auctorem necis.
 Iam, parce, dabitur. tempus haud longum peto.
 Vlix Erinnys impio dignum parat
 Leihum tyranno; verbera, & turpem fugam,
 615 Pœnasq; quis & Tantalum vincat sitim,
 Dirum laborem Sisyphi, Tityi alitem,
 Ixionisq; membra rapientem rotam.
 Licet exstruat marmoribus, atque auro tegat
 Superbus aulam, limen armata ducis
 620 Seruent cohortes, mittat immensas opes
 Exhaustus orbis, supplices dextram petant
 Paribi cruentam, regna diuitias ferant:
 Veniet dies tempusq; quo reddat suis
 Animam nocentem sceleribus, iugulum hostibus;
 625 Desertus, & destructus, & cunctis egens.
 Heu quò labor, quò vota ceciderunt mea!
 Quò te furor prouexit attonitum tuus,
 Et fata gnate: cedat vt tantis malis
 Genitricis ira, qua tuo scelere occidit!
 630 Vtinam antequam te paruulum in lucem dedi
 Aluiq; seua nostra lacerassent fera
 Viscera: sine vilo scelere, sine sensu innocens
 Meus occidisses, iunctus atque hærens mihi,
 Semper quietam cerneres sedem inferam,
 635 Proavos, patremq; nominis magni viros;
 Quos nunc pudor, luctusq; perpetuus manet
 Ex te, nefande, meq; qua talem tuli.
 Quid tegere cesso Tartaro vultus meos,
 Nouerca, coniux, mater infelix meis?

611 Tumulumq; gnati. Britannici. Auctorem. Neronem.

638 Quid tegere cesso. in schedis quibusdam habetur; non tegere.

639 Nouerca. Britannici. Coniux. Claudij. Mater. Neronis.

646 Granior atuli. consuetudine mala sunt leuiores, vt docet Ouidius libro 2. de arte amandi, lib. 3. & 5. Tristium, & 3. de Pontico quo loco quod ait:

Ductus ab armento taurus detrectat aratrum,

Subtrahit & duro colla nouella iugo. est ex illis Propertij, lib. 2.

Ac voluti primo taurus detrectat aratra, Post venit assuetus mollis ad arma iugo.

Dabit. sic Virgilius; Aeneid. 1.

O socij neque enim ignari sumus ante malorum,

O passi grauiora, dabit deus his quoque a finem.

huc nos ter respexit.

647 Vel morte. omnino, inquit, hodie his malis liberabor: vt enim aliter hoc mihi contingere nequeat, at certe moriar. mors autem

ultima linea rerum est.

Famula. Poppeae: cuius nomen mendose excusum est apud Iosephum lib. 2. o. antiq. Iudaic. vbi reponas; δι τῶν φιλῶν αὐτῆς Πόπαιος τῆς Νέρονος ποικίλος.

Non q 2

OCTAVIA. CHORVS.

Anapæstici.

640 Parcite lachrymis vrbis festo
 Latoq; die: ne tantus amor,
 Nostrisq; fauor, principis acres
 Suscitet iras, vobisq; ego sim
 Causa malorum. non hoc primum
 645 Pectora vulnus mea senserunt,
 Grauiora tuli, dabit hic nostris
 Finem curis, vel morte, dies.

Non ego sani cernere cogar
 Coniugis ora, non iniussos
 Intrare mihi thalamos famule:
 Soror Augusti, non vxor, ero.
 Absint tantum tristes poena,
 Lethig, metus. 265

Socerum diri miseranda viri
 Potes hac demens sperare memor?
 Hos ad thalamos seruata diu,
 Victima tandem funesta cades.
 Sed quid patrios saepe penates
 Respicias vdis confusa genis?
 Propera tectis efferre gradus,
 Linque cruentam principis aulam. 270

CH. En illuxit, suspecta diu,
 Famam toties iactata, dies.
 Cessit thalamis Claudia diri
 Pulsa Neronis, quos iam videtrix
 Poppea tenet: cessat pietas
 Dum nostra graui compressa metu,
 Segnisq, dolor. ubi Romani
 Vis est populi? fregit claros
 Qua saepe duces, dedit inuictae
 Leges patria, fasces dignis
 Ciuibus olim; in sit bellum,
 Pacemq, feras gentes domuit,
 Captos reges carcere clusit.
 Grauis en oculis undique nostris
 Iam Poppea fulget imago
 Iuncta Neroni. 280

Affligat humo violenta manus
 Similes nimium vultus domina,
 Ipsamq, toris detrahat altis:
 Petat infelix mox & flammis
 Telig, feri principis aulam. 285

290

295

654 Socerum. Claudij patris mei, & Poppeae patris viri quaestorij, quem Iacobus de Strada in Epir. Theauri antiquitatum pag. 36. vocat Titum Ollium; quod Taciti auctoritate lib. 14. Annal. confirmatur.

674 Reges. Syphacem, Persen, Iugurtham, Hierodem.

682 Feris. scio in o. vulgat. libris sic haberi; malo tamen ex membranis legere; teluque feri principis, vt Nero ferus vocetur.

685 Fletu madent. cu. v. l. fletu manant.

ACTVS QVARTVS.

NVTRIX. POPPEA.

NV. Quo trepida gressum coniugis thalamis tui 300
 Efferat alumna? quodve secretum petis
 Turbata vultu: cur gemas fletu madent?
 Certè petitus precibus & votis dies
 Nostris refulsit: Casari iuncta es tuo

Tada

Tada iugali, quem tuus cepit decor,
 Et culpa Seneca; tradidit vinculum tibi
 690 Genitrix amoris, maximum numen Venus.
 O qualis, altos quanta pressisti toros
 Residens in aula: vidit attonitus tuam
 Formam Senatus, thura cum superis dares,
 Sacrasq, grato spargeres aras mero,
 695 Velata summum flammis tenui caput:
 Et ipse lateri iunctus atque harena tuo
 Sublimis inter canium lata omina
 Incessit, habitu atque ore latitiam gerens
 Princeps superbo: talis emersam freto
 700 Spumante Peleus coniugem accepit Thetin;
 Quorum toros celebrasse caelestes ferunt,
 Pelagiq, numen omne consensu pari.
 Qua subita vultus causa mutauit tuos?
 Quid pallor iste, quid ferant lachryma, doce.
 705 POP. Confusa tristi proxima noctis metu,
 Visuq, nutrix mente turbata feror,
 Defecta sensu. lata nam postquam dies
 Sideribus atris cessit, & nocti potus,
 Inter Neronis iuncta complexus mei
 710 Somno resoluor, nec diu placida frui
 Quiete licuit. visa nam thalamos meos
 Celebrare turba est maesta, resolutis comis
 Matres Latinae flebiles planctus dabant;
 Inter tubarum saepe terribilem sonum
 715 Sparsa cruore coniugis genitrix mei
 Vultu minaci saeva quae iebat facem:
 Quam dum sequor coacta praesenti metu,
 Diducta subito patuit ingenti mihi
 Tellus hiatus: lata. quo praeceps toros
 720 Cerno iugales pariter, & miror meos
 In quis resedi fessa. venientem intuo
 Comitante turba coniugem quondam meum,
 Gnatumq; properat petere complexus meos
 Crispinus, & intermissa libare oscula.
 725 Irrupit intra tecta tum trepidus mea,
 Ensemq, iugulo condidit saeuum Nero.
 Tandem quietem magnus excussit timor,
 Quatit ora, & artus horridus nostros tremor,
 Pulsatq, pectus: continet vocem timor,
 730 Quam nunc fides pietasq, produxit tua.
 Heu quid minantur inferum manes mihi,

689 Culpa Seneca. quae culpa? an quia is dis-
 suadendo vehementius Neronem impulit?
 Nitimur, enim, in vetitum semper, cupi-
 musq, negata:
 Sic interdicitur imminet ager aquis.
 690 Maximum numen Venus Bion:
 à μεγίστην καὶ κέρειον. Theocritus;
 Κίωρα ἐν μεγίστῃ, &c.
 Sophocles: μεγίστην δὲ καὶ κέρειον, ἐπι-
 ερωτῶν νίκας ἀεί.
 693 Turra cum superis. Seruius tradit vxor-
 rem olim, non nisi peractis sacrificiis do-
 mum duci consueuisse. quo spectat etiam
 illud Valerij Balbi:
 Inde ubi sacrificas cum coniuge venit
 ad aras
 Aesonides, vnaq, adeunt, vnaq, precari
 Incipiunt. ignem Pollux, vndamq, iuga-
 lem, &c.
 697 Omina vnus cod. antiq. agmina.
 699 Talis emersam freto spumante. Catul.
 Qua simul ac rostro ventosum proficidit
 aquor,
 Tortaq, remigio spumis incanuit vnda;
 Emergere feri canenti è gurgite vultus
 Aequorea monstru Nereides admirantes.
 Illaq, atque alia viderunt luce, marinas
 Mortales oculi, nudato corpore, Nymphas
 Nutricum tenus exstantes è gurgitecano.
 Tu Thetidis Peleus incensus fertur amore,
 Tum Thetis humanos non despexit Hy-
 menaeos,
 Tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea
 sensit.
 710 Placida. Virgilius;
 — placidam per membra quietem
 Irrigat —
 715 Sparsa cruore. malo ex v. l. spar-
 sam, legere. quia ferè semper inferis sangui-
 neae videlicet cruentae faeces attribuantur, vt
 alibi docui.
 722 Coniugem. equitem Romanum, teste
 Suetonio, Tacito, Plutarcho.
 723 Gnatumq;. Rufrium Crispinum; què
 adhuc impuberem, quia ferebatur imperia &
 ducatus ludere, mergendū mari, dum piscaretur,
 seruis suis Nero mādarat. auctor Sueton.
 729 Continet vocem. Virgilius Aeneid. 3.
 Obsupni, steteruntq, coma, vox faucibus
 haesit.
 734 Quacunq; mentis. similes Attij Lu-
 cretij & Claudiani locos memini obseruare
 me in Notis ad Claudianum pag. 65. nunc
 addam alios. Nonnus Dionysiac. μβ'.
 — ἀντίμωρον γὰρ
 ἰεργῶν, ὁμοῦ τελέει τις ἐν ἡμέραι, ποικί δὲ κούδης
 βούκων, ὁ πῆλιν κρηγῶνς ἑὸς αἰς τομῶν
 ἰλκων,

Aut

93

Διούριος Σηγητῆς φαιδύριος ὄψις ὀνίγου.
ἡδονῶν δὲ ἄδουτος ἀεγυρῶν δούσαν ἀεγύ-
ρας, &c.
 Petronius Arbiters;
Somnia, qua mentes ludunt volitantibus
umbra;
Non delubra deum, nec ab aethere numi-
namirunt;
Sed sibi quisque facit, nam cum prostra-
ta sopor
Languent membra, quies & mens sine
pondero ludit.
Quicquid luce fugit, tenebris agit. opida
bello
Qui quatit & flammis miseranda sanis
in urbes;
Tela videt, versasq; acies & funera regū,
Atq; exundantes profuso sanguine cāpos.
Qui causas orare solent; regesq; forumq;
Et panido cernunt inclusum corde tri-
bunal.
Condit avarus opes, defossimq; inuenit
aurum,
Venator saltus canibus quatit: eripit
undis,
Aut premis eversam periturus nauita
puppim.
Scribit amatori meretrix, dat adultera
munus.
Et canis in somnis leporis vestigia latrat.
In noctis spacio miserorū vulnera durant.
 Herodorus, in Polymnia: πεπλανηθῆναι αὐτῶν
μάστιγα ἰάτωσι αἱ ὄψις τῶν ὀνειρώτων τῶν πρὸς
μύεθς φεγγίτῃσι. Sed & Terullianus ni fal-
 lor in eo opere, quo de insomniis agit, si-
 mile quid prodicit. suntque hæc Galeno,
 Aristoteli, & Hippocrati consentanea; quo-
 rum vltimus in lib. de insomniis scribit, id-
 ipsum animum fortem valetudinemq; con-
 stantem significare.
 750 *Numen deum.* at quorum deum? num
Telluris & Heroum? sic opinor. quia Hip-
 pocrates, de insomniis, auctor est, secundis in
 rebus Iouem caelestem, Iouem opulentum,
 Solem, Mineram, Iunonem, Mercurium,
 & Apollinem supplicationibus adiri solere:
 in aduersis vero, pro malis auertruncadis, pla-
 cari consueuisse Tellurem & Heroës malo-
 rum auertruncatores, quos noctu multum pol-
 lere probat Athenæus lib. 11. Quibus adde-
 me auctore Iouem prodigialem, de quo Plau-
 tus in Amphitryone;

Aut quem cruorem coniugis vidit meti?
 NVN. *Quacunq; mentis agitat infestus vigor,*
Ea per quietem sacer & arcanus refert,
 735 *Veloxq; sensus. coniugem, thalamos, rogos,*
Vidisse te miraris, amplexu noui
Herens mariti? sed mouent lato die
Pulsata palmis pectora, & fusa coma.
O Etania disidia planxerunt sacros
Intra penates fratris, & patrum larem.
 740 *Fax illa, quam secuta es Augusta manu*
Præata; clarum nomen inuidiâ tibi
Partum ominatur. inferum sedes, toros
Stabiles futuros spondet æterna domus.
 745 *Iugulo quod ensem condidit princeps tuos;*
Bella haud mouebit, pace sed ferrum teget.
Recollige animum, recipe lætitiâ, precor.
Timore pulso, redde te thalamis tuis.
 POP. *Delubra & aras petere constitui sacras,*
 750 *Cæsis lutare victimis numen Deum:*
Vi expientur noctis & somni mina,
Terrorq; in hostes redeat attonitus meos.
Et vota pro me suscipe, & precibus piis
Superos adora, manet ut præsens metus.

CHORVS.
 Anapæstici.

Si vera loquax fama Tonantis
Furta & gratos narrat amores;
Quem modò Ledæ pressisse sinum
Tectum plumis pinnisq; ferunt;
Modò per fluctus raptam Europen
Taurum tergo portasse truce:
 760 *Qua regit, & nunc deseret astra,*
Petet amplexus Poppea tuos;
Quos & Leda præferre potest,
Et tibi quondam; cui miranti
Fuluo Danaë fluxit in auro.
 765 *Formam Sparte iactet alumna*
Licet, & Phrygius præmia pastor;
Vincet vultus hæc Tyndaridos,
Qui mouerunt horrida bella,
Phrygiaq; solo regna dedere.
 770 *Sed quis gressu ruit attonito?*
Aut quid pectore portat anhelos?

NVN.

NVN. CHORVS.

Quicumque tectis miles exsultat ducis,
Defendat aulam, cui furor populi imminet.
 775 *Trepidæ cohortes ecce præfecti trahunt*
Præsidia ad urbis victa, nec cadit metu
Concepta rabies temerè, sed vires capit.
 CHO. *Quis iste mentes agitat attonitus furor?*
 NVN. *O Etania furore perculsa agmina,*
 780 *Et efferata per nefas ingens ruunt.*
 CHO. *Quid ausa facere, quòve consilio, doce.*
 NVN. *Reddere penates Claudia Diui parant,*
Torosq; fratris, debitam partem imperi.
 CHO. *Quos iam tenet Poppea concordia fide?*
 785 NVN. *Hic vrit animos pertinax nimium furor,*
Et in furorem temerè præcipites agit.
Quacunq; claro marmore effigies stetit,
Aut ara fulgens, ora Poppeæ gerens,
Afflicta vulgi manibus, & sæuo iacet
 790 *Euersa ferro, membra per partes trahunt*
Diducta laqueis, obruunt turpi diu
Calcata cæno. verba conueniunt feris
Immista factis. qua timor recipit meus.
Sepire flammis principis sedem parant,
 795 *Populi nisi ire coniugem reddat nouam,*
Reddat penates Claudia victus suos.
Vt noscat ipse ciuium motus meâ
Voce, haud morabor iussa præfecti exequi.
 CHO. *Quid fera frustra bella moueris?*
 800 *Inuicta gerit tela Cupido,*
Flammis vestros obruet ignes:
Quis exstinxit fulmina sæpe,
Captumq; Iouem calo traxit.
Læsi tristes dabitis pœnas
 805 *Sanguine vestro, non est patiens*
Feruidus ira facilisq; regi.
Ille ferocem insit Achillem
Pulsare lyram: fregit Danaos,
Fregit Atridem, regna euerit
 810 *Priami, claras diruit vrbes.*
Et nunc animus quid ferat horret,
Vis immittis violenta dei.

754 *Ve expientur noctis & somni mina.* an-
 tiqui mane mala somnia expiabant. apud A-
 pollonium Circe;
 — *ἐὼν ἡγὶ Κίρκου*
ὄργυ ἄλδς νοτίδουσι κρηῖσι φαιδύριον,
τίος ὅδ' οὐχότιον ὀνειρώτιν ἰν' ἔπι.
 idem ex Sophocle, Aelchylo & Persio anno-
 tauit Cælius Rhodiginus lib. 27. antiq. lect.
 cap. 17.
 765 *Danaë fluxit in auro.* Cornélius Se-
 nerus, in Aetna;
Taurus in Europen, in Ledam candidus
Olor,
Iuppiter in Danaën pretiosus fluxeris
imber.
 de Danaë Horatius inquit;
Inclusam Danaën turris ahenæa,
Robustaq; fores & vigilum canum
Tristes excubia munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
Sinon Acrisium virginis abditæ
Custodem pauidum Iuppiter & Venus
Risissent fore enim tutum iter & patens
Conuerso in pretium deo.
Aurum per medios ire satellites
Et perumpere amat saxa, potentius
Ictus fulminis, &c.
 quibus verbis innuitur, per hanc fabulam
 docere poëtas, auro quidnis impetrari, & au-
 ro largitionibusque omnia esse peruia; quæ
 mythologia Natali Comiti placet, nec mihi
 displicet; excogitavi tamen & aliam, quæ, vt
 mihi quidem videtur, nec ipsa malè couenit.
 nempe Acrisium hominem esse magnæ eru-
 ditionis; quæ eruditio (hæc est Danaë filia
 eius) animo & mente abdita later, & quia
 mentis sedes caput est, in turri ahenæa con-
 clusa dicitur. corporis enim arx seu turris est
 caput. hæc eruditio later abdita & quasi mā-
 cipata carceri, estque sterilis & infœcunda,
 donec aureo imbre irrigetur, hoc est, donec
 potentis alicuius munificentia foueatur &
 exciterur: quod cum euenit, confestim hæc
 Danaë Perseum parit, qui sacrificam Medu-
 sam interficit. Enimvero tunc eruditio ista
 præmiis excitata, discussa tenuis fortunæ ca-
 ligine, & effactis paupertatis compedibus,
 pariet liberos præstatißimos, videlicet libros,
 æterna scientiæ monumenta; à quibus igno-
 rantia & incititia debellabuntur. ignorantia,
 inquã, quæ stupidos, hebetes, & planè sæcos
 homines reddebat. hi libri quia per ora virum
 volitant: ideo alata talaria Perseo tribuuntur.
 Idem Andromedam Cero eripuisse fingitur:
 quia his monumentis salutaria vitæ homi-
 num præcepta ab antiquis composita, ab in-
 teritu vindicantur. Andromeda namque dicitur

ACTVS

Et dicitur & puer formatur, & virum curans significat. Demum poetæ fabulantur Perseum vna cum Andromeda in cælum fuisse translatum: propterea quod huiusmodi scripta, cum antiquorum illis placitis à se sanatis & conseruatis, perpetuo viuunt, & quodammodo immortalitatem consequuntur. Docemur itaque per hanc fabulâ sine emolumentis & præmiorum ope, quantumuis clara ingenia iacere ac delitescere. inquit ille;

Hanc facile emergunt, quorum virtutibus obstat

Res angustia domi.
& alius;

Sine Macerates, non deorunt, Flaccus, Marones.

Nec frustra Musas Andronicus Diuæ Monetæ filias vocauit, vt & Higynus; & quæ Græcis *μνησομένη*, Latinis Moneta dicta. qui plura volet, legat elegantissimum Lucani Panegyricum ad Calpurnium Pisonem, circa finem.

Fluxit. quidam manu. *fulsit.* sed nihil mutuo.

778 *Quis iste mentes agitat attonitus furor.* membranæ continent:

Quid i. m. a. attonitus furor. Sed malè.

817 *Funerea.* tres libri scripti; *funesta.*

826 *Turpis egestas.* Virgilius;

male suada famas & turpis egestas.

Sana, cum luctu, famas. Lucanus;

Sed paritur famam, veluti circumdatus arsa

Obsidione, famam

832 *Malis domanda.* T. Livi lib. 2. Pa-

lamque ferrent malo domandam Tribuni-

ciam potestatem.

ACTVS QVINTVS.
NERO.

*O lenta nimium miluis nostri manus,
Et ira patiens post nefas tantum mea.*

*Quod non cruor civilis accensas faces
Exstinguit in nos, cade nec populi madet*

*Funerea Roma, qua viros tales tulit.
Admissa sed iam morte puniri parum est,*

*Graviora meruit impium plebis scelus:
Et illa, cui me ciuium subiecit furor,*

*Suspecta coniux & soror semper mihi.
Tandem dolori spiritum reddat meo,*

*Iramq; nostram sanguine exstinguat suo:
Mox tecta flammis concidant vrbis meis,*

*Ignes, ruina, noxium populum premant,
Turpisq; egestas, saua cum luctu famas.*

*Exsultat ingens seculi nostri bonis
Corrupta turba, nec capit clementiam*

*Ingrata nostram, ferre nec pacem potest;
Sed inquieta rapiitur; hinc audaciâ,*

*Hinc temeritate fertur in præceps sua.
Malis domanda est, & graui semper iugo*

*Premenda: ne quid simile tentare audeat,
Contraq; sanctos coniugis vultus mea*

*Atollere oculos. fracta per pœnas metu
Parere discet Principis nutu sui.*

*Sed adesse cerno, rara quem pietas virum
Fidesq; castris nota præposuit meis.*

815

820

825

830

835

PRAEFECTVS. NERO.

*PRAEF. Populi furorem, cade paucorum, diu
Qui restiterunt temerè, compressum affero.*

*NE. Et hoc sat est? sic miles audisti duces?
Compescis? hæc vindicta debetur mihi?*

*PR. Cecidere motus impij ferro duces.
NE. Quid illa turba, petere qua flammis meos*

*Ausa est penates, Principi legem dare,
Abstrahere nostris coniugem caram toris:*

*Violare quantum licuit, incestâ manu
Et voce dirâ, debitâ pœna vacat?*

*PR. Pœnam dolor constituet in ciues tuos.
NE. Constituet, etas nulla quam fama eximat.*

PR. Quam temperet non ira, non noster timor?

840

845

850

NE. Iram

NE. Iram expiabit, prima qua meruit meam.

PR. Quam poscat ede, nostra ne parcat manus.

NE. Cadem sororis poscit, & dirum caput.

855 *PR. Horrore victum trepidus astrinxit rigor.*

N. Parère dubitas? PR. cur meam damnas fidem?

N. Quod parcis hosti. PR. femina hoc nomen capit?

N. Si scelera cepit? PR. estne qui fontem arguat?

N. Populi furor. PR. quis regere dementes valet?

860 *N. Qui concitare potuit. PR. haud quèquam reor.*

N. Mulier, dedit natura cui pronum malo

Animum, ad nocendum pectus instruxit dolis.

Sed vim negavit, vt ne inexpugnabilis

Esset, sed agras frangeret vires timor,

865 *Vel pœna: qua tam sera damnatam premit,*

Diu nocentem. tolle consilium, ac preces,

Et imperata perage: deuectam rate

Procul in remotum litus interim iube,

Tandem vt residat pectoris nostri tumor.

855 *Astringit.* sic pro *astrinxit*, in membranis legitur.

861 *Mulier dedit natura cui pronum malo animum.* de muliere ait Simonides *A-morgynus:*

*ἐστὶν ἄνθρωπος ὅστις ἐγγίζει ἀλλὰ τὸ ὄρεξεν,
καὶ τὸ ἔργον ἀποποιεῖται, ἡμέτερον ἑαλείττει,
ὅπως τίς ἂν ἐξέστην ἐγγίζοντα ἑαυτὸν.*

863 *Sed vim negavit.* Anacreon mulieribus à natura non prudentiam, non robur, neque fortitudinem, sed horum loco datâ pulchritudinem asserit, his verbis (si modò ipsius sunt, quod Fran. Robortellius negavit)

*γυναικὶν ὅστις ἐστὶν εἶχεν
τὸ αὐτὸ δίδουσι καὶ ἄλλοι,
ἀντὶ ἀποιδῶν ἀπὸ τῶν
ἀντὶ ἐγγέρον ἀποδοῦναι.*

870 *O funestus multis populi dirusq; fauor.* Pausanias, in Atticis, asserit nemini vniquam qui se effusè ad rempub. gerendâ contulerit, seseq; auræ populari crediderit, optabilem vitæ exitum contigisse: *ὃ δὲ μάλιστα δυνεῖ, ἄνθρωπος ἀφειδῶς ἐπὶ εὐνομίᾳ ἐπιτελεῖται, καὶ πρὸς ἡγεμονίᾳ τὰ ἑὸν δέχεται, μήπω καλῶς τελευτῆσαι.* & sanè hoc tam verum est, quàm quod verissimum. & facilè esset non modò ex superiori memoria multis hoc exemplis confirmare; sed is etiam quæ ipsi in hac tam non multorum annorum ætate vidimus; verum nolo nondum planè obductas cicatrices reterege.

875 *Fleuit.* Ti. & C. Gracchos homines mirè populares, Agrariarum legum auctores acerimos, Cornelia mater luxit.

880 *Te quoque lenis.* omisissis aliorum nugis intellige de M. Liviò Drusò tribunopl. quem cum potissima Pop. Romani pars maximo fauore complecteretur, incertum, a quo domi suæ fuit interfectus. hunc Brusonius libro 7. c. 16. mendosè, Iulium Drusum vocat.

Lenis. legendum, non cum Badio *leuir;* nec cum N. *lenis.* sed cum v. libris *leuis.* fortuna enim quid leuius? quid inconstantius? quid volubilius? in illo Varronis fragmento, quod iam semel posuimus, forte commodius

legeretur;

Nemini fortuna currum à carcere vltimi leuis

Missum, inoffensum per equos, candidum ad calcem subit.

OC. Quid

95

893 Regina. cum in o. v.l. & antiquis editionibus ita legatur, cur non eam lectionem retineamus: etenim fortuna, quod M. intru- sit, ex glossa interlineari in cōtextum irrepfit. Regina, hoc est, vel Poppea, vel potius fortuna; quam Ennius quoque simpliciter heram vocauit:

Vōsne velit, an me regnare heras, quid- ve ferat fors,

Virtute experiamur —

900 Fratris. ē uo quōdā, sic supra Thy est. Agnosco fratrem. sustinet tantum sce- lus, &c.

906 Tristis Erinnys. sic Maro; — quo tristis Erinnys Quo fremitus vocat.

913 Cademq; feram. Ouidius; Plena fera cadis, plena cruoris erant.

918 Nec sibi quicquam spondere potest. Euripides in Ione; ἔλλος ὀμιδ' ἐκείτην εἰς ἄδ' ἄδ' οὐρυχίαςιν, ἀποχίσις τε πάλιν καὶ ἰσχυρὰ ἢ πάλιν.

920 Bathon, in A Etolo, inquit: ἄσπασσ' ὀν ἐκπεικας ἐπ' ἢ πάλιν σίβας ἐπ' ἰν, εἴης οὐρυχίας ἀπ' ἑίς.

929 Toties, nouies peperit enim hæc Agrippina (quæ M. Agrippæ & Iulii filia, Germanici vxor, Tiberij nurus fuit) nouem liberos, quorum duo infantes, vnus puerafcens mortuus est; ceteri, Agrippina, Drusilla, Liuilla, Nero, Drusus, & C. Cæsar diutius vixerunt hanc Agrippinam Tiberius, primo quidem dedignatus alloqui, vocari desinit; mox in Pandatarium relegauit, conuiciantiq; per centurionem oculum excussit; rursus ei, per vim ore diducto, cibum infalciri iussit: postremo voluntaria inedia abstinentiam, criminosis fuit insectatus, diem quoque natalium illius nefarium esse, cadaver verò in Germanias proici voluit.

934 Ferum. Liua Drusi vxor, quia maritum Drusum interfici curarat, Tiberij, cuius nurus erat, iussu fuit infecta.

OC. Quò me trahitis? quò d' ve tyrannus

Aut exilium regina iubet?

Si mihi vitam fracta remittit

Tot iam nostris euicta malis;

Si cede meâ cumulare parat

Luctus nostros: inuidet etiam

Cur in patriâ mihi seua mori?

Sed iam spes est nulla salutis.

Fratris cerno miseranda ratem:

Hæc est; cuius veicta carinâ

Quondam genitrix, nunc & thalamis

Expulsa soror miseranda uehar.

Nullum pietas nunc numen habet,

Nec sunt superi: regnat mundo

Tristis Erinnys.

Quis mea digne deslere potest

Mala? quæ lachrymis nostris questus

Reddet Aëdon: cuius pinnas

Vtinam miseræ mihi fata darent:

Fugerem luctus ablata meos

Pennâ volucris, procul & cœtus

Hominum tristes, cademq; feram:

Sola in vacuo nemore, & tenui

Ramo pendens, querulo possem

Gutture maestum fundere murmur.

CH. Regitur fati mortale genus,

Nec sibi quicquam spondere potest

Firmum & stabile: perquam casus

Voluit varios semper nobis

Metuenda dies. animum firment

Exempla tuum iam multa, domus

Quæ uestra tulit. quid seuior est

Fortuna tibi? tu mihi primum

Tot natorum memoranda parens

Nata Agrippæ, nurus Augusti,

Cæsaris vxor; cuius nomen

Clarum toto fulsit in orbe,

Vtæro toties enixa graui

Pignora pacis; mox exsilium,

Verbera, seuias passa catenas,

Funera, luctus, tandem lethum

Cruciata diu. felix thalamis

Liua Drusi, natisq; ferum

Ruit in facinus, pœnamq; suam.

885

890

895

900

905

cc

cc

cc

910

915

920

925

Iulia

Iulia matris fata secuta est:

Post longa tamen tempora ferro

Cæsa est, quamuis crimine nullo.

Quid non potuit quondam genitrix

940 Tua, quæ rexit Principis aulam,

Cara marito, partuq; potens?

Eadem famulo subiecta suo,

Cecidit diri militis ense.

Quid, cui licuit regnum in calum

945 Sperare, parens tanta Neromis:

Num funestâ violata manu

Remigis antè, mox & ferro

Lacerata diu, seui iacuit

Victima nati?

950 OC. Me quoque tristes mittet ad umbras

Ferus, & manes, ecce tyrannus.

Quid iam frustra miseranda moror?

Rapite ad lethum; quis ius in nos

Fortuna dedit. testor superos.

955 Quid agis demens? parce precari,

Quis inuisa es, numina diuûm.

Tartara testor, Erebiq; deas

Scelerum ultrices, & te genitor

Dignum tali morte, & pœna:

660 Non inuisa est mors ista mihi.

Armate ratem, date vela fretis,

Ventisq; petat pappis rector

Tandem Pharia litora terra.

CH. Lenes aura, Zephyriq; leues;

965 Teclam quondam nube ætheriâ

Qui vexistiis raptam seua

Virginis aris Iphigeniam:

Hanc quoque tristi procul à pœnâ

Portate precor templa ad Trinia.

970 Vrbe est nostrâ mitior Aulis,

Et Maurorum barbarâ tellus.

Hospit'is illic cade litatur

Numen superum: cuius gaudet

Roma cruore.

FINIS:

